Septima Centuria
ECCLESIASTICAE
HISTORIAE, CONTINENS DESCRIPTIONEM AMPLISSIMARVM RERVM IN REgno Chriſti,

quæ Septimo poſt eius natiuitatem ſeculo acciderunt: cum Imperium Romanum gubernarent Phocas, Heraclius, Conſtantinus eius filius, Heracleonas, Conſtans, Conſtantinus Pogonatus, Iuſtinianus Secundus, & Leontius: & Doctores in Eccleſia præcipui eminerent, Iohannes Epiſcopus Conſtantinopolitanus, Iſidorus iunior Hiſpalenſis, Clemens Arelatenſis, Adelhelmus, Iulianus Pomerius Toletanus, & alij quidam: eodem ordine, diligentia & fide, quo ſuperiores Centuriæ, ex uetuſtis & probatis Hiſtoricis, Patribus, & alijs Scriptoribus,

IN DVCATV MEGAPOLENSIVM PRINCIPVM AB AVTORIBVS CONTEXTA.

Acceſſit rerum uerborumq́ in hac Centuria præcipuè memorabilium, tum locorum Scripturæ explicatorum geminus INDEX.

S. J. J. Caſino di Spoleto



BASILEAE, PER IOANnem *Oporinum.* 1564.

D.PROB.ROM S 3

NOBILISSIMIS VIRIS, PIETATE, *VIRTUTE, PRVDENTIA, FORTITVDINE ET GENERE PRAESTANTISSIMIS, CHRISTOPHORO à Steinberk, HARTVVICO à Vuerder, IOACHIMO ab Aluensleben, ANDREAE à Meiendorff, HINRICO ab Aſſenbork, & ACHATIO à Velten, Dominis & Patronis ſuis colendiſsimis,*

G. & P. per Chriſtum.

VIRTVTVM acuitiorum, ſeu potius (ut more Eccleſiæ Dei loquamur) bonorum operum & malorum exempla inſignia, in omnium gentium hiſtorijs, omnium uerò maximè in rebus geſtis Eccleſiæ reperiuntur & extant, quæ commonefactiones & doctrinas vtiles & neceſſarias quamplurimas cōtinent atque proponunt. Digniſsimæ igitur ſunt lectione & cōſideratione Hiſtoriȩ ſacrȩ: id quod extra omnē controuerſiā, ab omnibus ſana mente præditis poni, certum eſt.

Et ſi autem in hac SEPTIMA Centuria, complectente hiſtoriā Eccleſiæ Dei quæ ſeptimo poſt Chriſtum ſeculo accidit, multa occurrunt, quæ hanc partem illuſtrant: tamen duo tantum maximè conſpicua exempla, Conſtantini Pogonati nimirum & Heraclij facta, in medium, hac quidem Prȩfatione uiſum eſt adducere: in quorum altero præclarum pietatis, in altero uerò enorme temerarij & pernicioſiſsimi facti exemplum elucet: idq; eo cōſilio, ut intelligant omnes boni uiri, hiſtorias ſacras eſſe quaſi Synopſin & contemplationem ſummarum rerum, quarū noticia monet, & quaſi digito monſtrat, quȩ ſequenda, quȩ'ue fugienda ſint, quæ proſint Eccleſiæ Dei, quæ'ue ei ſint detrimento atq; exitio.

Ac primùm quidem Pogonati exemplum inſpiciendum putamus. Decet enim prius in rectè facta intueri, & poſtea etiam turpitudinem atq; damna malè factorū ex aduerſo contemplari & expendere. Eſt autem ſine omni dubitatione nihil inſignius, excellentius, utilius, Deoq; ipſi gratius inter omnia quæ in tota uita ſua geſsit Cōſtantinus, dictus Pogonatus: quàm quòd magna cura, ſingulari ſtudio, incredibili pietate in hoc incubuit, ut, cùm Eccleſiæ horribiliter dilaceratæ, diſtractæ, deformatæ eſſent à ſecta Monothelitarum, Sextam ſynodum Conſtantinopolitanam, quæ Oecumenica iure cognominatur, cogeret: & in ea, uentilata tota controuerſia iuſto ac legitimo modo, veram ſententiam perſpicuis teſtimonijs erutam & cōfirmatam, amplecteretur & exe-

quercouplerct,totamq́ Eccleſiam tranquillitati reſtitueret. Qua quidem in parte, Conſtantini Magni exemplum ſibi ob oculos poſuit,& ſui muneris rationem,& gloriam Dei, atq́ ædificationem Eccleſiæ pio pectore expendit. Eos enim qui ad gubernacula regnorum cuehuntur & collocantur à Deo ex immenſa bonitate, in primis conſiderare decet,ſeſe huic ſuo Domino id officij debere,vt ipſius dignitatem,laudem, gloriã, & poſſeſsionis ad ipſum pertinentis incrementa,amplitudinem,durationem, omni induſtria,conatu,labore quęrant & adiuuent. Ingratus certè meritò habendus,omniq́ odio & pœnis dignus conſendus eſſet,qui bona alterius gratuita cõceſsione obtinens,tantum ſua ipſius emolumenta ſpectaret:ijs omnibus neglectis & poſthabitis, quæ ad ipſum Dominum proprio quodam iure pertinerent. Neq́ exiſtimandum eſt,politicos magiſtratus in eo faſtigio uerſari,vt ipſi ſubditos tantum expilent:ſeq́ & ſuos, quamdiu quidem tali eminentia & felicitate ipſis frui datur, locupletent, & quaſi paſcant atq́ ſaginent:quæ quidem res immanes & crudeles tyrannos gignit,quos Deus iterum imperijs excutit, & atrocibus pœnis notat,vt ſint paradigmata,quibus alij commonefacti,à ſimilibus ſtudijs & facinoribus abſterreantur. Neq́ uerò iſtud eſt præcipuũ aut vnicum in Imperijs & hominum gubernatione, ſolummodò operam dare atq́ attendere, ut externum diſciplinæ ſtudium uigeat,& in honeſta trãquillitate homines uitam agant. Cum enim Magiſtratus in ſacris literis dij nominentur, omnium prima & potiſsima cura ipſorum eſſe debet, ut Deo tali pacto ſeruiant, ut regnum eius in ſuis Imperijs innoteſcat,creſcat,conſeruetur: hoc eſt, vt ſincera doctrina (quam Deus ipſe inenarrabili clementia & bonitate hominibus patefecit,& per quam ſibi colligit,ſanctificat,cuſtodit æternam Eccleſiam,à qua in hac & æterna uita celebretur, cognoſcatur,illuſtretur)tradatur, extet, ad poſteritatem tranſmittatur. Huc enim omnis politica adminiſtratio,pacis atq́ ſocietatis defenſio, & illa laborioſa cura victum atq́ opes quærendi & accumulandi,tendit: vt nimirum iſta ſpiritualia & æterna,corporis pariter & animæ bona comparẽtur. Sicuti autem ad pacem firmandam & cuſtodiẽdam pertinet,latrones, ſeditioſos, aliosq́ vim inferentes ſibi ſuisq́,propulſare atq́ reprimere:ita etiam in Eccleſia Dei,omni ſolicitudine & pietate proſpiciendum eſt,ne falſa dogmata ſubrepant:& hæretici, qui à Chriſto vocantur lupi,latrones,fures,inualeſcant,atq́ depoſitum doctrinæ cœleſtis & ſalutem æternam eripiant: qua quidem expoliatione nihil triſtius,nihil pernicioſius cogitari vel dici poteſt. Etſi autem magis commouentur & turbantur animi hominum, quando vident ingentem prædam matronarum,puellarum,paruorum liberorum, ſenum, à barbaris populis ex ciuitate aliqua occupata in

longin-

longinquas regiones pecudum more abigi,ubi perpetuã & horribilem ſeruitutem ſeruire coguntur:tamen innumeris modis ea clades & præda triſtior eſt, qua diaboli per ſuos crudeles tyrannos,Hæreticos dicimus, plurimorum animas in æternum barathrum & cruciatus,qui nunquam ullum habebunt finem, abducunt. Audiant itaq; omnes Magiſtratus Spiritum ſanctum, per os Dauidis ita cõcionantem,eosq; ſui muneris cõmonefacientẽ:

Et nũc reges(inquit) intelligite:erudimini qui iudicatis terrã.
Seruite Domino in timore,& exultate ei cum tremore.
Oſculamini filium,ne quando iraſcatur,& pereatis in uia:
Quia exardeſcet breui ira eius.

Quem iſta vox Dei tam grauis non mouet,non afficit, eum rupibus Caucaſi duriorem & immobiliorem eſſe oportet: & ſine dubio in nouiſsimo die penetrantiorem uocem ab ipſo filio Dei percipiet,vbi non licebit amplius aures obturare, & uocem Dei exibilare:ut nunc à multis fieri,nimis eſt manifeſtum.

Multæ autem inſignes uirtutes, in hoc celebri Pogonati facto fulgent.Non oppreſsit Eccleſiæ controuerſiam de doctrina, vel potentia, uel præiudicio:ſed prius voluit Eccleſię miniſtros,tanquam uerbi Dei præcones adhibere,ut cognoſceret,quę nam eſſent conſentanea Sacris literis,quæ non. Non reſpexit ad Maiorum ſuorum exempla, qui etiam publicis edictis Monothelitarũ doctrinam approbauerant: quæ difficile erat abolere. Nec mouit eum autoritas Patriarcharum & Epiſcoporum,qui tot annos Conſtantinopoli,& paſsim in Oriente, opinionem illam mordicus tuebantur. Neq; paſſus eſt ſe abſterreri, etiamſi audiret incredibilem eſſe Romani pontificis inſolentiam,ut qui ſupremam ſibi dignitatem & autoritatem ſupra alios epiſcopos & doctores nefariè arrogaret: ſed literas ad eum miſit, quibus eum hortatus eſt, vt ad indictum conuentum vel ipſe ueniret, uel legatos ſuos mitteret.Nihil autem prærogatiuæ ipſi concedit,neq; ueniam ab ipſo conuocandi ſynodum exorat: ſed pro ſuo officio ipſemet de Synodo conſtituenda definit,ipſumq; Romanum ac reliquos Epiſcopos ſcriptis literis amanter inuitat, ne tam neceſſariæ collationi de rebus ad publicum Eccleſiæ bonum ſpectãtibus deſint. Synodo uerò ipſemet Imperator intereſt, non tantum ut κωφὸν πρόσωπον,abſq; iudicio amplectens decreta:uel Romani Epiſcopi legatos in ſummum locum conſtituens,& ab ipſis oracula ueluti ex tripode dictata, ſine omni cõtradictione accipiens:ſed modeſtè,reuerenter,piè,quantum quidem ſuo conueniebat muneri,gubernabat Synodum,proponens ſtatum ſeu ſcopum cauſæ, & ordine quærens & colligens ſententias, ne quid confuſè aut præcipitanter fieret.Iuſsit non tantum unam,ſed etiam aduerſam partem,clarè & abſq; inuolucris dicere quid ſentirent, & quæ'nã

ſuæ ſententiæ haberent fundamenta ex ſacris literis, atq; autenticis probatorum doctorũ teſtimonijs. Ea in re tum prudentiam, tum quoq; patientiam & moderationem animi excellentem adhibuit. Vtriq; enim parti ſatis conceſsit ſpacij, ad proferenda illa omnia, quæ ad ſtabiliendas ſuas ſententias adducere uolebant: donec vltro profiterentur, ſeſe nihil amplius allaturos eſſe. Contentiones atq; conuicia inutilia, prorſus ſua præſentia atq; grauitate cauit: ſubindè rerum fundamenta & probationes euidentes poſtulauit. Abſq; omni ſignificatione affectus aut propenſionis in quenquam, æquis auribus, imò honorifica appellatione, vtroſq; compellauit & audiuit. Sciebat enim nõ prius eſſe damnandum, quàm plenè omnia cognouiſſet. Vbi verò re ipſa liquidò oſtenſum & deprehenſum eſt, Monothelitas ſuam opinionem nullis perſpicuis ſacrę Scripturæ teſtimonijs, neq; ullis probatorum patrum ſuffragijs tueri poſſe: imò cum notum fieret, ipſos patrum quædam dicta ex induſtria mutilaſſe, quædam etiam adulterina ſcripta ſubſtituiſſe, rectè ſentientium iudicio ſubſcribit Imperator: & condemnationem communi nomine factam, ſeriò & ſtrẽnuè exequitur. Iſtæ eximiæ uirtutes Pogonati hac in parte, maiorem laudẽ merentur: quia ſine dubio ſuos habuit aulicos Thraſones, vel Gnathones & ſuſurrones, qui inſtillarunt ei, indignum eſſe Imperatoria Maieſtate, rixis doctorculorum Eccleſiæ ſeſe immiſcere: dedecoroſum eſſe maiores ſuos dãnare, & decreta prius ea de re facta vel in dubium reuocare, vel prorſus retractare. nec ſatis eſſe tutum, id negocij Epiſcopis concedere: nam poſſe eos ſyncretiſmo facto, etiam Canones aduerſus Imperatoriam dignitatem condere, eamq; labefactare. poſſe Imperatorem ſilentium mandare, pro autoritate: clamoſos uerò & inobedientes in exilia exigere, vel alio modo uiolento ipſos comprimere. Verùm iſtis tentationibus profligatis, honorificũ ſibi coram Deo, ſanctis angelis & hominibus fore ratus eſt, ſi in medio doctorũ uerbi Dei cœtu apparens, legitimam cognitionem & dijudicationem controuerſiæ non exiguæ adiuuaret.

Vtinam uerò hodie ſimili ratione Eccleſiaſticæ controuerſiæ, à politicis Magiſtratibus ad publicam, legitimam, ordinatam cognitionem deducerentur, ubi ex uerbo Dei, utriuſq; partis confirmationes auſcultarentur: ac tandem id quod uerè, perſpicuè, grauiter eſſet demonſtratum, uno ore approbaretur: falſáq; dogmata, unà cum perſeuerantibus in erroribus, damnarentur. Nemo enim non uidet, non de uno duntaxat, ſed de pluribus articulis fidei, ijsq; omnium ſummis, nunc diſputari atq; contendi publicis libris. Paſsim in locis omnibus reſonant querelæ, turbari mentes plurimorum, inquietari multas Eccleſias diſcordantibus doctrinis. Excutiuntur non pauci paſtores, tantum eam ob cauſam, quia

ſam,quia corruptelis doctrinæ cœleſtis aſſentiri nolunt. Premuntur plus quàm Vatiniano aut Cainico odio multi rectè ſentientes ac docentes, tantum quia atris calculis falſa dogmata notant, eiſq; ut decet ex uerbo Dei publicè & priuatim contradicunt: ipſos etiam ſeductores, quantacunq; tandem eminentia excellant, monent, quatenus quidem ita perſeuerant, fugiendos: corruptelasq; ipſorum impreſsis libris, publiceq; circumuolitantibus inſertas, cauẽdas eſſe. Verùm ad ſurdos hactenus clamatum eſt, ad immiſericordes ſupplices palmæ extenſæ ſunt. Interim progrediuntur, creſcunt, imperium omne occupant toto orbe Chriſtiano errores, corruptelæ, hæreſes: fouentur diſsidia, inficiuntur pectora hominum, ſemina errorum iuuentus imprudens ſuſcipit. Quę igitur portenta, proh dolor, gignet ſeculum, quod nũc poſt tantam Euangelij illuſtrationem ſequitur? Quàm triſtes accuſationes in illo die audientur, quando ingentia hominum agmina, inauditis rugitibus deplorabunt, ſe à prçſtigiatoribus horũ temporum, autoritate & perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis deceptos, & falſis doctrinis irretitos eſſe? Quàm ſeueriter eos Chriſtus, iudex iuſtiſsimus, perſonarum ſublimitatem flocci pendens, alloquetur & obiurgabit? Tu'ne es ille eximius Doctor, qui ambitione & odio æſtuans, libris tuis dogmaticis tot tantosque errores inſcripſiſti, inuulgaſti in meam Eccleſiã, feciſti Iſrael peccare & blaſphemare, turbaſti Spiritum ſanctum in cordibus piorum, diris & diabolicis ſarcaſmis, conuicijs, calumnijs, inuectiuis, meos ſeruos, qui tuas præſtigias ex meo uerbo redarguerũt, tuamq; pœnitentiam quæſierunt, conſpuiſti, deformaſti, excarnificaſti, occidiſti? Ad ipſos verò Magiſtratus, qui iſta uel tulerunt, uel promouerunt atq; iuuerunt, & rectè docentes oppreſſerunt & uexarunt, non audietur uox Chriſti clementior. Nũc quidem iſta non cogitantur, non expenduntur: imò ridentur tãquam ſomnia. Sed uiuit Deus, qui non irridetur. Experiantur igitur iudiciũ Chriſti, qui iam neq; Deũ neq; inferos metuunt, hypocriticam tantum ſpeciem pietatis prę ſe ferentes. Homines afflictiſsimæ Eccleſiæ miſereri nolunt: opem igitur præſtabit ipſe Dominus cœli terræq;, id'que propediem. Sed ad alterum nunc exemplum accedemus.

Præclari & ſalutaris operis exemplum, in Conſtantino Pogonato ſpectandum exhibuimus: iam uerò uitium ſeu peccatum ex aduerſo poſitum, nonnihil cõtemplemur. Cum illa peſtilens doctrina, in Eccleſia primam quaſi herbã exereret, paulatimq; adoleſceret, quòd vnica tantum voluntas, vnicaq; operatio ſeu actio in Chriſto eſſet: (qua ſententia ſimul dogma Eutychianorum, de confuſis naturis in Chriſto poſt unitionem, continebatur:) Heraclius Imperator uni parti, turpi leuitate, indigna Imperato-

re,aures quàm latiſsimè aperit: ueris autem doctoribus arctiſsimè occludit. Neq; in conſilium adhibet uiros doctrina,fide, ſinceritate celebres: ſed ab eis ſciſcitatur, qui ea lue infecti erant, & rectam ſententiã liuidis pectoribus & venenata lingua perſequebantur. Non conuocat Synodum ea de cauſa,non inquirit cœleſtem ueritatem accuratius: ſed ſua potẽtia elatus, ex arbitrio ſuorum politicorum, adhibito aulico Gnathone ſeu concionatore Sergio (qui poſtea in uitulo Mahumetanico conflando ſedulam operam nauauit) in angulo, tum de controuerſia longè difficilima & maximè ardua pronunciat: tum Amneſtia tali controuerſiam ipſam ſedandam & opprimendam decernit, vt neq; de duabus, neq; de unica tantùm uoluntate atq; operatione Chriſti deinceps quicquam,uel publicè vel priuatim doceatur:& vt neuter alterum taxet ſeu damnet, annexis minis reſpectu ſui ſceptri formidandis. Eò tamen omnia comparata & directa erant, ut Sergius cum ſuis aſſeclis,ſub clypeo Imperatoris latitantibus, liberè ſuas præſtigias ſpargere poſſent,obſtructis oribus ſanorum doctorum. Hæc ſine dubio politicè,ſingulari venuſtate ſunt exornata & commendata, talibus ſermonibus. Cõtentiones eſſe prohibendas. Non eſſe in Synodo committendos homines rixoſos. Eccleſiæ tranquillitati eſſe modis omnibus conſulendum. Silentio & amneſtia potius Iacobitas & Monothelitas inuitandos ad conuerſionem,quàm graui cenſura & refutatione,qua magis animi irritentur,quàm ad concordiam & conſenſum adigantur. Imperatorem poſſe doctoribus Eccleſiæ mandare,ut obtemperent: quòd ſi non faciant, poſſe in ipſos animaduertere. Iſtas diſputationes eſſe meras logomachias,ex ambitione profectas: quæ non uerborum pugnis,ſed ſceptro ſint reprimendæ. Spectare clamores illos aduerſus Monothelitas,ad regni ſeditionem: ideo uidendum maturè, ne quid Heraclij imperium detrimenti capiat. Iſta & ſimilia multa ualde ſpecioſè declamitantur,atque politicorum hominum animos magis cõmouent,quàm omnes rationes quantumuis ponderoſæ,pro ueritatis inquiſitione, doctrina, confeſſione prolatæ.

Sed iſte Auliciſmus,non fuit Eccleſiæ Chriſti ſalutaris. Tali enim pacto non uoluit Deus controuerſias religionum tolli. Itaq; turbationes publicæ, tum Eccleſiaſticæ tum politicæ,creuerunt: ac tãdem architectus religionis, cum ſuis Synergis pœnas dedit.

Quot igitur in Conſtantino uirtutes, tot in hoc uitia omnium piorum oculis expoſita ſunt. Quid enim leuius in Imperatore,quàm tam facilè impoſtoribus credere? Quid ſtultius, quàm de hæreſi damnatos, eccleſijs præficere, & lupis oues concredere? Quid iniquius,quàm aduerſam partem non auditam condẽnare? Quid nocentius,quàm aulicos uno atq; altero falſo doctore ad-

re adhibito, cum ipſis propter ſua lucra colludente, formas religionum conflare: easq́ Eccleſiæ Chriſti cum atrocibus minis, ni pareatur, obtrudere? Quid atrocius, quàm ſinceris doctoribus & confeſſoribus prius ſilentium imponere, quàm de erroribus aut non rectis confeſsionibus, ex uerbo Dei ſint conuicti? Quis eiuſmodi conatus, proceſſus, executiones, ſaltem ſana mente prędıtus, unquam probare poterit?

¶ Verùm nos iſta nõ proſequemur fuſius, ne nimiũ hæc nobis excreſcat Præfatio. Duo tantũmodo hic meditanda & diſcenda proponemus. Vnum, quòd nequaquam licitum ſit, aulas cũ ſuis quibuſdam Gnathonibus & Ventriſeruis, ut ſic loquamur, formas religionum conflare: easq́ Eccleſiæ, citra omnem quantumuis piam, honeſtam, modeſtam, decoram reluctationem aut refutationem, obÿcere. Alterum, quòd nequaquam ſinceri doctores verbi Dei, eiuſmodi formulis religionis aut edictis de ſilẽtio, deq́ non confutandis hæreticis & hæreſibus parère, ſed potius voce & ſtylo contradicere teneantur. Exempla utriuſq́ hic extãt.

Quod enim ad primum attinet, etſi pÿ Magiſtratus cura rectè conſtituendarũ Eccleſiarum ex toto pectore affici debent, abolere idololatrias, prohibere falſa dogmata, promouere rectè docentes, & ueros Dei cultus: tamen non habent poteſtatem formulas religionum cudendi cum ÿs, qui ſe ad politicorum uoluntates miris artibus accommodare & flectere poſſunt.

Rationes ſunt plurimæ, quarum tantum aliquas ueluti extremis digitis attingemus. Manifeſtum ex ſacris literis, & perpetuo Eccleſiæ Dei uſu eſt, diſtincta eſſe officia poteſtatis politicę & Eccleſiaſticæ. Leges ciuiles, earumq́ executio, Magiſtratui conueniunt. Docere autem uerbum Dei, & adminiſtrare claues & Sacramenta, ordinato quidem modo, miniſtris uerbi Dei legitimè uocatis proprium eſt: niſi extrema neceſsitas diuerſum cogat, ubi quilibet Chriſtianus eſt ſacerdos. In legibus forenſibus habet aliquid poteſtatis Magiſtratus, ut pro rerum & perſonarum ratione, aliquid uel mitigent, uel exaſperent. In uerbo Dei & miniſterio docendi, non item. Et commodè ipſis hoc obÿcitur: Aliud eſſe ſceptrum, aliud plectrum. Sicut igitur confuſio eſſet officiorum & poteſtatum, quam politici maximo ardore, in inſtanti (quod dicitur) repreſſuri eſſent, & iuſtè quidem, ſi aliquis concionator uerbi Dei, uti uulgò appellantur, leges politicas, honeſtas & debito modo latas, reformare, easq́ ad circumſtantias rerum corporalium inflectere uellet: ita multo eſt intempeſtiuius & inſolentius, in uerbum Dei quaſi illotis manibus irrumpere: & neglectis aut exſibilatis ſanis peritisq́ doctoribus, ex politico foro & carnali ſapientia ipſis dictare, quid, qua ratione, quatenus docere debeant, uel non: quæ retinenda, quæ uerò enuncianda ſint;

da ſint:erga quos, & quomodo, uel clauis abſoluens aut ligans uſurpanda. Ethnici dixerunt,Peritis in ſua arte credendum eſſe. Item:Imperitos de artibus quas non didicerunt, necꝙ intelligunt, perinde iudicare, vt cæcos de coloribus. Iam ſi Miniſtri uerbi à Deo conſtituti ſunt, ut doctrinam cœleſtem tradant,in ea'que ætatem ſuam conſumant, perinde ut politici in ſuis legibus forenſibus:certè non decet eis ex curia,aulis,iudicijs forenſibus,dictari religionis formam,quam uel recipere,uel propter eã repudiatam crucifigi aut exulare cogantur.

Nemo etiam,ut nos quidem opinamur,inficiabitur,typum ſanæ doctrinæ, & normam exactiſsimam docendi uerbum Dei, eſſe præſcriptam & traditam:iuxta quam ipſos Miniſtros docere,& omnes mortales ſentire & credere decet, ut Dauid inquit: Lucerna pedibus meis uerbum tuum. & Eſaias: Qui non dixerit iuxta uerbum hoc,nõ erit ei matutina lux. & Paulus:Si quis aliud Euangelium docuerit,anathema ſit.

De regibus etiam, & omnibus in poteſtate politica conſtitutis,uox ſpiritus ſancti tali modo ſonat.Intelligite reges,Erudimini reges,Seruite reges Domino in timore,Oſculamini reges filiũ, Aperite reges & principes terræ portas ueſtras, Eſtote reges nutricij Eccleſiæ.Quid autẽ iſta ſibi uolunt? Num, ut reges formas religionum, adhibito uno aut altero legum mundanarum perito,& aliquo cõcionatore, qui mundum plus amat ac metuit quàm Deum, componant,ad quas proclamandas & ſequendas omnes pios & conſtantes uerbi Dei miniſtros adſtringant? Ex quali verò Grammatica uel Dialectica iſta procedunt? Quod'nã Ius humanum, quęſumus,ipſum Ius diuinum ita horribiliter cõſtringit, ſibiꝙ ſubijcit? Antequam lux uerbi diuini illucceſceret in Germania,regnantib.tenebris Põtificijs & Monaſticis,unicus ille Romanus præſul poteſtatẽ ſibi ſumebat, leges etiã politicas nõ modò reformandi,ſed etiã delendi,ſubſtitutis ſuis decretis & decretalibus:id quod ſuperis atꝙ inferis notum eſt. Quid uerò nunc fit? Pro uno pontifice innumeri ex politicis,eminentia loco rum atꝙ munerum ſuffultis atꝙ elatis,exiliunt: qui uicem alternantes,nunc à forenſibus rebus in Eccleſiaſticas tranſcendunt:& non contenti ſuis metis, religionum formulas Eccleſijs cum ſceptro,gladijs & fulmine Iouis exhibent. Colores uerò uarij alliciuntur,quod Magiſtratuum ſit officium, cuſtodem utriuſꝙ Tabulæ agere,altercationibus modum ſtatuere,proſpicere publicę paci,remouere ſeditioſa capita: & quis poteſt eos fucos omnes commemorare,quibus conantur plurimorum oculos faſcinare, & faciunt quòd libet?

Quemadmodum autem euentus eius formæ quam Heraclius fabrefecit,infelix & exitioſus fuit: ita res ipſa quotidianis exem-

plis

plis oſtendit,tales religionum typos ſeu cothurnos, non eſſe ſalutares:& confuſionum & talium uitulorum architectos, ac nouarum Damaſcenarum ararum fabros,pœnas atroces comitari.

Atqui mox horrendis clamoribus, & terrifico faſtu obſtrepere ſolent:Ergo Magiſtratus ex Eccleſia Chriſti excluduntur? An non habent poteſtatem prouidendi,ut Eccleſiæ grata pace fruātur,& diſsidia tollantur? Quàm uerò artificioſe belli homines, ſuam illam cauſam tractant? Cum enim rem ipſam tueri nullo honeſto prætextu queant, ad alias propoſitiones deflectunt. Iſte eſt ſcopus rei,quod Magiſtratibus politicis non ſit licitum, cudere formas religionum,in perniciem ueritatis: ita ut vel cōcilietur ueritas & mendacium, uel utraq; ſimul ſopiantur: id quod tandē eum habet exitum,ut regnent errores, ueritas crucifigatur & ſepeliatur. Sint ſanè & ipſi Magiſtratus membra & partes & ciues Eccleſiæ Dei:imò ut ex toto corde ſint,omnes precari decet. Flagrent ipſi quoq; zelo pietatis:ſed non ſint capita Eccleſiæ, quia ipſis non competit iſte primatus. Non præſcribant religiones ſoli: cum ſint etiam, quibus Deus miniſterium uerbi demandauit. Non prætexant zelum ſuis cupiditatibus. Non gignant nouos fidei articulos. Non ſimul ſtrangulent cum erroribus ueritatem. Non compedes inijciāt ueritati patefactæ,& laxent habenas corruptelis. Non crucifigant Chriſtum:& pontifices,hoc eſt impoſtores & lupos in templum Dei collocent. Nam eſt profectò, & uiuit & regnat in æternū,qui dixit, HONOREM meum alteri non dabo: quiq; non minus habet ſpiritum in naribus, quàm ipſi. Quando incipit potentes ſubijcere pœnis, tum eos ueluti teſtas potenti dextera comminuere dicitur:idq; exemplum Heraclij & multorum aliorum teſtatur. Qui non credit, experietur magno cum ſuo malo.

An non, inquis, confeſsionem licet adornare, qua Eccleſiæ uniantur,& omnes diſtractiones prohibeantur? Quid hoc,bone uir, ad illas nouas religionum formas? Confeſsiones autem de doctrina,quas Eccleſiæ plures ſequi debent,perinde ut leges ciuiles,politicarum rerum gnaros artifices, ita ſacroſanctæ Theologię peritos conſcribere decet: non philoſophos aut alios, quorū eſt diuerſa profeſsio:& quos dubium eſt,didicerint ne ſuum Catechiſmum, an non.Sitq; unica norma,uerbum Dei. Si qui politici aliquid reprehendere moliuntur, verbum Dei proferant: nō pro ſua maieſtate terrorem incutiant, aut poſtulent ad ſuos affectus religionem Dei flecti & attemperari. Hæc iuſtiſsima ratio eſt, ipſumq; ius & libertas Eccleſiæ Dei,Chriſti ſanguine parta. Et quid tandem prodeſt ſubinde alias atque alias Confeſsiones excudere,præſertim cum aliàs extent ſatis probatę:& potius legitimo iudicio errores ſint damnandi,qui ſubinde in agro Domini pullulant.

Alte-

¶ Alterum eſt, quod in hac Centuria diſcendum eſt. Quod ſicuti Miniſtri verbi Dei, nulla temeritate, ambitione, moroſitate, rixãdi cupiditate adducti, formulas religionis ab Heraclio & ſuis palpatoribus, falſis nimirum fratribus compoſitas, ut à Sergio & alijs, optima conſcientia & iuxta voluntatem omnipotentis Dei repudiarunt, eaq; in re ſeſe Deo ipſi obtemperare oſtenderunt: ita etiam nunc oporteat omnes fideles verbi Dei Miniſtros, ſummos & infimos, nouas religionũ formas, quas politici in ſuis angulis, adhibitis quibuſdam arundineis fratribus, uentricolis, peritis calidum & frigidum pro ſuis commodis uno ore efflare, cudunt, iuxta uerbum Dei examinare: & omnia quæ uel ex diametro & manifeſtè pugnant cum uerbo Dei, aut malam habent ſpeciem, aut confeſsionem ueritatis, ac refutationem errorum & errantium impediunt, lupisq; & furibus portas & feneſtras aperiunt, ad ſeducendos homines, & veram doctrinam opprimendã, reijcere, damnare, ac dicere, Hic non hominibus quantumuis excellentibus, ſed ipſi ſummo Deo obtemperandum eſt: ſiue rideat ſiue ploret, ſiue fremat, furat, inſaniat, quicunq; uelit.

Solent quidem Politici hanc neceſſariam erga Deum obedientiam ac zelum pro ueritate, ſpectantem gloriam Dei & miſerorum hominum ſalutem, odioſiſsimis verbis traducere & exagitare: eſſe meras rixas, eſſe ſtudium ſeditionis, eſſe contemptum legitimorum magiſtratuũ. ſicuti ille Pontius pontifex politicus, plenis buccis proclamabat. Omnis anima poteſtatibus ſuperiorib. ſubdita ſit: uos Theologi eſtis etiam animæ: ergo debetis, & cogemini ſceptro, ut obtemperetis formulæ religionis & edictis omnibus, quæ à politicis Dominis vobis proponuntur: & ſeditioſi eſtis, ſi detrectare auſi fueritis.

Sed meris calumnijs, mendacijs & conuicijs eiuſmodi homines onerant pios, ſanos, fideles & cõſtantes uerbi Dei miniſtros: & ſua crudelitate nefaria, confeſsionem ueritatis ſuperbiſsimis ſuis pedibus conculcant. quę res ipſis cedet malè. Eſt enim Deus, qui iſta uidet: & vlciſcetur, quãdo impij ſuã mẽſurã cõpleuerint.

Eſſe Theologos etiam omnes ſub Magiſtratibus, in rebus politicis & honeſtis omnibus, omnes ſua ſponte ac libenter fatẽtur, necq; opus habent ab eiuſmodi Pontijs põtificibus addiſcere: ſed ut protinus nouos vitulos Ieroboam adorent, hoc eſt, religionũ typos à Pontijs, nouis pontificibus, fabrefactos & obtruſos, amplectantur, & ſputum ipſorum in terram proiectum lingant (ut faciunt nonnulli paraſiti, fraudulenti in uinea Domini operarij) non eſt comprehenſum in illuſtri Pauli dicto.

Dicendum itaq; cum ſocijs Danielis: Notum tibi ſit Rex, quòd deos tuos non colimus: & ſtatuam auream, quam erexiſti, non adoramus, Et cũ Apoſtolis, qui Magiſtratui & Senatoribus Hieroſoly-

roſolymitanis reſpondebãt:Oportet DEO magis obedire,quàm HOMINIBVS. Quid igitur, Pontifex politice, (ſic enim libet appellari omnes eos, qui politicis conſilijs religionem & Eccleſiam turbãt)quid,inquimus:num tu illis miſeris doctorculis verbi Dei,occines tali modo tumidiſsimo ore? Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſit ſubiecta: Ergo vos miſeri homines,facite ſine omni diſcrimine, quidquid imperauerit Rex, quidquid iuſſerit Senatus? Et certè tales fuerunt ibi Thraſones circa Nabuchodonoſor non pauci, & eiuſmodi conſiliarij in ſenatu Hieroſolymitano ſederunt inter primos,qui eiuſmodi claſsicis inſonuerunt. Sed audite uerbum Domini,ô filij hominum, qui eſtis vmbra fugax,herba marceſcens,flos cadens: Oportet DEO magis obedire quàm Hominibus: non hominis principaliter, ſed Dei uox eſt:rumpantur licet ilia veſtra incredibili indignatione & furore.

Inclinate parumper aures veſtras ad uocem Regis cœleſtis: quia miniſtros Dei ingenti faſtu arcetis ſæpe,ne vobis ueritatem loquantur.Is hanc regulam præſcribit & ſancit: Date DEO quæ ſunt Dei,& Magiſtratui politico(nam Cæſar hic in genere ita accipi debet)quæ ſunt Magiſtratus politici. Verba illa, quòd inquit, QVAE SVNT:differentiam faciunt inter res quæ conueniunt DEO ſoli,& quæ Magiſtratui politico propriæ ſunt. Diſcernit ibi unigenitus Dei filius religionem,complectentem verbum Dei & cultus mandatos,& deinde leges atq; res politicas.Diſtinguit vocationes,Eccleſiaſticam & politicam. Inſuper prohibet, ne confundantur:& ut cuilibet SVVM, hoc eſt,quod ei propriè competit,relinquatur. In Nouo quidem teſtamento ſemper diſtincta fuerunt oficia Magiſtratuum politicorum, qui corpora & res externas atq; mundanas gubernant:& doctorũ verbi Dei, quibus cura tradendi uerbum Dei & adminiſtrandi ſacramenta à Chriſto inſtituta,eſt delegata.Et nihil habet perplexi iſta ſentẽtia filij Dei:Reges gentium dominantur,uos autem non ſic.

Proinde falcem in alienam meſſem mittunt,& alienam functionem temerè inuadunt,ſanctumq; ſanctorum intrant,quemadmodum Oſias:qui cum ſint politici Magiſtratus, aut ipſorum ſerui, tamen magno ſupercilio audent nouas religionum formas cõponere,easq; Eccleſię Miniſtris offerre,tali cũ imperio, Ni applaudant ſine contradictione, ſe ſuo ſceptro ipſos expulſuros aut punituros:id quod etiam factitant abſq; omni miſericordia. Itẽ,qui pro ſuo imperio mandant,ne corruptelæ,& ipſi quoq; corruptores cœleſtis ueritatis, publicè, uoce,ſtylo, libris euulgatis,oues Chriſti,ut lupi uoraces,turbantes & laniantes, à paſtoribus animarum inclamentur,indicentur, nominentur,taxentur. Ecquis uerò tam infinitam licẽtiam ſeu poteſtatem ullis Magiſtratibus,

aut ipſorum famulis conceſsit? Qua fronte id quod Dei eſt, hoc eſt religionem, ſub ſuam abripiunt tyrannidem? Pſalmus inquit: Erudimini reges, intelligite reges: hoc eſt, obtemperate verbo Dei, diſcite, ſequimini. Non inquit, Dominamini filio Dei, ipſius verbo, & Eccleſiæ. Chriſtus inquit: Cauete à pſeudoprophetis. Paulus ait: Attendite gregi. & : Sit anathema, qui aliud Euangelium attulerit. Item: Contradicentes conuincite, os eis obturate. Hæc manifeſta ſunt. Itaq; debebant illi qui talia ac tanta audent, prius uniuerſam pietatem abiurare. Debebāt Deū negare, ſeq; in ipſius locū collocare. Debebant bellum indicere verbo Dei. Debebant ipſi miniſterium docendi & ſacramenta adminiſtrandi arripere: uel quæſtoribus, aut alijs ſeruis politicis, qui Dominis ſuis, ferocibus animis eſſent pares, Superintendentias & reliqua officia Eccleſiaſtica cōmendare, antequam nouas religionū formulas cum tantis tonitruis & fulminibus proferrent, ac ſilentium contra fures ueritatis & contra lupos animarum præciperent. Tum uerò eſſent Ioue ipſo ſuperiores, & feliciores. Quid uerò eſt Antichriſtum eſſe, ſi hoc non eſt? Res enim ipſæ autorem, qualis ſit, coarguunt, etiamſi pellem ouillam ſubinde oſtentent: hoc eſt, ore impudenti uociferentur, ſeſe eſſe conſtantiſsimos Chriſtianos: cum quidem iuxta regulam Iuris, uerba contraria factis nihil probent, imò ſcelus ipſum potius detegant atq; arguant.

Quid autem honeſtius, quid grauius dici poteſt, quàm, Miniſtros Eccleſiæ verbo Dei obſtringi, ut non modò falſa dogmata, Eccleſiæ Dei nocentia, ſed etiam ipſos autores, patronos & defenſores corruptelarum (præſertim ſi libris euulgatis aut publica voce iſta peſtifera uenena diſſeminent) oſtendant, reprehendant & refutent? Nam inter partes officij uniuſcuiuſq; docētis verbum Dei, Paulus commemorat, Vt contradicentes conuincat & ἐπιστομίζῃ. Quomodo hic doctores falſos, ab ipſis adulterinis doctrinis quas tradunt, diſcernes? Et qua'nā ratione os eis obſtruetur, ſi Magiſtratus politici moliuntur Spiritui ſancto os obligare impoſito ſceptro, ne contra corruptores ueritatis, & ipſorū corruptelas ullum uerbum mutiant?

Conſiderent autem omnes, ſana tantum mente præditi, (non iam de pijs Deumq; timentibus loquemur,) qualis ſit iuſticia uel æquitas, quàm conformis ipſi rationi, quòd latronibus ac lupis, hoc eſt hoſtibus animarum (quid enim nocentius eſt animabus falſa doctrina?) ſecuritas & libertas permittitur, ut uoce, ſtylo, libris longè lateq; per orbem Chriſtianū diſperſis, lucem uerbi diuini obſcurent, gloriæ Dei detrahant, Spiritum ſanctum turbēt, animas hominum in æternum exitium & regnū Diaboli pertrahant: E contrà autem ueris, ſinceris, fidelibus animarum curatoribus,

bus,non relinquere liberum,quicquam opponẽdi, & tuendi lucem ueritatis patefactæ,vindicandi gloriã Dei, monendi ouiculas ut aconita & cicutas iſtorum præſtigiatorum uitent,fugiant & execrentur?

Cogitent(inquimus)omnes,qui hominũ uocabulo digni cenſeri uolunt:an'non atroci & crudeli hoſte emergente, qui regionem aut Rempublicam inuadit,incendit ædes,aufert bona,ciues ubicunq; poteſt capit,truncat manibus ac pedibus, atq; ita abijcit,aut in turpem ſeruitutem abigit:an'non(inquimus)ibi Magiſtratus hoſtem nominatim publicé'que uoce ac ſcriptis indicant, qualis'nam ille ſit,quod ei nomẽ ſit, corporisq; habitus quaſi depingunt, ubi ſoleat uagari, aut latrocinia ſæua exercere demonſtrant:& monent,ut unuſquiſq; ſibi caueat,armis ſeſe inſtruat,ne aliquid damni accipiat? Hæc cum omnes gentes etiam faciant, & iudicent eum Magiſtratum qui id negligit,aut cõniuet ad mactationes ſuorum ſubditorum,odio & omnibus diris atq; execrationibus dignum eſſe:cur igitur in regno CHRISTI,ubi miniſtri uerbi ſunt animarũ curatores,id ne fiat prohibetur? O' quàm ſeueram & triſtem uocem aliquando in nouiſsimo die, omnes illi politici audient,quicunq; tandem ſunt, qui diabolo hac ratione ad plurimorum animas trucidandas, libertatem permiſerunt, poteſtatẽq; contulerunt: CHRISTO uerò ipſi,& Spiritui ſancto, frena in os iniecerunt,ne quid contrà hiſceret?

Quando filius Dei inquit, CAVETE vobis à Pſeudoprophetis,non tantum iubet caueri impoſtores: ſed uult etiam hanc ſententiam perpetuò in ſua Eccleſia extare & ſonare. At quis in Eccleſia iſta denunciabit? num politici Magiſtratus, an veri miniſtri verbi Dei? Deinde, an'non ut caueri poſsint, ipſi Pſeudoprophetæ cum ſuis hæreſibus ita ſunt commonſtrandi, ut oues rectè cauere queant? Si alij peccantes, iuxta Paulum, coram omnibus arguendi ſunt, ut & cæteri pauorem habeant: annõ igitur multo magis arguta & clara uoce reprehendendi ſunt, qui in prima tabula peccant, cum exitio plurimorum: hoc eſt, qui faciunt Iſrael peccare falſa doctrina, quam ſuis fucis ornatam proferunt?

Vigiles,Epiſcopos,Superintendentes,paſtores,animarum curatores,uerbi diuini prçcones appellantur, qui in Eccleſia docẽt. Ad quid igitur reſpicere debent,ſi illi qui in regnum CHRISTI impetum faciunt,non ſunt armis ſpiritualibus, hoc eſt uerbo ueritatis arcendi? Ad quid paſtores ſunt,ſi lupi in oues graſſantes, non ſunt inclamandi, & baculo ueritatis cœleſtis feriendi? Ad quid cura animarum pertinet,ſi muſsitandum, aut potius tacendum eſt,quando ingruunt falſi doctores,hoc eſt lupi rapaces autoritate,facundia,gratia mirificè inſtructi & ornati? Equidem

 pluri-

plurimum habet ponderis,quod in Propheta Deus clamat: Væ paſtoribus,uæ prophetis,qui ſe paſcunt,non oues:qui non uidẽt niſi ſua cõmoda,errantes non reuocant in uiam, uulneratas non ſanant,&c.

Exempla ſi quis recenſere uellet,quibus falſi doctores nominatim indicati & reprehenſi ſint,plurima in ſacroſanctis literis, & in perpetua Eccleſiæ Dei hiſtoria ſponte ſe offerent. Micha nominatim taxat Zedekiam,Amos Amaliam,Ieremias Paſchur: & quidem captiuis Iudæis literis deſignat, quos fugere debeant, nempe Achab, Zedekian. Iohannes Herodem: Paulus Hymeneum,Alexandrum,Phygellum, Hermogenem, Phyletum, Demam,Alexandrum fabrum.Poſtea non modò Synodis, uerumetiam concionibus & libris, Eccleſiæ Chriſti doctores, hæreſes & hæreticos expreſsis nominibus refutarunt & damnarunt: ut hiſtoria declarat.

Pudet profectò,pudet dicere, in tanta lucis uerbi diuini claritate tantum ſcelus in ipſa Eccleſia audiri, imò magis magisq; indies inualeſcere ac dominari, ut magis falſis doctoribus,licentia maledicendi, & pingendi ſuas præſtigias concedatur & muniatur:quàm CHRISTO & ſuis miniſtris,ut incorruptam ueritatem tueantur,& lupos agnoſcant,denotent,fugiãt. Quid indignius, lupos ipſos in ſinubus ſuauiter foueri, dignitatibus & opibus augeri:paſtores uerò ſalutares pedibus conculcari,maledictis & calumnijs conſpurcari,truculenter uexari, profligari atq; expelli? Quid uerò etiam de illis cenſeas,qui tum ſuo exemplo, tum etiã teſtimonio & præcepto iuuentuti perſuadent, pio & prudenti conſilio ſimulandum & diſsimulandum hac in re eſſe?

Sed prætendunt politici,neminem abſque legitimo proceſſu, hoc eſt, niſi præcedat admonitio, deinde accuſatio coram Synodis,tertiò publica & ſolennis condemnatio,nominatim perſtringendum aut reprehendendum eſſe. Belli ſanè homines. Cur non eâdem ratione præſtigiatoribus leges ponunt, ne ipſi citra conſenſum Eccleſiæ Dei, falſas doctrinas in agrum Domini ſerant? Deinde cur non ipſi Magiſtratus Synodos cõuocant? Nõ enim ipſis ignotum eſt, quòd miſeri paſtorculi alibi habitantes, non habeant poteſtatem uocandi aliquos magnos & ſuperbos doctores,qui uix alloquio alios dignantur:& uolunt tantũ adorari ſua omnia,tanquam mera oracula ex cœlis delata. Imò ſciũt politici,quamdiu ante ipſorũ pedes iacuerint fideles Chriſti ſerui ſuis ſupplicationibus,rogitantes,ut tandem congregatis ex Eccleſia multis Theologis,ordine,legitimè,rectè, iuxta normã unicam uerbi diuini,curarent illas controuerſias,quæ regnũ CHRISTI longo iam tẽpore concutiunt,decerni & finiri. Tertiò,quãdo falſa dogmata uoce publica,aut libris euulgatis paſsim inſtillantur,

lantur,& iam lupi intra ipſum ouile ſæuiunt,intempeſtiuum atq; impium eſt,de eiuſmodi proceſſu leges dictare. Nam ibi tanquã ad publicum incendium,omnes Chriſtiani tenentur concurrere, & arma ſpiritualia,id eſt confeſsiones adferre:indicare & refutare non modò ipſas falſas doctrinas,ſed etiam earundem autores ac defenſores. Id uerò etiam Prophetæ,Chriſtus,Apoſtoli,& omnes ſani doctores,omnibus ætatibus fecerunt.

Reliquos prætextus politicorum, exiſtimamus eſſe tam exigui, aut potius nullius momenti, ut nulla accurata commemoratione, nedum refutatione indigeant. Aiunt enim tranquillitatem eſſe conſtituendam: Oportere rixarum & diſputationum eſſe modum. Atqui tranquillitas, non diiudicatis, non abrogatis, non extirpatis falſis dogmatibus, non eſt regno CHRISTI, uerùm potentiæ diaboli ſalutaris. Nec poſſunt uel debent refutationes errorum tolli, niſi adulterinis doctrinis apertè ſublatis. Iam uerò infelices homines, morbis relictis,ſanitatem iactitant.

Addunt inſuper: Non decere magnos uiros in Scholis docentes, ita morderi & traduci: ne ſtudia intereant, quibus uita hominum tam indiget quàm ſolis ſplendore. At quæ nam cauſa eſt,magnis uiris parcere, maximo uerò CHRISTO nihil parcere? Vter eſt excellentior? Præterea, quomodo magni eſſe poſſunt, ſi falſa doceant:niſi magnos præſtigiatores, quatenus quidem corruptelas tutantur, meritò nominare uelis? Et quomodo illi Scholas uerè ornabunt, quomodo iuuentutem rectè inſtituent, quomodo ſeminaria Eccleſiæ Dei fouebunt atque augebunt, ſi falſis doctrinis imbuti, earum principia atque odia aduerſum rectè ſentientes & docentes, teneris pectoribus inſtillauerint? Hæccine uobis politicis parui momenti uidentur? An'nõ ex illis ipſis Scholis, ubi hæreſiarchæ in altis pulpitis,cincti clypeis politicorũ,ſedent, prodeũt cõplures iam annos libelli famoſi, tetros errores continentes? quibus quales pulli excludantur,& qualem poſteritatem habiturus ſit filius Dei, luculenter demonſtratur:nempè ut reuerſus ad iudicium,ſicut prędixit,fidem uix ſit reperturus.

Iſta ſine omni dubitatione illi perpenderunt, qui Heraclij conatibus uerbo diuino reſtiterunt, & nunc multiplicem doctrinam & commonefactionem nobis ſuppeditant: atque eam ob cauſam ab omnibus pijs iurè celebrantur, quòd conati ſunt ueram doctrinam de Chriſti naturis, ſummo ſuo periculo, cum maximis moleſtijs & laboribus,ad poſteritatem (quantum in ipſis fuit) propagare. Nec ſunt ueriti corruptelas & errores, etiam Imperatorum edictis & gladijs munitos,uerbo Dei,confeſ-

ſione,oratione,conſtantia, cruce, exilijs & morte ſua oppugnare. Nemo igitur, ut opinamur,tam erit excors uel in humanus, uel etiã impius atq; crudelis,qui nobis uitio uertet, quòd hiſtorica illa uetera ad noſtram ætatem atq; utilitatem deflectimus: neminem iniuria afficimus:atq; ex toto pectore ita ſtatuimus,quòd iſta digniſsima ſint conſideratione,resq; proponant omnibus ſcitu perquàm neceſſarias.

¶ Nunc ad uos, Nobiliſsimi uiri, pietate, uirtute, prudentia, fortitudine præſtantiſsimi, noſtra ſeſe conuertit oratio. Intelligitis, Hiſtorias, potiſsimùm ſacras, de rebus longè maximis, ad animæ ſalutem & uitam æternam ſpectantibus, grauiſsimè omnes commonefacere. Sæpe enim hallucinantur & aberrant homines, quia tantum ſuæ rationis ductum, quæ quidem plurimis rebus corporalibus faſcinari poteſt, ſequuntur, neque habent in conſpectu ea quæ prius in Eccleſia geſta ſunt. Vnde & de euentibus ſimilibus iudicare,& quaſi uaticinari,& commoda atque ſalutaria conſilia capere liceret.

Vobis autem hanc SEPTIMAM CENTVRIAM inſcribimus atque nuncupamus, ob haſce præcipuas cauſas. Primùm, quia ſcimus,uos Nobilitatem ueſtram, quæ eximia & ueuſta eſt, non ſolùm armis, & rebus domi foris'que præclarè geſtis ornare: ſed etiam inſigni doctrina, qua nihil nobilius homini in hac quidem uita contingere poteſt. Non ignoramus, uos tribuere certas horas legendis atque conſiderandis omnium gentium hiſtorijs: atque deguſtare etiam,tanquam ciues Eccleſiæ Dei, regni Chriſti hiſtoriam, in qua plurima offeruntur quæ de rebus præſentibus inſtruere, & conſilia atque actiones præclarè dirigere ac gubernare poſsint. Quemadmodum igitur arma,equi,aliaq; eius generis,ijs qui tãtum prælia amant, accepta atque iucunda ſunt, ſi quis eis exhibeat: ita nos, cum ſtatuamus uos cum delectatione atque fructu eximio ſanctas hiſtorias legere, quæ ad res ſpirituales & corporales plurimùm habent utilitatis,ſperamus huius Centuriæ oblationem,atque perpetuam dedicationem, non fore ingratam: neque fallet nos ſpes noſtra. Arma militaria & generoſos equos ab alijs habetis: at hiſtoriam iſtam,noſtro quidem iudicio,illis rebus longè præſtantiorem ac durabiliorem,nos decet uobis mittere.

Deinde & hoc nos mouit, quòd ueræ atque ſinceræ religioni & confeſsioni fauetis: & eiuſmodi ueſtigia in omni antiquitate inquiritis, & magnifaciţis. Nulla autem felicitas, nullæ dignitates,nullæ opes pluris ſunt faciendæ, quàm ſi cui Dominus Deus animum, ad incorruptam pietatem propenſum, largitus fuerit. Videmus enim eiuſmodi animum non naſci ex

paren-

parentibus naturaliter, ſed à Deo ex ingenti bonitate diſtri-bui: non ſine diſcrimine, uerùm quibus ipſe, & quantum vult. Nouiſtis, ſacroſanctam Scripturam inter huius ſeculi & lucis filios accuratè diſtinguere. Etſi autem de latebris cordium humanorum nemo iudicare poteſt, niſi ſolus DEVS: tamen amor incorruptæ ueritatis, & luculentæ confeſsionis, teſti-monium de cordibus dicunt. ut in Pſalmo dicitur: Credidi, pro-pter quod locutus ſum. Speramus itaque, uobis noſtrum con-ſilium non diſpliciturum eſſe, quòd nos Miniſtri excelſi DEI, incorruptam doctrinam cœleſtis ueritatis, coram ingrato mun-do mediocriter, quantum quidem DEVS pro ſua benigni-tate largitur, profitentes, uobis hanc Hiſtoriam nuncupamus: quam quidem à rebus potius ſacris, quas exponit, quàm à uerbo rum ſplendore ut æſtimetis, rogamus.

Tertiò: In amplißimis negocijs politicæ gubernationis uer-ſamini quotidie, quæ non rarò etiam aliqua ex parte Eccleſiam attingunt, & ad poſteritatem quoque ſeſe extendunt. Itaque non putauimus inconuenicns eſſe, ſi ſacram uobis Hiſtoriam inſcriberemus: in qua eiuſmodi conſilia, actiones, decreta, euen-tus, in uiuis quaſi exemplis ob oculos conſpiceretis. Quàm enim infeliciter & infructuoſè arduis ſæpe conſultationibus interſint homines rerum priſcarum, & pręſertim talium rudes, ipſimet & iudicatis acutius, & ſæpius reipſa experimini.

Quartò: Et exempla alijs proponi utile eſt, quæ imitari que-ant. Confidimus igitur, hæc ueſtra exempla, quòd patroni huic ſacræ Hiſtoriæ in ipſa fronte libri adeſtis, non tantum modò, ſed etiam apud poſteritatem, ad huius mundi uſque ruinam, plurimos eſſe motura & excitatura, ut & ipſi hanc ueſtræ Nobilitatis præclaram uirtutem æmulentur, ſtudia li-terarum ament, legant Hiſtorias, fauore ſuo complectan-tur pios uerbi Miniſtros, confeſsionem puræ doctrinæ pro-uehant, celebrent Deum: dent'que operam, ut non modò in hoc caduco & perituro mundo, factis præclaris nomen & glo-riam ſuam augeant: ſed in uita æterna, ubi hæc carnalis Nobili-tas ceſſabit, perpetuam laudem & coronam immarceſsibi'em aſſequantur. Quantulum enim refert, in hac breui & mo-mentanca uita audire, Nobilem coli præ alijs uulgaribus ho-minibus: dignitate, functionibus, opibus, gratia potentum excellere: & poſtea, cum uita, omnem nobilitatem penitus amittere: atque in æterna uita, nunquam deſitura ignomi-nia, abiectione, contemptu, cruciatibus affici? cuius quidem rei aliqua umbra in opulento & Lazaro, à CHRISTO

b 4 depicta

depicta eſt. Optamus igitur, plurimos Nobiles, in hoc ueſtrum illuſtre exemplum doctrinæ, pietatis, confeſsionis, honeſtatis intueri. Et oramus DEVM patrem Domini noſtri IESV CHRISTI, vt ueſtras præſtantias & generoſitates benignè gubernet: ut in uera pietate, conſtantia, confeſsione, honoribus, opibus, fortitudine, ſucceſſu bonarum rerum omnium creſcatis: atque exiſtimetis ueſtram Nobilitatem, quæ in pietate conſiſtit, in omnem uſque æternitatem duraturam eſſe. Bene Valete.

Matthias Flacius Illyricus.
Iohannes Uuigandus.
Matthæus Iudex.

Septimæ Centuriæ Hiſtoria Eccleſiaſtica.

CAPVT I.

QVEMADmodum Seculum Sextum, ſi inſtituarur collatio, longo interuallo à ſuperiorib. aliquot, rerū amplirudine & dignitate Doctorū præſtantium, diſtat: ita uicisſim hoc Septimum, in quo Imperatores uixerunt Phocas, Hetaclius, Conſtantinus, Heracleonas, Conſtans, Conſtantinus Pogonatus, Iuſtinianus Secundus, & Leontius, quod nunc Deo iuuante deſcribendum ſuſcepimus, illo infelicius & tenebricoſius multo Eccleſiæ Dei ſuccesſit: rebus ſubinde in peius, iuſto Dei iudicio & uindicatione aduerſus mundi ingtatitudinem & ſcelera, ruentibus.

Nam paucos præſtantes & celebres habuit doctores Eccleſia hac ætate, qui in propaganda ſincera doctrina cœleſti, & in refutandis erroribus & corruptelis hæreticorū, ſuam fidem, conſtantiam & zelum gnaniter præſtitiſſent. Orientales pleriq; Monothelitarum errorem profitebantur, eumq́; mordicùs retinebant. Romani & occidentales ceremonijs condendis, nouisq́ue cultibus inſtituendis, & ſeſe ſuper Eccleſias Dei ambitioſè efferēdo, regnaq́; huius mūdi & glorism eius aucupando, impenſè ſuperſtitioſeq; operam nauabant.

Mabometi deliria & uanas atque impias opiniones, qui ſedulò impugnauerit, uix inuenias unum atq; alterum: quantum quidē nobis ex hiſtoria notum eſſe poteſt.

Vterq; Anticbriſtus, quorum alterum in Eccleſia ſub nomine Chriſti, alterum extra Eccleſiam abiecto Chriſti nomine, fore prędictum eſt, ſua regna in apertum ptoduxerunt & confirmarunt, tempore propemodū eodem. Nam cum circa annū Domini 606, pōtifex Romanus ſuum dominatum ſuper omnes Eccleſias, gratia atque indulgentia Phocæ crudelisſimi parricidæ extuliſſet: & Pantbeon templum omnium deotum hactenus clauſum, ſuo Deo alieno Maoſin aperuiſſet, omniumq́; generum ſanctia utriuſq; ſexus repleuiſſet: mox poſt annos ſex Mahometus in Arabia, per annos quidem decem occultè ſuum uenenum ſpargere incœpit: quibus abſolutis, cum interea potentiam & principatum mira hominum faſcinatione, dolo & ui eſſet adeptus, ipſe quoq; regnare publicè cœpit, & ui atq; armis dogma ſuum propagauit, abolendo religionē Chriſti, & Romsnum imperium atterendo, & aliam poſt aliam prouinciā occupando.

Imperatores autem plerique grauisſimis ſceleribus ſeſe contaminabant: & non contenti gladio corporali, etiam Eccleſiæ poteſtatem ſibi ſuisq; aulicis magna temeritate arrogabāt. Errore enim Monothelitarū imbuti, rectè ſentiētes duriter affligebāt: & prępoſtera aulicorū ſapientia faſcinati, decreta de intēpeſtiua & pernicioſa amneſtia & ſilētio ꝑ autoritate dictabāt, ſtolidè ſomniātes eo pacto cōtrouerſias de doctrina piè & ſalutariter componi & ſedari poſſe. Sed re ipſa experti ſunt, cum ſuo & aliorum maximo damno, eam rationem ut uerbo Dei contrariam, nec commodam eſſe, nec Deo placere. Nam Eccleſiæ uulnera hoc modo nequaquam ſunt ſanata, ſed magis exulcetata & perdita. Nam paſſus eſt Deus Mabometum inſtinctu Diaboli in Eccleſiam ueluti illotis manibus irruere, qui omnium religionum Chaos horrendum fabricauit, illisq́; Conciliatoribus quanta potuit ui obtruſit: & eos qui utroque gladio ſeſe nefariè accinxerant, adeò in anguſtias coegit, ut neutrum ad ſui defenſionem & ſalutem uſurpare poſſent.

Etſi autem in iſta turbulentisſima tempeſtate, qua uterq; Antichriſtus tumultuoſisſimè ſurſum ac deorſum omnia iactabant, Eccleſia miſerabiliter conquaſſata & deformata eſt: tamen Dominus ſibi aliquod ſemen ſanctum reliquum fecit, quod quidem ipſum rectè cognouit ac celebrauit: & hæreticorum, Mahometi & Pontificum corruptelis, opinionibus, traditionibus & erroribus, imò delirijs ac blaſpemijs repudiatis & dānatis, in medio generationis prauæ & tortuoſæ, ſua fide & confesſione illuxit & reſplenduit: id quod in ſequentibus latius oſtendendum erit.

CAPVT

TECA NAZ. ROMA

Ex Lycaonis, Baratıhanus, Iconienſis & Sibilienſis.ibidem.

In Phrygia Hierapoli, Hypepæ, Anaſtaſiopoli, Laodicææ, Synnadis, Magniſiæ, Pergami, Priene & Amyzone.

In Eleuſa, Ancyra & Apyra: acta Synodi ſextæ, in tomo Conciliorum ſecundo.

Ex Aſia quoq;, quæ propriè ſic dicta eſt, nominantur Nacoliæ, Primneſiæ & Myndi epiſcopi.& Mauſtarorum, Niſorum, Amoriorum, Chryſopolitanus, Therenſis, Adramitenus, Methymnenſis & Daldenus.

In Bithynia celebris fuit Eccleſia, ſiquidē ex ea plurimi epiſcopi Concilio ſexto interfuerunt: ut Nicomedienſis, Thienſis, Nicenus, quorum nomina extant pagina 282. Et Priemenſis, Adrianus, Baſilinopolitanus, Pruſanus, Daſcilienſis, Cadenſis, Cæſareanus, Iuſtinianopolitanus, & Amaſtrinus.

Fuit & in Helleſponto Eccleſia: quia Paulus Diaconus Cizyci Chriſtianos fuiſſe tradit, quos per ſeptem annos Saraceni afflixerunt, libro 19. Et eiuſdem epiſcopus Concilio Conſtantinopolitano ſexto interfuiſſe ſcribitur: ubi etiam Merilopolis, Ibus, Pentanium & Pœmanium annumerantur, actione decimaſeptima.

In Galatia Eccleſiam fuiſſe, Simeon Metaphraſtes ſcribit: & in uita Gregorij Agrigentini, inter reliquas Ancyranam eccleſiam prædicat.

Nominantur & in ſuprà dicto Concilio, Synopenſis, Peſsinuntina, Iuliopolitana, Aſponenſis, Anaſtaſionopolitana, Vranopolitana, Minicena, Theodoſiana, Sinophena, Cinnenſis & Claneenſis.

In Iſauro eccleſiæ fuerunt Seleuciæ, cuius epiſcopus interfuit concilio ſexto Leontopoli.

Daliſandi, & apud Cotyaios & Coraios.

Habuit & Paphlagonia eccleſias. Adrianopolitanæ enim & Euchaitanæ meminit Simeon Metaphraſtes. Ex Gangra uerò, Pompeiopoli & Claudianopoli, nominantur epiſcopi in Cōcilio Cōſtātinopolitano.

In Ponto Eccleſiam fuiſſe, non dubiū eſt. Chalcedonenſis enim mentionem facit Beda de Ratione temporū. Dioſpolitanę uerò, Simeon Metaphraſtes. In Concilio quoq; fit mentio Daſcilij, Heracleæ, Pruſiados, tomo 2. Et Amaſię, Andrapę, in Helenoponto.

In Cappadocia, Iuſtinianopolitanæ, Barathanæ, Cęſareenſis, Tyanenſis, Moſtenſis, Niſenenſis, Fauſtinopolitanæ, Polemonienſis, Comanenſis, Thermenæ, Thianæ & Ceraſuntinæ mentio fit, Conciliorum tomo 2.

Sed & Armenos Chriſtianos fuiſſe, & prę cæteris pietatis ſtudioſos, inde apparet, q, Saraceni magnam ibi ſæuitiam & tyrannidem exercuerunt in Chriſtianæ religionis confeſſores. Zonaras tomo tertio.

Scribit & Sergius papa ad Honoriū, quòd Heraclius imperator diſputationem habuerit cum Paulo quodā Seueriano in partibus Armeniæ: Conciliorum tomo ſecundo.

Leguntur & epiſcopi Armeniæ in concilio Conſtantinopolitano ſexto: Heracleopolitanus, Camelenus, Sirpenſis, Darinienſis, Veriſanus, Cotrenenſis, Sebaſtianus & Architanus.

Ita nec apud Perſas Eccleſiā fuiſſe dubiū eſt. Paulus Diaconus enim libro 18 rerū Romanarum inquit: Choſroen regem Perſarū uictū ab Heraclio, omnes eccleſias Chriſtianorū in Perſide ſpoliaſſe, eisq; Neſtorianam hæreſin obtruſiſſe, tantum ut Heraclio ægrè faceret. Choſroe aūt ſublato, Perſas ultrò ad uerā ſententiā, fidē & confeſsionē rediſſe, Bonfinius aſſerit, Decadis primæ lib. 8. Ac narrat Regino, tēpore Cōſtantij imperatoris, circiter annū Chriſti 683, Cæſareā Perſicā reginā, unà cū marito, cuius nomen non exprimitur, & quadraginta millibus Perſarū Conſtantinopolim ueniſſe, ac baptizatā eſſe. Id quod Sabellicus tamen de regina Parthorū, qui ſæpè etiā pro Perſis ſumuntur, factū cōmemorat. Regino lib.1, Platina, Sabellicus Enneadis octauæ lib.6.

DE ECCLESIIS PER *Aphricam.*

Sergius Cōſtantinopolitanus epiſcopus ad Honorium papam ſcribit, quòd omnis Alexandriæ populus, & penè cū eis uniuerſa Ægyptus, Thebais, Lybia, & cęterę Ægyptiacę regiones, cū ſancta Eccleſia coadunatę fuerint, uno ore, labio & ſpiritu rectæ Eccleſię dogmata confitētes: Conciliorum tomo ſecundo.

Idē perſecutio oſtendit, qua Heraclij tēpore Choſroen ſcribunt in Ægypto, Lybia, Alexandria, & Carthagine, immani crudelitate & tyrannide Chriſti confeſſores affeciſſe: Iohannes de Oppido, & Heinricus de Erphordia, capite quinquageſimoquinto. In ſexto quoque concilio Conſtantinopolitano, affuiſſe legimus epiſcopos ex Alexādria, & Cynopoli Ægypti, Conciliorū tomo ſecundo. Et Rhinocururanæ Eccleſiæ meminit Simeon Metaphraſtes tomo quinto.

In Lybia apud Heſperios eccleſiā fuiſſe, Paulus Diaconus tradit libro decimooctauo rerum Romanarū. Ac Eccleſiæ Aureopolitanæ mentio fit in ſexto concilio Conſtātinopolitano, actione decimaſeptima.

Fuit in Aphrica quoq; uetuſta Eccleſiæ Dei ſedes, Carthago, cuius meminit Paulus Diaconus libro decimo.

Mauritaniæ ac Numidię eccleſię à Paulo Diacono lib. 18. rerū Romanarū celebrātur.

DE ECCLESIIS INSULARIBUS *in mari mediterraneo.*

IN Cypro aliquot nominantur, in Concilio ſexto Conſtantinopolirano Eccleſiæ: Thremerhuntina uidelicet, Conſtanrina, Stobæa, Solina, Citina, Therana, & aliæ, quarum Epiſcopi ibi affuerunt. Meminit & Amathuntinæ Simeon Metaphraſtes, in uita Iohannis Eleemoſynarij, Tomo quinto. Et in genere mulros Chriſtianos in inſula Cypro fuiſſe, tradit epiſtola Cyri ad Sergium, quæ extar Conciliorum tomo ſecnndo.

Rbodi & Carpathi epiſcopi interfuerunt Sextę Conſtantinopolitanæ Synodo: ut patet ex actis.

In Lesbo Ereſſorum epiſcopi mentio fit in ijſdem actis.

Habnit & Creta ſuas eccleſias Chriſtianę religionis, ut ex epiſtola Vitaliani papæ ad Panlum archiepiſcopum Cretenſem apparet: in qua & Eccleſiæ Lappenſis, & monaſteriorum in oicinia fit mentio: Conciliorū tomo ſecundo.

Legimus etiam Baſilinm epiſcopum hoins inſulæ primarium, interfuiſſe Synodo ſextæ Conſtantinopolitanæ, cum alijs multis eius loci: ut Lappenſi, Candanenſi, Choenſi, Melino, Methymnenſi, Chienſi, Mytilenenſi, Gortynienſi, & aliarum urbiū in Creta: ut eſt Conciliorum tomo ſecundo.

Fuiſſe & in Sicilia Eccleſiam, perſecutio doeet, quam ibi Chriſtianos à Saracenis pertuliſſe ſcribit Paulus Diaconos, libro 18 rerū Romanarom. Extat & Vitaliani papæ epiſtola quędam ad epiſcopum Syracoſanum, Conciliorum tomo ſecundo. Ac in ſexro Concilio Conſtantinopolitano nominantur epiſcopi ex Catina, Baijs, Sytacuſis, Meſſana, Thermis, Tauromino, Agrigento & Triocla. Panotmitanæ quoq; Eccleſiæ meminit Simeon Metaphraſtes.

DE ECCLESIIS PER *Europam.*

ACcedimus nonc ad Eutopam, in qua præcipuas Eccleſias hac ætate fuiſſe conſtat. Ex unioerſa enim Europa, aut maxima certè eius parte, Epiſcopos conoeniſſe legimns in Sexto Concilio Conſtantinopolitano. Ac nominatim fit mentio Athenienſis epiſcopi, Corinthiaci, Lacedæmonienſis, Iunopolitani, & Cleonenſis ex Peloponneſo: Archiui, Pariēſis & Naxenſis ex Achaia: Tinnēſis & Therani ex Eubœa. Theſſalonicenſis & Lemnij ex Macedonia: Bizini, Selymbrini, Adrianopolitani, Sozopolitani, Chriſopolitani, Heracliani & Panēſis ex Thracia: ubi & ſedes Chriſtianotum imperatorum fuit Conſtantinopolis.

In Cherſoneſo Taurica Eccleſia fuit, quia Candaneenſis epiſcopus fuit in Concilio Conſtantinopolitano ſexto. Ibidem ex Meſembria ciuitate Myſiæ epiſcopns etiā fuit.

In Dacia circa Danubium, Paulus Diaconus Eccleſiam quoque fuiſſe tradit: ſed poſtea eiectam & oppreſſam à Bulgaribus, irruentibus in eum locum: libro decimonono. Addit tamen Sabellicus, eam poſtea repurgaram eſſe per Cyrillum, & ipſos quoq; Bulgares Cbriſtianam fidem ſuſcepiſſe, Enneadis octauæ libro ſexro.

In Italia urbs Romana Chriſtianis domicilium quidem præbuit, licet in ea myſteriū iniquitaris ſeſe efferret. Et paſsim fit mentio aliarnm Eccleſiarum. Blondus Papienſis & Forumpopilienſis meminit, decadis primæ libro nono, & Platina. Portuenſis meminit Regino libro primo. Paternenſis, & Rhegitanæ, Antoninus titulo decimoterrio, capite quarro. §. 7. Magnus denique catalogus extat Conciliorum tomo ſecundo, in ſexro Conſtantinopolitano, ubi longa Parrum ſeries numeratur, qui ex Iralia ad illud conſluxerunt: ut Epiſcopus Rauennæ, Oſtienſis, Terracinenſis, Fundanus, Formianus, Cumanus, Miſetanus, Puteolanus, Locrenſis, Neapolitanus, Nolanus, Beneuentanus, Capuanus, Eurentinus, Veliternēſis, Albanenſis, Syluanus, Numētanus, Prænestinus, Spoletanus, Camerinus, Foroflaminienſis, Nurſinus, Aſculanenſis, Rheatinus, Vibonenſis, Furconius, Balnenſis, Tiburtinus, Mediolanenſis, Bergomatis, Laudenſis, Ticinenſis, Cremonenſis, Nooarienſis, Sporediēſis, Genuenſis, Dertonenſis, Aſtenſis, Valuenſis, Albingaunenſis, Vercellēſis, Taurinus, Vuintinilienſis, Lunenſis, Lucenſis, Piſanus, Populoniēſis, Florentinus, Roſellanus, Arerinus, Senenſis, Volarerranus, Caſtroualentanus, Cluſinus, Tuſculanenſis, Anagninus, Aletrinus, Signinus, Bononienſis, Fauenrinus, Cęſenatis, Fidentinenſis, Liuienſis, Placentinus, Rbegienſis, Mutinenſis, Parmenſis. Itē Hydrnntinus, Crotonenſis, Scyllanus & Tēpſanos, Brutiorum. Tarentinus, Thurinus, Tautianus & Tropeianus, Calabriæ. Aquileienſis, Polenſis, Patauienſis, Parentinus, Cenetenſis, Velentanus, Tergeſtinus, Opitergienſis & Metanrienſis, Hiſtriæ. Piſaurenſis, Fanenſis, Numanenſis, Auxinenſis & Anconitanus Pētapolis. Peruſinus deniq;, Tudertinus, Bleranus, Sutrinus, Nepeſinus, Salernitanus, Amerinus, Polinartienſis & Narnienſis, Thuſciæ.

Neque etiam de Longobardis dubitari poteſt. paſsim enim in auroribus ęorum Eccleſiæ prædicātur: ut Gradenſis, Aquileiēſis Concordienſis, Caprularum, Foroiolienſis, Luxonenſis & Bobienſis, apud Sabellicum Enneadis octauæ libro ſexto.

Galli-

Gallicæ uerò Eccleſiæ, tum in multis Synodis, quæ hoc tempore diuerſis in locis coactæ fuerunt, tum in alijs ſcriptoribus celebrantur. Ac Antiſiodoræ quidem oppidi in in Gallia, quòd à Ptolemeo Autricum nominatur, mentio fit tomo ſecundo Conciliorũ: ubi additur, quòd ibidem celebratũ ſit Concilium circa tempora papæ Deuſdedit.

Dumiẽſis Eccleſia nominatur in eodẽ lib.

Trecaſsinæ uerò, meminit Regino lib. 1. & Sigebertus.

Traiectenſis, Ottho Phriſingenſis libro 5. capite decimotertio, & Platina.

Pictauienſis, Adon Viennenſis.

Aurelianæ, Chronicon Iuonis in Cõſtãte.

Hecluenſis & Auguſtodunenſis: idem in Iuſtiniano, & Adon Viennenſis.

Belluacenſis, & Remenſis, Platina.

Lugdunenſis, Speculum Vincentij libro 23. capite 108.

Treuerenſis, Chronicon Sigeberti.

Taruanenſis, Speculum Vincentij libro 23. capite 108.

Leronenſem quoq; inſulam, mirificè laudat Cæſarius Arelatenſis: eamq; præ cæteris multarum Eccleſiarum nutricem fuiſſe tradit, Homilia uigeſima.

Heduorum inſuper gentem eccleſias habuiſſe, Synodus teſtatur, quæ in urbe Cabellino fuit tempore Clodouei regis Galliarũ, & Eugenij papæ, ut eſt Conciliorum tomo ſecundo. Plurimarum etiam Eccleſiarum in Gallijs ibi fit mentio: quarum epiſcopi affuerunt, ut Lugdunenſis, Viennenſis, Rhotomagenſis, Senonum, Aurelianenſis, Ventinenſis, Lauſannenſis, Sagienſis, Lingonenſis, Tarentaſienſis, Ambianenſis, Foroiulienſis, Gratianopolitanus, Rhegienſis, Conſtãtinus, Voſontienſis, Matiſconenſis, Antipolitanus, Ebredunenſis, Nouiomẽſis, Belicẽſis, Cabilonenſis, Valentinenſis, Trecaſsinæ, Maurianenſis, Lexouienſis, Carnotenſis, Atrebatenſis, Antiſidotẽſis, Sentienſis, Vapincenſis, Vaſionenſis, Niuernenſis, Ebroicenſis, Bituricenſis, Turonenſis, Nanneticus, Parrhiſiacenſis, Lemnouicenſis, Cenomannicus & Rhedonenſis. Nominatur & Atelatenſis epiſcopus, qui ibidẽ ex cõmuni ſuffragio & decreto Synodi ab officio remouetur.

In urbe Valentia Eccleſiã fuiſſe, dicit Ganguinus lib. 3. de geſtis Francorum.

In urbe Spirenſi, hoc tempore monaſterium Vuiſſenburgenſe conditum eſſe, ſcribit Tritenhemius.

In Burgundia quoq; Eccleſiam hoſpitia habuiſſe, ſcribit Beda in hiſtoria Eccleſiaſtica, lib. 2, cap. decimoquinto.

Sic & apud Eburaicẽſes, Martinus in ſuo Chronico Eccleſiã fuiſſe dicit, de Conſtantino: & Vincentius lib. 23. cap. 128.

Vſcolonenſis Eccleſiæ meminit Regino libro primo.

Rothomagenſis uerò, Adon Viennenſis ætate ſexta. Itẽ: Robertus Ganguinus lib. 2.

Deniq; & in Argentina, Nemea, Rubiaco & Vuiſſenburgio, eccleſias non ignobiles fuiſſe, Nauclerus teſtatur generatione 21. & Hartmannus Banarus.

Multa quoq; & præclara cœnobia ac monaſteria, paſsim hoc tempore in Gallijs fuerunt: ut ſunt, Latiniacum, Foſſenſe, Pontinẽſe, Flauiacenſe & Niualenſe, quæ recitat Sigebertus in ſuo Chronico. Item alia duodecim, quæ Sigebertum regem extruxiſſe tradit, inter quæ præcipua fuiſſe dicit, Stabulaũ & Malmundarium. Deinde & alia, quæ Landenus condidit: ut Lobienſe, Alneum, Vuaſſlare, Criſpinenſe & Floriacenſe. Chronicon Sigeberti.

Fontanellę meminit Vincentius libro 23. capite 100.

Apud Moranenſium quoq; duo monaſteria maximè nobilia fuerunt, Quintinum & Sitthinum: Vincentius ibidem.

Poſt ea & Viromandenſe, Tornacenſe, Flandrenſe, Gaudenſe, & Corturiacenſe recitantur ab eodem Vincentio lib. 23. cap. 87.

Sueſsionenſe ac Beluacenſe, cap. 101.

Quædam etiam à Bruſchio ex alijs annotantur: ut ſunt, monaſterium in Albo caſtro, & in Cella: monaſterium monialium apud Treueros, cui Horreum nomen fuiſſe dicit: monaſterium Sangallenſe, apud Heluetios: Tholegienſe, prope ſanctum Vuendelinum, ſub ueteri Shaumburgo, Lotharingiæ ducũ, præclaro caſtro ſitum, cui nomẽ ſancti Mauricij: Heptinactianum prope Lutzenburgũ, cui nomẽ ad ſanctum Vuillibrodum.

Deniq; Hohenburgenſe, nomine Ad ſanctam Ottiliam.

Atq; hæc de Gallicis Eccleſijs, quarũ tantum præcipuas, & maximè nobiles hic recitauimus. Nunc Hiſpaniam etiam paululum perluſtrabimus, & Lectori ob oculos annotabimus.

Fuiſſe autem in Hiſpania non exiguas anẽ ignobiles eccleſias, ſi nullum aliud eſſet teſtimonium, ex Synodis ſatis euidenter illud pateret: quarũ hoc ſeculo plurimæ in ea regione celebratæ ſunt.

Ac primùm, in urbe Hiſpalenſi Synodus facta eſt tempore Honorij papę, ut habet Põtificialis liber, in quo nominantur ex Hiſpania aliquot epiſcopi: ut Malacitanus, Aſtigitanus, Eliberitanus, Agabtẽſis, Cordubẽſis, Celticenſis, Aſindonenſis & Tuccitanus.

Dicuntur ex Betica quoq; prouincia, ibi aliqui affuiſſe.

In urbe uerò Toletana ſola nouem Synodos hac ætate fuiſſe legimus.

Ad Quintam, ex diuerſis Hiſpaniæ prouincijs epiſcopi confluxerunt, quorum nomina extant:ur ſunt Palentinus, Accitanus, Bigaſtrenſis, Baſtianus, Complutenſis, Vrcitanus, Setabienſis, Cæſarauguſtanus, Valentinus, Menteſanus, Valerienſis, Illicitanus, Oretanus, Oxonienſis & Segobienſis. Conciliorum tomo ſecundo.

In Sexta, præter has, plures nominantur Eccleſiæ: ut Narbonēſis, Bracarēſis, Hiſpalēſis, Placentina, Cordubēſis, Elnenſis, Ilipenſis, Carthaginenſis, Dertuſana, Aurienſis, Tyraſſonenſis, Elborenſis, Oſcenſis, Ilerdenſis, Egabrenſis, Lamecenſis, Arcobricenſis, Dumienſis, Lotenenſis, Oretana, Egitana, Salamanticenſis, Portugalenſis, Barcinonēſis, Olyſsipolenſis, Tuccitana, Tudenſis, Lucenſis, Caurienſis, Italicenſis, Cominbricenſis, Aſturicenſis, Auxitana, Irienſis, & Viſienſis. Conciliorum tomo ſecundo,

In Septima inſuper etiam Emeritenſis Eccleſiæ mentio fit, tomo Conciliorum ſecundo.

In Octaua, præter has omnes fit mentio Calogurritanæ, Gerundenſis, Aſtigitanæ, Imopyreneæ, Caſtulonenſis, Segontienſis, Carcaſſonenſis, Dartoſanæ, Pacenſis, Bigerrenſis, & uicinarum. Conciliorum tomo ſecundo.

In citeriore denique Hiſpania apud Bracarenſes, hac ætate aliquot Concilia celebrata ſunt. Ac primū quidē tēpore Honorij primi, in quo omnes Gallitiæ epiſcopi numerantur. Alterum paulo pòſt ſecutum eſt: ac peculiariter ibi fit mentio Bracarenſis, Viſenſis, Magolenenſis, Lucenſis, Aſturicenſis, Aurienſis, & aliarum Eccleſiarum eius prouinciæ. Conciliorum tomo 2.

In Germania eccleſias fuiſſe, multa ſunt quæ teſtantur.

In Norico quidē, Vindelicia & Nariſco, aliquot eccleſias recitat Auētinus: ut Laureacēſem, Iuuauenſem, Saleburgenſem & Reginoburgenſem: ac dicit ibi magnum gregem monachorum fuiſſe. Auentinus in Annalibus Boiorum lib. 3. & Honorius ſub Leōtio.

In Sueuia ſimiliter eccleſias fuiſſe, dubiū non eſt, cum ibi diuum Gallum, ac Columbanū docuiſſe, conſtet ex Auentino & alijs.

Meminit & Saltzburgenſis epiſcopatus Chronicorum Cōpendium, ac dicit: Theodonem principem Bauariæ, quē beatus Rupertus baptizauit, illum fundaſſe tempore Heraclij Imperatoris.

Hoc quoq; tempore in Franconia eccleſias fuiſſe, conſentaneum eſt. Scribitur enim de origine Francorum, quòd Conon papa, ſanctum Chilianum in Germaniam miſerit, qui ſuperioris Franciæ populos circa Herbipolim ad Chriſtianam fidem conuerterit: idque factum anno ſexcenteſimo octuageſimooctauo, poſt annos ducentos, à quo Gallofranci conuerſi fuerant. Regino libro primo: Ottho Phriſingenſis libro quinto, capite decimotertio.

Coloniæ, Moguntij: Auentinus lib. 2.

Vuormaciæ, Auſtriæ, Stiriæ & Bauariæ, mentionem facit Hartmannus Schedel.

Erfordiæ quoq;, circa finem Septimę Centuriæ, ueram Dei eccleſiam fuiſſe, Hartmannus Bauarus tradit.

Sic etiam Saxones eccleſias habuiſſe, Sabellicus innuit, Enneadis octauæ lib. 7.

Ac Bremę ciuitatis, cum uicino comitatu de Hoia, meminit Faſciculus temporum.

Ita Phryſios Euangelium de Chriſto recepiſſe, Volaterranus aſſerit libro uigeſimoprimo: item Faſciculus temporum, & Tritenhemius de rebus Francorū, qui dicit: Pipinum Frācorum ducem hiſce populis ſubiugatis, Vuilibrodū miſiſſe Anglię epiſcopū, qui eos ad fidem conuerterit.

Deniq; etiā apud Vueſtphalos hoc tēpore ueram doctrinā floruiſſe, Valentinus Műzer teſtatur in Chronographia.

DE ECCLESIIS PER *Oceanum.*

IN Britannia multis in locis eccleſias fuiſſe, Regino teſtatur lib. 1.

Eboracenę ciuitatis Epiſcopus legitur in ſexto Concillo Conſtantinopolitano, quòd interfuerit. Conciliorum tomo 2.

Cantuarienſis epiſcopi mentionem facit Beda in libello de Ratione temporum: & Adon Viennenſis.

Doroueṙni Eccleſiā fuiſſe, dicit idem Beda in hiſtoria Eccleſiaſticą gentis Anglię, li. 2. capite tertio.

Orientales Anglos ad uerā religionē cōuerſos eſſe, tradit Sigeberti Chronicō, & Beda in Eccleſiaſtica hiſtoria lib. 2. cap. 3.

Northanumbros quoq; Orientales & Occidentales Saxones, cum meridionalib. Anglis, omnes Chriſti fidem recepiſſe, Beda aſſerit lib. 3, capite ſexto, & 21. 22.

Lindonenſis prouinciæ, & Berniciorum gentis, idem Beda meminit libro ſecundo, capite decimoſexto: & libro 3. cap. 2 & 3. Fit & mentio Hagulſtadenſis, quæ alio nomine Bothelm dicitur, ibidem.

Apud Mercios quoq; Eccleſiā fuiſſe, Vincentius habet, lib. 23. cap. 17. Ac fit ibidem mentio Meldenſis eccleſiæ.

Ailgenſis deniq; meminit Beda de Ratione temporum.

Deinde & in Scotia fuiſſe eccleſias, Regino teſtatur libro primo, item Adon Viennēſis ætate 6.

Ac in genere Anglos, Britones, Scotos ac Pictos, catholicos fuiſſe, Iuo indicat in Conſtantino.

In Hybernia eccleſias fuiſſe, Beda docet, qui inſulam Vectam, ac Lindiſfarnenſem, ubi & monaſterij Armoch mentionem facit, præ cæteris ob ueram religionem commendat: in hiſtoria Eccleſiaſtica gentis Anglorum libro tertio, capite tertio: & libro 4, capite decimoſexto.

DE PROPAGA- *tione.*

SVB PHOCA.

AVguſtino ueniente in Angliam, ut ſuperiori libro dictum eſt, omnium primus Cantuariorum rex Edilbertus cum ſua gēte religionem ſuſcepit, Auguſtino, Iuſto, Mellito & alijs doctoribus ſedes largiēs. Exinde uerò paulatim ad alias uicinas gentes eſt propagata. Ac narrat Beda in hiſtoria Eccleſiaſtica Anglorū, per Mellitū hoc tēpore Orientales quoq; Anglos cum ſuo rege Sigeberto, ad fidē Chriſti eſſe cōuerſos, & Eccleſijs hoſpitia dediſſe. Beda lib. 2, cap. 3. Et Sigebertus in Chronico.

SVB HERACLIO.

Northanumbri, id eſt Angli Septentrionales, ad flumen Humbrum habitantes, conuerſo Heduino rege, à Paulino doctrinam Chriſti acceperunt. Poſtquam enim rex Paulino palàm prædicandi Euangelium cōceſſit poteſtatem, certatim omnes confluxerunt ad audiendum uerbum Dei: & templa, aras, fana & lucos, in quibus idola coluerāt, ſucciderunt & deſtruxerunt, anno Chriſti ſexcenteſimo uigeſimoſeptimo. Ab aduentu uerò Anglorum, in Britanniam, anno cēteſimo octuageſimo in ipſa Paſchatis die, pridie idus Aprilis, Eboraci in Eccleſia ſancti Petri, quam ibidem ipſe rex de ligno, cum catechizaretur, uſque ad percipiendum baptiſma, feſtinanter conſtrui fecerat: poſtea quoque Paulino ſedem Epiſcopalem magnis cum largitionibus donauit. Beda hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro ſecundo, capite decimoquarto.

Prædicauit & in prouincia meridianę Hūbræ idem Paulinus, eamq; uſq; ad mare conuertit, & Eccleſiæ adiūxit. Beda cap. decimo ſexto, libro ſecundo.

Occidentales quoq; Saxones, prædicante Berino, quem papa Honorius ad eos miſerat, cum rege Cynigildo hoc tempore ſunt conuerſi & baptizati. Beda libro tertio, capite ſeptimo.

In Gallijs hoc tempore Amandus claruit. is cum Aichario Nouionēſi epiſcopo, & Lādoaldo archipresbytero in Mēpiſco docens, multis tandem laboribus Gandauos ad ueram religionem conuertit: adiutus à Dagoberto rege, qui ipſi diploma tradiderat, quo cogi eos iuſsit quicūq; ſponte religionē ſuſcipere detrectarēt: ut ſcribit Iacobus Meier in Chronico Flādrię. Gandauij itaq; ad Chriſtū deducti, aris Mercurij, quē colebant, deſtructis, lucis ſuccisis, & fanis euerſis, uero Deo ſeruire cœperunt: annum circiter Chriſti ſexcenteſimū & triceſimumtertiū. ibidē.

Eiuſdem Dagoberti tempore, Agilus & Euſtaſius in Gallijs claruerunt, qui doctrina & miraculis pollentes, Eccleſiam ibi latè propagarunt: ut habet ſpeculum Vincentij libro 23. capite 102.

Venedi quoq;, circa hoc tempus bello ſuperati à Regulis Boiorum, qui iuſſu regis Dagoberti tribus exercitibus ipſorum regionē inuaſerant, & in obſequium redegerant, coacti Chriſtianæ religionis iugum ſuſceperunt: ut ſcribit Auentinus in annalibus Boiorum libro tertio.

In Sueuia Gallus & Columbanus, exulantes propter Theodericum & Brunichildin, docuerunt, & eccleſias plantare cœperunt. Auentinus libro 3.

In Bauaria Rupertus, cum eſſet pulſus Vuormacia à Berchario duce, qui illas eccleſias uaſtabat, ad Theodonem ducem Bauariæ uenit: ipſoq; conuerſo, antequam Saltzburgæ ſedem Epiſcopalem conſtruxit, per Noricum ad Pannoniam uſque prædicauit, paſsim eccleſias plantans. unde & Boioarię, Auſtrię & Styrię Apoſtolus nūcupatur. Hartmānus Schedel, & Cōpendium chronicorū.

Scribit Auentinus, etiam Agreſtinum diſcipulum Euſtaſij, circa Heraclij tempora Boios adiſſe, ac ſacras literas ibi docuiſſe, libro tertio.

Apud Gotthos uerò, ſub Siſibutho rege, Iudęi quoq; in eius ditione hærentes, Chriſtianam fidem ſuſcipere ſunt coacti. Ac ſcribit Iohannes Magnus in hiſtoria Gotthica, quòd eo tempore Iudæorum nonaginta millia ſimul baptiſata ſint: libro decimoſexto, capite 14. Adon Viennenſis.

Simile exemplum de Dagoberto recitat Annonius. Cum enim Heraclius ex aſtrorū aſpectu cognoſceret, imperiū ſuum à circumciſa gente uaſtandum, idq; de Iudæis intelligeret falſò, (nam poſtea euentus, de Saracenis oſtenſum fuiſſe, docuit) petijt à Dagoberto rege Francorū, ut quoquot ſub ipſo degerent Iudæi, ad Chriſtianam fidem cogeret, uel regno expelleret. Id cum faceret Dagobertus, in gratiam Heraclij, multi Iudæi religionem & fidem acceperunt. Annonius de geſtis Francorum lib. 4. cap. 22.

Deniq; & Attrebatēſem prouinciam, ſub Heraclio conuerſam eſſe, Vincentius teſtatur: ubi Chillenus Scotus à Pharone epiſcopo Meldenſi in eam miſſus legitur, qui ſana doctrina & miraculis eam ab idololatria ad Chriſtum deduxit: lib. 23. cap. 17.

SVB CONSTANTE HEraclij nepote.

Sequentibus autem annis, dum Conſtãs Hetaclij nepos ad gubernacula rerũ ſedit, in Anglia etiam Merciorum gens ueram religionem accepit. Intetfecto enim Penda rege gentili, Oſuius rex Notthanymbtorum primus apud eam gentem Chriſtianus rex extit: iteiusq; exemplum Mercij ſecuri, omnes intta biennium ſunt conuerſi & bapti- zati: ut refert Beda libro tertio hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum, cap. 21. & 24.

Eodem quoq; tempore Eligius ex Gallijs petegrinatos, docendo uerbum Chriſti, Flaodros à Bononia ad Oſtburgum uſq; eõ uertit, & Eccleſiæ adiunxit, circa annum Domini 649, ut teſtatur Iacobus Meyer in Chrooico Flandriæ.

SVB CONSTANTINO Barbato.

Sub Conſtantino Barbato in Dacia ad Danubium, Bulgares conuerſi ſuot pet Cyrillum: ut ſcribit Sabellicus Enneadis octauæ libto ſexto.

SVB IVSTINIANO.

Sub finem uerò huius ſeculi, Iuſtiniano regnante, plurimæ acceſsiones ad Eccleſiam factæ ſunt. Hoe tempore Conon papa, Chilianum in Germaniam miſiſſe legitur: à quo ſuperioris Franciæ populus, ad fidem Chriſti traductus perhibetur, circiter annum ſexcẽteſimum octuageſimum octauum: ut ſcribit Sigebertus in Chronico.

Hoe tempote Vueſtphali quoq; Chriſtianã fidem acceperunt, docentib. ibi Eualdo albo & Eualdo nigro, qui in comitatu de Hoia prope Bremam tandem martyres facti ſuot. Valentinus Mũtzer in Chionographia ſua: & Faſciculus temporum.

Non multo pòſt Phryſij etiam, deuicto duce Radobo, pet Pipinum docem Francorum ad Chriſtianiſmum ſunt conuerſi: qui Vuilibrodum Anglum ad eos tranſmiſit. idque factum eſt eircitet annom Chriſti ſexcẽteſimum nonageſimum ſextum: ut colligit Tritenhemius de regibus Francorum.

Addit Volstettanus, quòd etiã Vlfranius præſul Senonẽſis, aſſumpto ſecũ Ausberto, & quiboſdam alijs ex Fontanello cœnobio, ad Phryſios Euangeliũ annunciatõ hoc tẽpore profectus ſit, lib. 21.

Erphordiæ apud Tyrigetas, ſub finem huius ſeeuli, cœpit propagari doctrina Chriſtiana: ut Hartmãnus Schedel aſſerit, in ſuo Chronico.

Abaſgi, cum ad id tempus uſque Chriſtianæ religionis rudes eſſent, lucos uenerarẽtut, & arbotes barbariea ſimplicitate pro dijs habetent, Iuſtiniano curæ fuit eos ad pietatẽ traducere. Miſsis igitut ſacris uiris, Dei cognitione barbatos inſtruxit: extructaqoe præclara æde uirginis Deiparæ, & ſacerdotibus in eam collocatis, eos à uita planè barbarica, ad pietatem & mores Chriſtianorum traduxit. Zonatas lib. 3.

Inſuper eriam Auſtrales Saxones, quorũ tota prouincia fuit diuini nominis & fidei ignara, hoc tempore conuerſi & baptizati ſunt, per Vilfridum epiſcopum exulantem: quo docente & baptizante, cum antea per tres integros annos, nulla in eam tegionem pluuia decidiſſet, & inde magna eſſet fames ſecuta, adeò ut homines paſsim interciderent: ſubitò largiſsimus imber deſcendit, quo refloruit terra, & redijt uiridantibus aruis annus lætus & frugifer. Beda libro quarto Anglicæ hiſtoriæ, capite decimotertio.

Poſtremò etiam inſula Vecta, quę ſita eſt contra medium aoſtralium Saxonum, & Geuiſſorum, interpoſito pelago, ad ueræ doctrinæ cognitionem hac ætate peruenit, per Ceduallam regem Geuiſſorum, qui ea potitus, indigenas eius loci, qoos omnes idololatriæ deditos deprehendit, exterminauit, ac ſuæ prouinciæ homines eò deduxit. Beda libro quarto hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite decimoſexto.

DE CONVERSIOnibus.

SVB HERACLIO.

¶ Tempore Heraclij, Heduinus rex Northanymbrorum conuerſos eſt à Paulino epiſcopo, non quidem temetario auſu, ſed re diu moltumque delibetata, ut ex ſequẽtibus patebit. Primùm enim ambiens Edilbergam, filiam Edilberti regis Cantuariorum, hac condirione ei ſpes connubij facta eſt, ſi religionem Chriſtianã ſuſcipetet: quod dum ptomitteret, optatis nuptijs eſt potitus. Ac miſit Edilbertus cũ ſponſa Paulinum epiſcopum, qui eum de doctrina Chriſti inſtitueret: uerùm ipſo diu fruſtrà laborante, tandem etiam Bonifacius papa, pet literas ad ipſom & cõiugẽ eius ſcriptas, maximoperè argumentis & rationibus eum ad amplectendam teligionem eſt hortatus. Aceeſsit & illud, quòd peculiari uiſione eſt admonitus. Fogiens enim aliquando Edilfridum, qui ante ipſum regnarat, diu in exilio uagatus, tandem ad Rhedualdum Orientalem Anglorũ regem diuertit, uitam ac ſalutem ſuam ipſi committens. Ibi eum Rhedualdos ab Edilfrido ſollicitatus, decreuiſſet oiuum ipſum hoſti tradere, aut domi interficere: iſque de ea re certior factus, per noctem uigilans ſederet, triſti gemitu mortẽ expectans, uidit in tẽpeſta nocte ad ſe uenientẽ uirũ incognitũ, qui cõſolatus

ſolatus eum, dixit: Se non ſolùm ex hoc periculo ipſum uelle eripere, uerùm etiam ad regni faſtigium præter ſpem & opinionem ſuam euehere, ſi promitteret, quòd poſtea de certiori ſaluris æternæ uia edoctus, itidem ſibi obtemperare uellet. Ille de uita ad & regno anxiè ſollicitus, citra hæſitationem illud promittit. quare & diuinitùs liberatus, mutante Redualdo ſententiam, & ipſom armis contra Edilfridum propugnante, ad regnum peruenit. Oblitus autem poſtea huius diuini beneficij, cum Paulino prędicanti aſſentiri non uellet, aliquando rurſus ipſi eadem uiſio cõparuit, eum promiſsi cõmonefaciens. inde moueri cœpit, ut cum ſuis conſiliarijs rem deliberaret. Cognoſcẽtes igitur illi de doctrina Paulini, cum promiſsiones de teſurrectione mortuorum & æterna beatitudine audirent, manibus ac pedibus, ot dicitur, in eius ſententiam iuerunt omnes, ac Regi autores fuerunt, ut amplecteretur illam religionem. Ita demum Heduinus, relictis idolis conuerſus eſt. Et memorabile eſt, quòd eius archiflamen Coiſi, qui antea Heduin adeò faſcinũarat ſuis idololatricis ac ſuperſtitioſis cultibus, iam meliora edoctus, ipſe ſuas aras & fana primus prophanauit & ſuccendit. Beda libro ſecundo Eccleſiaſticæ hiſtorię gentis Anglorum, cap. 9. 10. 11. 12. & 13.

In prouincia meridianę Humbrę, primus omnium conuerſus eſt præfectus Lindocolinæ ciuitatis, quæ Blecca dicitur, cum ſua domo. Beda lib. 12, cap. 16.

In Gallijs, ab Amando epiſcopo Eluonenſi, Allouinum Bauonem ex prædone cõuerſum eſſe, ſcribit Iacobus Meiet in Chronico Flandriæ.

Anaſtaſius Perſa magus, à captiois Chriſtianis in Perſide cõuerſus, Hieroſolymã uenit: ibiq; baptizatus, in monaſteriũ Anaſtaſij abbatis ſeſe abdidit, ac ſeptem annos ibi exegit. Adon Viennenſis ætate ſexta. Beda de Ratione temporum.

Non multo pòſt Cboſroe, ab Hetaclio cũ filio maiori natu interfecto, paruulus Choſrois filius in Perſide relictus, baptizatus eſt, & ab Heraclio regno præfectus: teſte Annonio de rebus Francorum libro 4. cap. 21. & Paulo Diacono.

Siſibuthus etiam rex Gotthorum, gentilis & Idololatriæ deditus, hoc tempore conuerſus eſſe ſcribitur, in Supplemento Chronicorum, libro 10.

In Bauaria dux Theodo, à Roperto exule eſt conuerſus & baptizatus: ut eſt in compendio Chronicorum. Et apud Hartmannum Schedel.

In Auſtria uerò, Lupus à Clothario in exilium relegatus, ducem Boſonem Landegiſilum paganum cum exercitu ſuo, qui codem errore tenebatur, conuertit & baptizauit. Vincenrius lib. 23. cap. 9.

SVB CONSTANTE NE-
pote Heraclij.

Temp ore Conſtantis, qui fuit nepos Heraclij, eriam prouincia Mildienglorum, id eſt, mediterraneorum Anglorum, ſub rege Pæada eſt conuerſa. Is enim uiuo patre Peda, illi regioni præfectus, ambiuit Aluchfledam filiam Oſuuij, regis Northanymbrorum: eiusq; connubiũ impetrauit ea conditione, ſi Chriſtianus fieret. Cognoſcens igitur de doctrina, & perſuaſus à filio tegis Oſuuij, illud non grauatim fecit. & amplexus doctrinam, baptizatus eſt à Sinano epiſcopo, cum omnibus qui ſecum uenerant, comitibus ac miliribus: ac domum rediens, ſecum duxit quatuor presbyteros, Ceddã, Addam, Bettin & Diurnum: qui palàm in eius ptooincia prædicantes, multos quotidie conuerterunt. Penda quoque pater eius, licet ipſe ab antiqua & auita ſua religione nollet recedere, tamen alijs non prohibuit, ne Chriſtiani fierent: imò ipſe eos contempſit omnibus modis, quos fide Chriſti imbutos, opera fidei non habere deprehendit: inquiens, Miſeros illos eſſe, & execrandos, qui Deo ſuo, in quem crederent, obedire contemnerent. Beda lib. 3. capite 21.

SVB CONSTANTINO
Barbato.

Sequentibus annis plura conuerſionum exempla paſsim accidiſſe leguntur: ut in Alſaria Adelricus Ethico regius præfectus, pater ſanctæ Ottiliæ, qui furore percitus proprium filium interfecerat, conuerſor & baptizatus eſt à Theodato, ut ſcribit Bruſchius de monaſterijs Germaniæ, & Franciſcus Irenicus ex chronico Flandriæ Iacobi Meieri libro duodecimo.

Dicitur & hoc tempore Cæſarea regina Perſica, unà cum marito & quadraginta millibus Perſatum Conſtantinopolim ueniſſe, & baprizata eſſe. Regino libro primo. Alij uolunt, reginam Conſtantinopoli, ipſum uerò tegem Antiochiæ baptizatum eſſe. Sabellicus tamen adductis aliquot rationibus non infirmis, de regina Parthorum illud mauult intelligi: Enneadis octauæ libro ſexto.

SVB IVSTINIANO.

Andoinus in Hiſpanijs claruit, qui tũ doctrina, tum miraculis, ptæſertim quòd aliquãdo ſuis precibus largiſsimũ imbrẽ de cœlo deduxit, cum ea terra per ſeptem annos pluuiam non ſenſiſſet, multos paſsim ex incredula turba ad uerum Deum conuertit: ut de eo teſtantur Volaterranus lib. 21. & Vincentius lib. 23. cap. 92.

Tempor Iuſtiniani Cedualda Geuiſſorũ rex, cum Inſulam Vectam oppugnaret, ad Chriſtianam fidem eſt perductus. uoto enim ſe obligauit Deo, ſi uictoriam reportaret, ſe Chriſtianã religionem amplexurũ, & quartum partem eius regionis traditurum ſacerdotibus. Poritus autem ea, à Vuilfrido diſcit fidem Chriſti, & Romam profectus à Sergio baprizarur, anno Domini 689. Et paulo pòſt moritur. ibidem: ur patet ex Epitaphio eius apud Bedam libro quinto, capite ſeptimo.

Culmen, opes ſobolem, pollentia regna, triumphos,
Exuuias, proceres, mœnia, caſtra, lares:
Quæq; patrum uirtus, & quæ congeßerat ipſe
Armipotens Cedoald, liquit amore Dei:
Vt Petrum, ſedemq; Petri rex cerneret hoſpes,
Cuius fonte ſacras ſumeret albus aquas.
Splendificumq; iubar radianti carperet hauſtu,
E' quo uiuificus fulgor ubiq; fluit.
Perſpiciensq; alacer rediuiuæ præmia uitæ,
Barbaricam rabiem, nomen & inde ſuum
Conuerſum conuertit ouans, Petrumq; uocari
Sergius antiſtes iußit, & ipſe pater.
Vnda renaſcentum (quæ Chriſti gratia) purgans
Protinus albatum uexit in alta poli.
Mira fides regis, clementia maxima Chriſti,
Cuius conſilium nullus adire poteſt.
Soſpes enim ueniens ſupremo ex orbe Britanni,
Per uarias gentes, per freta, perq; uias:
Vrbem Romuleam uidit, templumq; uerendum
Aſpexit Petri, myſtica dona ferens.
Candidus inter oues Chriſti ſociabilis ibit:
Corpore nam tumulum, mente ſuperna tenet.
Commutaſſe magis ſceptrorum inſignia credas,
Quem regnum Chriſti promeruiſſe uides.

DE AMPLIATIONIBUS.

SUB HERACLIO.

Baptizatus Heduinus in ſacello ligneo, ut ſuprà dictum eſt, curauit maiorem baſilicam ex lapidibus conſtrui. Verùm, antequam opus fuit conſummatum, ille humanis rebus exemptus eſt, ac Oſualdo abſoluendum reliquit. Docuit tamen Paulinus ipſo Heduino uiuente ſex annos, ac cõuertit quotquot ad uitam æternam fuerunt ibidem præordinati. Tantus autem fuit feruor audiendi uerbum, ut cum aliquando cum rege ac regina in regia uillam expaciatus eſſet, ac ibi triginta ſex dies moraretur, nihil quicquã egerit illis diebus, quàm quòd à ſummo mane uſque in ſeram noctẽ, confluentem ex omnibus uiculis ac locis, plebem Chriſti, uerbo ſalutis inſtrueret, ac inſtructam in proximo flumine Gleni baptizaret. Beda libro ſecundo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum, cap. 14.

In Gallijs, Dagobertus templum Dionyſij martyris ſolido argento texit, ac corpora ſanctorum eò collocari fecit, condito Pheretro aureo, & additis multis precioſis muneribus, eo quòd illud templum aliquãdo ipſi contra patris iram aſylum fuerat, ita ut ſerui, qui eum inde extrahere iuſſu Patris uoluerant, ante ſacellum fixis pedibus ſtupentes conſtitiſſent, nec potuiſſent intrare. Regino in Chronico. Et Nauclerus ſecundo uolumine, pagina 579. & 580.

Idem Dagobertus oppidum Rubiarum, cum omnibus ſuis redditibus, & facultatibus, Argentinenſi Eccleſiæ dedicauit, propterea quòd filius eius Sigebertus, infans triginta dierum, baptizatus ab Amando Argentinenſi epiſcopo, cum ad orationem eius de more nemo reſponderet, ipſe expedito ſermone Amen dixerat: & quòd idem Sigebertus poſtea mortuus, ab Arrobogaſto eiuſdem Eccleſiæ epiſcopo, à mortuis ad uitam reuocatus fuerat: ut teſtatur Nauclerus, ibidem.

Idem Dagobertus anno ſui regni tertio, fundauit cœnobium, quod Album caſtrum, uel Vueiſſenburg dicitur, inſtituti Benedictini, circa annum Chriſti 623. Dotauit uerò & auxit anno Chriſti 664, ac diuo Petro & Stephano dedicauit. Diploma primæ fundationis integrum recitatur in Chronicis Abbatis Tritenhemij de regibus Galliæ, pagina octuageſimaquarta. Reſeruatur adhuc in eodem monaſterio corona, quam Dagobertus obtulit, cuius metallum nemo agnouit: ut ſcribit Franciſcus Irenicus ex Chronico Flandriæ, libro undecimo, pagina ducenteſimaprima. Et Bruſchius de monaſterijs Germaniæ, folio quinto.

Idem Dagobertus ſub diœceſi Treuerica, Tholegienſe cœnobium ſancti Mauricij, quod itidem eſt Benedictini inſtituti, fundauit, ac munificentiſsimè donauit: anno Chriſti 627. Abſolutũ illud eſt poſtea à ſuo filio Sigeberto, rege Auſtraſiæ: ut habet Bruſchius, pagina 124.

Sangallenſis quoque ablatia apud Heluetios potentiſsima, intra muros urbis ſancti Galli, quæ totum comitatum Dockenburgenſem ſub ſua poteſtate habet, cœpit hoc tempore extrui, impenſis, fundationibus, donationibus, ſumptibus ac immunitatibus Sigerberti Auſtraſiæ regis, & Fridbergæ coniugis eius: quam ſanctus Gallus, qui primus apud accolas illos Acroniani lacus, id eſt Bigautinos & Arbonenſes, Euangelium plantauit, à dæmonio liberauerat: ut habet Bruſchius pagina 112. Cœptumque eſt hoc opus anno Chriſti ſexcenteſimo trigeſimo: abſolutum uerò, anno ſex-

no ſexcenteſimo quadrageſimo.

Circa hoc tempus quoque Gandauij ad Chriſtum deducti, fundarunt in ſuis montibus cœnobium Blandini, & Cellam Bauonis, in honorem recens agniti Dei: ut ſcribit Iacobus Meiet in Chtonico Flandriæ, folio 7.

Sabellicus ſcribit, Heraclij tempore aliquos Longobardos, propter perſecutionem Arianorum, ex Italia iu Torcellum & Metamaucum fugiſſe, ac ibi extruxiſſe eccleſias. Enneadis octauæ libto ſexto.

Sigebertus, cum aliquot annos in ſterili coniugio uixiſſet, & deinceps de prole ſuſcipienda deſperaſſet, religionis ergò duodecim alia monaſteria extruxit: inter quæ præcipua habentur, Stabulaum & Malmudarium: ut refert Chronicon Sigeberti. Numerantur alia ibidem: ut Lobienſe, Alneum, Vuaslare, Criſpinenſe & Floriacenſe, quæ Landelinus hoc tempore fundauit.

Sunt & alia in Gallijs, quæ Brunichildis extruxiſſe fertur: ut apud Lugdunum, apud Heduos, apud Burgundos Auſtraſiosque, & in alijs diuerſis locis. Ganguinus libro terrio, capite trigeſimoſexto, de geſtis Francorum.

In Bauaria à Theodone principe, quem Rupertus baptizauit, epiſcopatus Saltzburgenſis eſt fundatus: ut eſt in compendio Chtonicorum, pagina 10 & 11. Et apud Hartmannum Schedel, pagiua 172.

SVB CONSTANTE.

Sub Conſtante in Anglia Oſuius, deuicto Merciorum rege Penda, primus in ea gente Eccleſiæ Dei hoſpitia præbuit, templa ac monaſteria ædificauit plurima, inter quæ præcipuum legitur in inſula Cerui, in quod ipſe filiam ſuam uirginem abdidit, in gratiam uictoriæ à Deo conceſſæ. Beda in hiſtoria Eccleſiaſtica libro tertio, capite 21. & 24. Et Sigebertus.

Bertinus, monaſterium Sitthim extruxit: & poſtea aliud in finibus Flandrorum & Mempiſcorum: quæ ſi Scholæ fuerunt Theologicæ, non parum Eccleſijs profuerunt. Vincentius libro uigeſimotettio, capite 110.

De Andoino idem narrat, quòd monaſterium ad torrentem Resbacem extruxerit: ubi antea in arbore noctu ſedēs, claritatem cœleſtem uiderat. Vincentius libro uigeſimotertio, cap. 92.

In Leronenſi inſula Eccleſiam hoc tempore floruiſſe & creuiſſe, Cæſarius Arelatenſis abundè teſtatur, qui inquit: Beata & felix inſula Leronenſis, quæ cum paruula & plana eſſe uideatur, innumerabiles tamen mõtes ad cœlum miſiſſe cognoſcitur. Hæc eſt illa, quæ eximios nutrit monachos, & præſtantiſsimos per omnes prouincias erogat ſacerdotes. Hæc, ſi quos accipit filios, reddit patres: quos nutrit paruulos, reddit magnos: quos ueluti tyrannos excipit, reges facit. nam omnes quoſcunque felix & beata habitatio iſta ſuſcipit, charitatis pennis ad excelſa uirtutum culmina, Chriſto ſublimare conſueuit. Cæſarius Arelatenſis homilia 20.

SVB IVSTINIANO
Secundo.

Circa Iuſtiniani tempora, in radice Vogeſi montis, cœnobium à poſteris Ethiconis condi cœpit, quod Nidermünſter uocatur. Abſolutum autem & locupletatum eſt ab Ottilia, quæ crucem eò ex laminia argenteis poſuit: ut Bruſchius commemorat de Monaſterijs, pagina 154: & Franciſcus Irenicus ex chronico Flandriæ libro duodecimo, pagina 220.

Paulò antè ab eiuſdem Ottiliæ patre Adelrico Ethicone, regio præfecto in Alſatia, monialium cœnobium Hohenburgenſe cõditum eſt, circa annum Chriſti 690. ut colligit Bruſchius folio 154, & Franciſcus Irenicus lib. 12. pag. 220.

Poſtea circa annum ſeptingenteſimum, ad Nigram ſyluam prope Kemetzingum, non procul à Rheno, fundatum eſt cœnobium inſtituti Benedictini, quod Cella uocatur, à Vuiggero monacho: qui poſtea Argentinenſis Eccleſiæ epiſcopus factus eſt. Auctum uerò & renouatum illud eſt circa annum Chriſti 734, ab Ethone comite Habſpurgio. Bruſchius folio 36.

Anno Chriſti 696. Pipinus ſenior dux Frācorum, S. Vuillibrodi cœnobium, intra ſeptem altiſsimorum montium iuga, unde Heptinaſrianum dicitur, fundauit, & maximis priuilegijs donauit. Bruſchius de monaſterijs Germanis, pagina 141.

Circa finem quoq; huius ſeculi, Erfordiæ in monte extructum eſt à Dagoberto celeberrimum monaſterium ordinis Benedictini, & dedicatum ſancto Petro, unde mons S. Petri appellatur. Ibidem quoq; Eccleſia ſancti Gangolfi eſt dotata, cum nondum urba eſſet muris circūdata, aut turribus munita. id quod poſtea anno Chriſti 1066 demū fieri cœpit, ubi ędibus, templis ac monaſterijs eſt repleta. Hartmannus Schedel folio 175.

Ediluah rex auſtralium Saxonum, totam inſulam Vituli marini Vilfrido donauit: ubi is monaſterium ſibi extruxit, & omnes eius loci homines baptizauit: inter quos ducenti & quinquaginta ſerui ac ancillæ numerantur, quibus ipſe libertatem donauit: ut refert Beda libro quarto, capite decimotertio.

DE INSTAVRATIONIbus *Eccleſiæ.*

SVB HERACLIO.

ANno Chriſti Sexcenteſimo decimotertio, cum Edilbertus tex Cantuariorum, qui primos Eccleſiæ in Anglia hoſpitium dederat, mottuus eſſet, filius eius Cadbald, ſeu Cedualda, nō ſolùm Chriſti fidem recipere tecuſauit: uetometiam diſſolutiſsimè uiuens, uxorem parris ſui duxit. quo ſcelere occaſionem dedit ſuis ſubdiris, ad genrilium ſuperſtitiones reuocandas. Ad eam rē etiam non parum adiumenti affetebant tres Sigeberti filij, palàm ethnici.

Sæuienribus igitur tegibus illis, coacti ſunt pij doctotes aufugete ex Anglia: & iam Mellitus ac Iuſtus in Gallias redierant. Cum uetò Laurenrius quoqoe ipſos ſequi uellet, & iam fugam adornaret, ecce noctu uiſio ipſi appatoit, quæ duritet ipſum flagellans, minas inſuper addidit, ne proprer oitæ pericula gregem ſuum deſereret. Illud cum mane regi Cadbaldo ſignificarer, ſimul uibices ipſi in corpote oſtendens, flexir eum, ut illegirimo coniugio abdicato, faniſq; idololatricis deſtroctis, ad pietatē rediret. Inde Eccleſia collapſa reſtaurata eſt, & reuocati ſunt Iuſtus ac Mellitos ex Gallijs, qui poſt annū in ſua loca tedieront. Beda Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro 2, capite quinto & ſexro.

Apud Orientales uetò Anglos, uaria fuit Eccleſiæ fortuna. Primùm, Redualdus rex fauens teligioni Chtiſtianæ, in Cantua eſt baptiſatus. poſtea autem domnm rediens, à coniuge & quibuſdam ſeductoribus perſuaſus, eam abiecit, & idololatricos cultus recepit. Mortuo illo, filius eius Carpualdus per Heduinum adductus, Chriſtianos factus eſt. Verùm poſtquam fuit baptizatus, non diu manſit ſuperſtes: ſed intetemptus eſt à quodam gentili Richberechto nomine, cui ea doctrina erat inuiſa. Exinde tribus annis ptouincia in errore uerſata eſt, donec tegnū accepit Sigebertus ftater Carpualdi. is in Gallijs, ubi antea ptoptet religionem exularat, baptizatus, ad ſe Felicem epiſcopū Burgundotum uocauit, qui totam illam prouinciam ad Cbriſtum petduxit. Beda libro ſecundo, capite 15, & 22.

In Northanimbrorum quoq; gente, dum Heduinus regnauit, floruit Eccleſia, & fuit maxima in politia tranquillitas, quam Deus ueluti halcyonia conceſsit Eccleſiæ, colligēti ſuos cœtus per annos 17. Verùm poſtquā Heduinus à Cedualda Britonum & Penda Merciorum regibus fuit occiſus, miſera facics Eccleſiæ ſubſecuta eſt, ſæuientibus Cedualda & Penda: quorū hic paganus, & Chriſtiani nominis ignarus, ille moribus ac animo barbarus erat. Paulinus igitur, aſſumpta ſecum regina Edilberge, tedijt Cantuam nauigio: atque ibi Roſenſis eccleſiæ curam ſuſcipiens, uſque ad mortem permanſit: ſicq; in Northanimbtorum inſula telapſa eſt religio, & rurſus creuit ac dominari cœpit idolomania, dooec Oſuualdus Heduini nepos ex ſorore ſucceſsit: qui parua manu, fide autem Cbriſti munita, confligens cum Cedualda, ipſum cum immeoſis copijs ſuis fudit ac interemit, & regnum & religionem inſtaurauit: & in Berniciorum gente primus templa, altaria ac ctucem erexit. Beda libro ſecundo, capite 20. Et libro 3. capite 1. 2 & 3. Sed tamen Sigebertus in ſuo Cbrooico ex hiſtotia Brironum colligit, ipſum Oſuualdum à Cedualda interemptum, & Cedualdam diu poſt illum regnaſſe.

In Petſide Choſroes uictus ab Hetaclio, eccleſias eius loci non ſolùm tyrannicè afflixit, ſed etiam Ariano futote contaminauit. Sed illæ, poſtquam Choſroes fuit ſublatus, ultrò ad uerā fidem, & Eccleſię unanimem conſenſum redierunt: id quod Bonfinius teſtatur Decadis primæ libro octauo, pag. 121.

Gottbos eriam anno Chriſti 693 ab Arianiſmo liberatos, ad oeram Eccleſiam reuerſos eſſe, Chronicon Sigeberti teſtatur, pagina trigeſimanona.

SVB CONSTANTE.

Tempore Conſtsnris in Gallijs, Taroanēſis Eccleſia poſt obitum Fuſciani & Victorici martyrum, ad idololatriam & gentilem religionem relapſa, ad oeritatis uiam reducta eſt ab Audomaro, qui tum temporis doctrina & miraculis ibi clatuit. Vincentius lib. 23. capite 108.

SVB CONSTANTINO *Barbato.*

Conſtantinus Barbatus ſtuduit unire eccleſias, quæ ob Monothelirarum hæreſin, iam inde à ptoauo ſuo Heraclio diſsidebāt. Iodixit itaque concilium Conſtantinopoli, quod in ordine Sextum eſt: ac cum in eo decretum fuiſſet, duas uoluntates, & duas actiones in Chriſto credendas eſſe, anathematizaris hæteticis, Eccleſiæ ab errote liberaræ ſunt, & plurimi ad ueram mentem redierūt. Acta Concilij tomo 2.

SVB IVSTINIANO *Secundo.*

Orientales Saxones ſob Ioſtiniano peſte afflicti, templa, fana & aras idololatricas inſtautabant, tanquam contra peſtem *ἀντίδοτον*, ſed à Iaronia epiſcopo perſuaſi. ad Cbriſti fidem reoerſi ſunt. Beda libro tertio, capite trigeſimo.

DE REFORMATIONE SEV *deformatione Eccleſiarum.*

ROmani pōtifices ſuos charactetes, hoc eſt corruptclas ſanæ doctrinæ, & ceremonias

monias ſuperſtitioſas, tum multis alijs Eccleſijs, tum etiam Britannicis obtruſerunt, & quaſi ſcabiem quandam affricuerunt:cuius pruritu excitatæ, uetam doctrinam, & ſimplices ritus maiorum ſuorum abraſerũt, & nouam formam induerunt. Nam Iohannes quartus, anno Domini 637. ab Anglis petijt, ut Paſcha Romano more celebrarent, teſte Beda: & Anglorum epiſcopi tonſutas, unctiones, cantus latinos, & organa, à Vitaliano papa ſuſceperunt, Anno Domini 666. & Miſſa latinè celebrari priuatim cœpit, quam poſtea Agatho publicè fieri iuſsit: & coniugia ſacerdotũ aboleuit, anno Domini 681. Balæus Centuriæ 1. cap. 80. Scriptorum Britannicorum, ex Beda.

CAPVT III.

DE PERSECVTIONE ET Tranquillitate Eccleſiæ.

SVB PHOCA.

POST Mauricij cædem, Conſtantinopoli Phocas à militibus & populo imperator electus eſt, anno Chriſti ſexcenteſimo quarto: regnauit annos octo. Libidinibus & crudelitate inſignis erat: & ebrietate adminiſtra uſus, plurimos nobiles & prudentes uiros interfecit, multasq; caſtas matronas & uirgines ui cõpreſſit & ſtuprauit.

Etſi autem ab ipſo res Eccleſiaſticæ non admodum expetitæ ſunt, rebus profanis in oriente ſimul & occidente uarijs calamitatibus omni ex parte turbatis atque confuſis, ut Nicephorus inquit libro 18. capite 61. habuit tamen ſuas alioqui afflictiones Eccleſia ab exteris gentibus, ut patet ex epiſtola Gregorij ad Phocam: in qua queritur, quòd gladijs & incurſionibus hoſtium quotidianis Eccleſia & reſpublica Romana grauiter afflicta & quaſſata ſit. apud Nauclerum pagina 575. Longobardi enim, Mauricij nece animati, maiori immanitate quàm antea ſæuierunt, & Cremonam funditùs euerterunt: Mantuam uerò mœnibus ac ciuibus ſpoliarunt.

Auarum & Longobardorum bellũ, quo Giſulphus à Cacanno uictus, & Forumiulium à Romilda proditum & direptum eſt, Eccleſijs multis fuit funeſtum & exitiale. Nam plurimi Chriſtiani à barbaris ſunt trucidati, nec infantibus parcitum eſt: ut ſcribunt Paulus Diaconus libro quarto de geſtis Longobardorum, capite 12. Sabellicus folio 175. Nauclerus 576. Chronicon Iuonis, in Phoca. Blondus libro nono Decadis primæ, pagina 118 & 119. Supplementum Chronicorum libro decimo, pagina 244 & 245. Auentinus pagina 275.

Antiochiæ Iudæi, excitato tumultu, Chriſtianos partim ferro, partim igni perdunt: ac inter reliquos Anaſtaſium, eius loci epiſcopum, comprehendunt, & pudenda exciſa ei in os ingerunt, & per urbem fune pedibus alligatum trahunt, rogoque impoſitum denique cremant. Nicephorus libro decimooctauo, capite 44. Paulus Diaconus libro 18, rerum Romanarũ. Zonaras tomo tertio, anno Phocę ſeptimo.

In Anglia, cum mortuo Edilberto, filius eius Cadbald regnum adeptus eſſet, Eccleſiam uarijs modis afflixit. Is enim uoluptatibus indulgens, non ſolùm pietatem, ueriietiam omnẽ honeſtatem abiecit, & nouercã ſuam in uxorem duxit: propter quod obiurgatus à pijs doctoribus, cum non poſſet ferre monita, ignes & fulmina ſpirans, eos nõ ſolùm ex aula, ſed etiam procul ex agris & finibus exterminauit, idolomaniam reſtaurauit, & ſuos paſsim fana deorum reſtaurare & colere paſſus eſt. Hac moti crudelitate Iuſtus & Mellitus, in Gallias redierunt, ibiq; per annuum ſpacium latitarunt, donec rege miteſcente, & diuinitùs ad uiam reuocato, rurſus eòdẽ ſunt reducti, ut teſtatur Beda in hiſtoria Eccleſiaſtica gentis Anglicæ, lib. 3. cap. 5. & Polydorus Vergilius lib. 4. Anglicæ hiſtoriç, pagina 65.

DE PERSECVTIONE ET Tranquillitate

SVB HERACLIO

HEraclius ad imperium anno Domini 612 acceſsit, perẽpto & cremato Phoca: regnauit annos 30, iuxta Paulum Diaconum & Sigebertum. Reperit is Rempublicam & Eccleſiam ualde diſperſam & attritã. Europam enim Auares uaſtarant: Aſiam uerò Perſæ, adeò ut imperium Romanum non obſcurè inclinationem & ruinam minaretur. Auxit ipſe etiam non parum Eccleſię calamitates inceſto connubio neptis ſuæ, & approbatione & propagatione hęreſeos Monothelitarum, licet ab initio ingens ſtudiũ pietatis ſimularit.

Choſroes rex Perſarũ, Romanũ imperiũ infeſtãs, paſsim Chriſtianos duriter affligit, & expugnata Hieroſolyma 90000 hominũ Iudæis trucidanda cõmittit: & patriarchã Zachariã, & numeroſam multitudinẽ ciuiũ, & uexillũ Dominicę crucis ſecũ abducit, anno 5. Heraclij. Paulus Diaconus lib. 18. rerũ Romanarũ. Zonaras tomo tertio. Adon Vienneñſis ætate ſexta. Immani odio erga Chriſtũ, & inexplebili cupiditate fundendi ſanguinis flagrans, ipſam etiã Ægyptũ adoritur, Alexãdriã & Lybiam ad Æthiopiam uſque uaſtat, neq; pacis ullam conditionẽ ſe amplexurũ,

Hera-

Heraclio reſpondet, niſi prius Chriſto abnegato, ſolem ſe adoraturos Chriſtiani promittant. Anaſtaſius Perſa, monachus, à Perſis captus, propter cōfeſsionem ueritatis, cum alijs ſeptuaginta martyrio coronatus eſt, anno Domini 620, ut tradit Sigebertus. Iuſſu autem Choſrois primùm ſupinus in terra iacuit, & impoſitū eſt ſuper eius tibias lignū, in cuius extremitatibus utrinque duo robuſtiſsimi uiri ſteterunt, alternis ſeſe motibus ſurſum ac deorſum librantes. Deinde cum illos dolores fortiter pertuliſſet, iuſſus eſt una manu ex alto ſuſpendi, alligato ingenti lapide ad pedes, quo deorſum traheretur. Tandem cū alijs 70 ſocijs, fune collo aptato ſuffocatus, uitam finiuit: & ad extremum etiam decollatus, caputque ad regem delatum eſt. Vincentius libro 23. capite 14. Adon Viennenſis ætatis 6. pagina 176. Chronicon Sigeberti pagina 37. Simeon Metaphraſtes in uita eius.

Porrò Heraclius, ut Chriſtianorum religionem & Romani imperij dignitatem contra Perſas tueretur, pace cū Auaribus facta, & copijs omnibus contractis, in Aſiam traijcit, atque in hoſtes mouet exercitum ſuum. Ad fortitudinem uerò oratione pia & caſtrēſi ſuos excitat. Inter alia enim inquit: Videte fratres & filij, quòd inimici Dei conculcarūt regionem noſtram, & urbes exterminarunt: altaria concremarunt, menſas incruētorum ſacrificiorum ſanguinibus & homicidijs repleuerunt: & eccleſias, quæ flagitia non admittunt, flagitioſiſsimis replerunt uoluptatibus. Amorem igitur Dei in mente ſumamus, & iniuriam horum requirere ſatagamus. Stemus fortiter aduerſus inimicos, qui multa dira in Chriſtianos operati ſunt. Revereamur Romanum imperium, quod ſui ipſius eſt Domini, & non alterius: & ſtemus aduerſus hoſtes, impijs telis armatos. Induamus fidem, nec formidemus interemptionē & interemptricem gētem. Vindicemus corruptiones uirginum: reciſa commilitonum noſtrorum membra uideotes, corde doleamus. Non ſunt hæc ullam mercedem habētia, ſed uitæ perennis præmia. Stemus uiriliter: & Dominus Deus cooperabitur, & perdet inimicos noſtros.

Progreſsi deinde in Perſidem irruunt, & ad Gazacœn Choſrois exercitum concidunt, & ipſum in fugam uerſum inſectantur ex uno loco in aliū. Pugnatur ad annos ſex. Perſa in Chriſtianos nihilominus crudelis exiſtit, & Neſtorianam hæreſin amplecti ui cogit, in odium Imperatoris. Tandē ducibus omnibus Perſarum cum militibus cęſis, nouiſsimo prælio Choſroes ſuperatus, ad Cteſiphontem fugit, ibique à Syroe filio interfectus eſt: propterea quòd Medarſen natu iuniorem ſucceſſorem in regno declarauerat. Firmata eſt inde pax, inter Heraclium & Syroem: ac recepit Heraclius omnes Chriſtianos captiuos, cum Zacharia præſule, & ligno Dominicæ crucis. Indeq; anno ſeptimo ex Perſia, ad ſuos Conſtantinopolim eſt reuerſus. Paulus Diaconus rerum Romanarum libro 18. Zonaras tomo tertio. Chronicon Iuonis de Heraclio.

Cœperat exinde altam & perennem pacē ſperare Eccleſia, deuicto iam ac ſublato crudeliſsimo hoſte Choſroe. Verùm ecce aliud atrocius malum eueſtigiò eſt ſubſecutum. Ipſe enim Heraclius, poſt tam ſumma gloria triumphum, horribiliter uirtutis ſuæ decus deformauit. Nam præterquā quòd paulò antè neptem ſuam, uel, ut alij uolunt, filiā Epiphaniam in uxorem duxerat, pietatis etiam & religionis curam omnem abiecit, ac ad ſtudia mathematum, aruſpicinæ, & incantationum conuerſus, ſe totum illis præſtigijs dedidit. Deinde circumuentus à Pyrrho Conſtantinopolitano, & Cyro Alexandrino epiſcopo, alijs reprobis doctoribus, in Monothelitarum hæreſin conſenſit. & licet de errore ab orthodoxis conuinceretur, tamen ſibi probroſum ducens, retractare ſemel latam ſententiam, decretum promulgat: quo edicit, neq; unam, neq; duas operationes aut uoluntates in Chriſto eſſe fatendas. Serpſit illud uenenum longè lateq; ad poſteritatem, & eccleſias aliquot annos, uſq; ad Cōſtantinum Barbatum, non parum exercuit & turbauit, ut poſtea dicemus.

Preterea Iſacius exarchus & Mauricius, Lateranenſem eccleſiam Romæ ſpoliarunt, in qua ingens theſaurus gemmarum, auri & argenti cum omni ſupellectile ſacra, per multa ſecula à pontificibus, Imperatoribus & regibus congeſtus erat. Blondus decadis primæ libro nono, & Platina. Sed Romanus pontifex eam pœnam, ſua πολυπραγμοσύνη probè commeruit.

Paulo pòſt per Arabes, & Mahometum, non modò reſpublica Romani imperij, ſed etiam Eccleſia Dei in Aſia & Aphrica affligi cœpit. Occaſionem iſti malo præbuit Heraclij præfectus: qui cum deberet ſtipendia militibus numerare, Arabes ignominioſè canes appellabat. Id indignè homines barbari ferentes, freti multitudine & uiribus ſuis, in Syriam è Conſtantinopoli ſecedunt, Damaſcum & Phœniciam occupant, & Mahometum nacti ducem, nouæq; religionis architectum, in Chriſtianos, parēre ſeditioſis & aſſentiri falſis dogmatibus recuſantes, crudeliter ſæuiunt: & aliquoties copias Heraclij profligantes, à Romano imperio Phœniciam, Syriam, Meſopotamiā, & Aegyptum auellunt, Eccleſiasq; euertunt, & Chriſti no

men

men ſummis uiribus delere conantur.

Deinde etiam Perſas adorti, illud totũ imperium, rsgia ſtirpe funditùs exciſa, ſibi ſubiecerunt, ita ut ab eo uſq; tempore Perſę nũquam ab ipſorũ iugo ad libertatẽ priſtinã aſpirare auſi ſint. Quotidie aũt in his locis, Chriſtiani non aliter quàm oues magno cũ agmine ſunt mactari: ut tradit Paulus Diaconus lib.18.& Simoneta lib.1. epiſtola 4.

Apud Longobardos quoq;, hac tempeſtate maxima in Eccleſijs facta eſt perturbatio & confuſio. Rhotsris enim rex, Arianæ impietati fauens, edicto ſuo effecit, ut in omnibus ferè Italiæ urbibus duæ eſſent Eccleſię, & duo diuerſi antiſtites: orthodoxę fidei unus, alter Arianus: quæ quidem res multis pijs funeſta & exitialis fuit. Nam Ariani ſpiritu mendacij & cædium excitati, nõ potuerunt ſibi à ui & ſeditionibus temperare. Fortunstua enim quidam improbus, & Arianæ hæreſis homo, Aquileienſis eccleſiæ epiſcopus, fretus armia Longobardorum, Gradenſem ciuitatem ex improuiſo occupat, templum diripit: eosq; qui uim arcere conantur, interficit: ac tandem præda in naues translata, Aquileiam redijt, relictis poſt ſe quibuſdam Longobardis, omnia Gradenſium ſacra & profana latrocinijs fœdantib. Petijt Gradenſis Eccleſiæ antiſtes ab Heraclio auxiliũ aduerſus iſtius gentis iniurias: ſed rebus imperij tum toto Oriente maximè periclitantibus, nihil impetrauit, præter uaſa quædam aurea argenteaq;, ad Eccleſiæ dãna reſarciẽda. Rhotaris uerò armis progreſſua, omnem Hetruriam & Liguriã ſibi ſubijcit. illoq; ſucceſſu elatus, in Venstos etiam bellũ uertit. Opitergiũ iam magna ex parte inſtauratũ, ſubita ui adortus, capit, captũ immaniter diripit, direptũ ſolo æquat. Erat tũc eius urbis antiſtes Magnus Altinas, uir ſanctitate illuſtri. ia Opiterginorũ ſortẽ miſeratus, Longobardorũq; impietatẽ fugiens, iu ſtagnis locũ cœpit cõdendę urbi, quam in principis gratiã Heracliã dixit. Eadẽ temporũ intemperies, eiecit ex Altino Paulũ eius urbis epiſcopũ: qui & ipſe per idẽ tẽpus, quo Opitergiũ eſt deſtructũ, cũ magna piorũ manu in Torcellũ inſulã migrauit. Horũ exemplum ſecutus Paulus Patauinus, cum orthodoxæ fidei cultoribus, ob Arianorũ furorem Metamaucũ perfugit. Sic breui tẽpore quinque Antiſtitũ ſedes ſunt inſulanis quæſitæ, Gradẽſis, Heracliana, Torcellana, Metamaucenſis & Caprulana: quam paulò antè Johãnes Cõcordisnſis epiſcopus, fugiẽs immanitatẽ Giſulphi, occuparat: ut ſcribũt Sabellicus Enneadis octauę li.6.pag.175.177 & 178. & Blõdus Decadis primę lib.9.pag.119.

Hic ſtatus, hęc ſortuna fuit Eccleſię, quàm diu quidem Heraclius imperium tenuit,

In Gallijs uerò Theodericus, à Brunichilde auia incitatus, multis pija moleſtus fuit. Nã Columbanũ abbatẽ Luxonienſis monaſtarij, propter reprebenſum illegitimũ eius cõuubium, & propter taxata Brunichildia maleficia, bis in exiliũ eiecit: & Theodebertũ regẽ Metenſiũ, fratrem ſuũ, cum triginta millibus hominum occidit, eo quòd Colũbanum excepiſſet hoſpitio. Sigebertus in Chronico pag.36. Auentinus iu Annalib. Boiorũ, Hermannus Gygas ſolio 102. Chronicõ Martini in Mauricio, & Speculum Vincentij libro 22. capitibus 4.5 & 6.

Idem Theodericus, ſuaſu Brunichildis Deſiderium epiſcopum Viennenſem, pręter omnem culpam, niſi quod flagitia eius reprehenderat, in exilium extruſit: & poſt quatuor annos reuocatum, lapidibus obrui iuſſit. Sigebertus in Chronico: & Annonius de geſtis Francorum lib.3.cap.80 & 90.

Sublato Theoderico, regnum rot us Galliæ ad ſolum Clotharium deuenit: ſub cuius tutela, Eccleſiæ tranquillam pacem in eo loco habuerunt, donec filius eius Dagobertus ſucceſsit. is uarijs ſeſe polluit flagitijs, & duas uxores duxit, & plurimas concubinaa aluit, adeò ut quocunque incederet comitatæ ſint eum pellicum caterua: ultra eas, quas compluribus in locis comptas, & reginarũ inſtar ornatas habebat. Eccleſias quoque pſſim ſpoliauit ac deſtruxit. Annonius libro quarto, capite uigsſimo, de geſtis Francorum. Sed poſtea ad pœnitentiam adductus, pro eo quòd antea eccleſias ſpoliarat, cumulatim illas exornare immenſis ſumptibus ac munificentia laborauit: ſicut ipſo publico edicto iu ſundatione monaſterij Vuiſſenburgenſia, de ſe reſtatur biſce uerbis. Qualiter nos Deus in brachio uirtutis ſuæ rerruerit, & qualitsr percutiens & ſanans rurſus nos uiſitauerit, omnibus ad exemplum correctionis notum fieri duximus: præcipuè, ut quiſque fidelis audito noſtro periculo, ab Eccleſiarum Dei uaſtatione ſe contineat, & honorem congruum rebua Deo dicaris exhibeat. Nam patre meo Lothsrio defuncto, patrij regni curam ſuſcepi: ſed uiuendi ductus leuitate, dominandique cupiditate diſtractus, Regalis officij debitum neglexi, nibil exhibens commiſsis ſollicitudiuis uel diligentiæ, nihil faciens uel iudicans manſuetudinis aut zelo iuſticiæ. Inter alios exceſſus meos, Eccleſiarum deſtructor & diſsipator eſſe cœperã, quarum defenſor eſſe debueram: nec diuinæ maieſtatis oculos, nec bominum ueritus acclamationẽ: tandẽ Dei benignitas obſtinatę mentis ſuperbiã cõterens, uirga correptionis iniquitatea meas uiſitauit, & caſtigato mihi ueniã nõ negauit. Integrũ diploma

extat

extat in Tritenhemio de regibus Francorũ: & in Nauclero pagina 579. Habuerunt igitur ſub hoc rege Galliarum Eccleſię mediocrem pacem, niſi quòd ſæpe à paganis, Saracenis, Gothis & Vaſconibus irruptiones factę ſunt in regnum Aquitaniæ: unde eius loci Chriſtiani ſunt afflicti: ut eſt in geſtis epiſcoporum Merenſium.

In Anglia porrò, poſtquam Edbaldus apud Cãrhuos reſipuit, Heduinus uerò apud Northanymbros cum ſua gente ad Chriſtũ cõuerſus eſt, & deniq; Sigeberrus apud Orientales Anglos regnare cœpit, per annos 17. habuit Eccleſia halcyonia, ut ſcribit Beda libro ſecundo hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum, capitibus 6.15 & 16. Verùm cum Heduinus à Ceduałda & Penda in bello uictus cecidiſſet, magna ſubſecuta eſt in religione & imperio mutatio. Hoſtes enim ſuperiores, quorum alter Chriſtiani nominis ignarus, alter Cyclopica feritate barbarus, nõ ſolùm in homines ſæuierũt, adeò ut nec muliebri ſexui, nec innocuæ turbæ paruulorum parcerent: ſed etiam in agris & urbibus omnia uaſtarunt, oppidis, arcibus & tẽplis ſuccenſis, excíſis & euerſis. Ideoque fides Chriſti etiam concuſſa eſt, adeò ut multi fracti malis & ærumnis deficerent, & idololatriam reciperent, donec Oſuualdus ad rerum gubernacula acceſsit, qui collapſam Eccleſiam & politiam inſtaurauit: ut ſcribit Beda in Eccleſiaſtica hiſtoria libro ſecundo, capite 14.20. & Sigebertus.

DE PERSECVTIONE ET *Tranquillitate Eccleſiæ, ſub Conſtantino, Heraclona, & Conſtante.*

HEraclio hydrope extincto, Conſtantinus filius eius ſuccedit: qui cum uix mẽſes quatuor regnaſſet, à nouerca ſua Martina & Pyrrho patriarcha, ueneno eſt ſublatus, & ſuffectus ipſi Heraclonas nouercæ filius cum matre Martina, qui ſimiliter non diutius imperauit, quàm menſes ſex. Sub initium autem eius cœperunt Arabes Cæſaream Palęſtinæ, quam ſeptem annos continua obſidione cinxerãt, & in ea ſeptem millia Chriſtianorum trucidarunt. Paulus Diaconus lib. 18 rerum Romanarum.

Eodem deinceps anno, Conſtantinopolitanus ſenatus Martinam lingua, & Heraclonam naſo truncat, & utroſque in exilium relegat. Cõſtantem uerò, filium Conſtantini, nepotem Heraclij, Imperatorem deſignat, qui imperauit annos uiginti ſeptem. Imitatus hic Heraclium auum, non ſolùm Monothelitarum hæreſin utraq; manu recepit: uerùmetiam inſtigante ipſum Paulo Conſtantinopolitano epiſcopo, extremè eos perſecutus eſt, quoſcunq; contrariũ ſentire aut deprehendit. Habuit & alia uitia non exigua, ut quòd auariciæ deditus, opibus adeò inhiauit, ut etiam theſauros ſacros deripere nõ dubitaret: ut ſcribunt Paulus Diaconus & Zonaras.

Primùm autem cum ea hæreſi eſſet infectus, antequam contagium uires ſumeret, plurimùm laborauit Martinus pontifex Romanus, ut eũ inde abſtraheret: miſitq́; ad eũ aliquot legatos, qui cum eo de emendatione agerent. illos iſte partim carceribus, partim exilijs, partim uerberibus excepit: & altare ipſorum in domo Placidiæ conſecratũ deſtruxit, prohibens ibidem miſſas celebrari. Ea iniuria irritatus Martinus, Romæ Synodum 110 Epiſcoporum colligit, & condẽnationem Cyri Alexãdrini, Sergij ac Pyrrhi Conſtantinopolitanorum patriarcharum renouat: & Paulum patriarcham anathematizat, ac patriarchatu deijcit. Imperator furore percitus, in ipſum etiam Papam perſecutionem conuertit: & Olympio exarcho Italiæ in mandatis dat, Romanum pontificem, & omnes orthodoxæ fidei antiſtites, ad Monothelitarum hæreſin amplexandam adigat: aut eum reluctantem capiat, ac ſibi mittat: uel ſi capi non poſsit, interficiat. Olympius Italiam ingreſſus cum Rauennate exercitu, Romam uenit: ubi cum nihil hortatione aut minis proficeret (quia manum in põtificem inijcere parum ſibi tutum arbitrabatur, quem utiq; populo Romano ſciebat gratiſsimum) conſilium cœpit de eo interficiendo. Mirum hic accidiſſe aiunt. Sicarius ædẽ diuæ Virginis rumpere iuſſus, ut parricidiũ patraret, repentè amittit uiſum: & pontificẽ quem decreto petebat, obortis tenebris, internoſcere nequit. Ea aut re territus Olympius, deſtitit ab incœpto. Imperator uerò nihil de ſua ſententia mutans, Theodorũ Calliopan mittit, eiq; mandat ut Martinum ad ſe uinctum abducat. Ille tollens Martinum de Eccleſia Saluatoris, quæ & Conſtantiniana appellatur, cathenas illi iniecit, uinctumque ad Conſtantem miſit. Eum impius princeps lingua manuq́; truncatum, in Thraciã Cherſoneſum relegauit: ubi inopia & egeſtate preſſus, ſexto anno pontificatus ſui obijt. Similiter & in Aphrica doctiſsimum & ſanctiſsimum uirum Maximum, cum duobus diſcipulis, alijsq́ue multis epiſcopis, qui in Aphrica penes Bizantium, Numidiam, & Mauritaniam, habita Synodo hæreſin Monothelitarum anathematizarant, Conſtans grauiſsimo ſupplicio affecit. Alios quoque paſsim orthodoxos, proſcriptionibus & exilijs damnauit.

Neque uerò Imperator ſolus has turbas in Eccleſia dedit, ſed ipſi etiam epiſcopi huius hæreſis Patroni, non minore furore & imma

immanitate ſęuierunt quàm ipſe tyrannus: ſicut Conſtantinus Pogonarus in ſua epiſtola ad Occidentis eccleſias teſtarur: Pyrrhum & Paulum & Petrum Cooſtaotinopolis epiſcopos, & Cyrum Alexandrinum, & Macarium Antiocbenum, & Srephanum & Polychronium, in tantum æmulatos eſſe impietatē, ut etiā diſcerpere atq; diſſecare mēbra Chriſti nō dubitarinr: nec barbaros tantum, quantū Chriſtiani Chriſtianos oppugnaſſe: actione 18. ſextę Conſtantinopolitanæ, Tomo Coociliorū ſecūdo. Paulus Diaconus libro decimooctauo rerum Romanarū: Zonaras tomo tertio: Beda de Ratione temporū: Adon Viennenſis: Blondus decadis primæ, libro oouo, pagioa 126.

Saraceni Hieroſolymis templum extruere cęperuot: ſed cū ſubinde ſtructura collaberetur, ſuaſu Iudæi cuiuſdā crux, quæ in tēplo montis Oliuarū ſtetit, eſt ſublata, & poſtea conſtitit ædificium. De crudelitate uerò ipſorum, quam Hieroſolymis exercuerunr, conqueritur Sopbronius in epiſtola ad Sergium, quæ extat in Synodo ſexta Conſtantinopolirana, actione undecima, inquiens: Omnia eos ſacra & prophana diripuiſſe, crudeli feralique propoſito, & impia propbanáque audacia.

Iidem porrò diſsidio Orientalis & Occidentalis Eccleſiæ cognito, in Apbricā claſſe traijciunt, & magnam partem eius occupāt: indeq; cum maximo rumultu Rhodum perueniunt, & urbem expugnant: ibiq; coloſſum, qui 1360 anoos ſteterat, demoliuntur: cuius ære nongentos camelos onerarūt. Poſtea Cyprum & Conſtantiam uaſtant. Aradum porrò ciuitatem inceodunt, & inſulam illam bominib. trucidatis, urbibus & agris euerſis, inhabitabilem reddunt. In Iſauriam poſtea delati, occiſis plurimis, & captis quinque millibus, præter cenrum & quioquaginta millia hominum, quos in his tumultibus ioteremerant, pacem cum Imperatore Romano faciunt ad annos duos. Paulus Diaconus, Heinricus de Erphordia, Chronicon Iuonis de Conſtante, & Supplementū Chronicorum lib. 10. pagina 247.

In Gallijs hoc tempore mortuo Dagoberto, duo eius filij, Sigebertus & Clodoueus, regnum ſortiti ſunt. Horū ille pietati deuotus, non ſolùm eccleſias & religionem à patre, quaſi per manus traditas & acceptas, fouit, iuuit, & auxit: ſed ipſe inſoper multa noua cœnobia ſuis ſumpribus extruxit: & multis pijs uiris ex Anglia pulſis, ac ibidem exulantibus, grata hoſpiria conceſsit. Hic uerò luxuriem magis quàm religiooem curans, ea quę ad gulam, libidinem & auariciā faciebant, ſectabatur. Is rempore famis Dionyſij templum, quod pater eius magnis impenſis ſolido argento texerat, diripuit: & aperto feretro, de Dionyſij corpore os brachij fregit: & quia aureū erat, ſibi attribuit. quāobrem ſuperſtitionum patroni eum in furorem incidiſſe, & poſt annos duos mortuum eſſe nugantur. Regino libro primo, & Robertus Gāguinus libro tertio, pagina 42. de Geſtis Francorum.

In Anglia porrò Oſoualdus Northanymbrorum rex, ſimiliter ut Heduinus, à Penda Merciorum rege bello uictus eſt, & trucidatus. Vnde recruduit uix ſopirum malum, ac creoit Eccleſiarum eius loci perſecotio: quę poſtea inualeſcens ſumptis uiribus, ad orienrales quoq; Anglos ſeſe extendit: ubi perinde Chriſtaniſsimus rex Sigebertus, qui populum iſtum magnis laboribus ad Chriſtō deduxerat, cum magna ſtrage Cbriſtianorū eſt interemptus: ac in eccleſias longè lateq; ſæuirum, ut ſcribit Beda libro tertio Eccleſiaſticæ hiſtorię genris Anglorum, capite nono, uſq; ad decimum nonum: & Polydorus Vergilius libro quarto Anglicæ biſtoriæ, pagina 83: & Speculum Vincentij libro 23. capite 79. Taodem uerò Oſuius filios Oſuualdi ad imperium accedens, uoto facto ad Deum cœli, Pendæ Merciorum regi occurrit, cum paruo exercitu, ipſumq; Pendam inter ingentem Merciorū ſtragem interemit, ac eccleſias ab eius tyrannide liberauit. regnauit is poſtea per annos 27 apud Northanymbros, & gentem Merciorum ad Chriſtum adduxit, Pictosq; regno Anglorū ſubdidit. Beda libro tertio Anglicæ hiſtoriæ, capite uigeſimoquarto & ſequentibus. Et Sigebertus in Chronico.

DE PERSECVTIONE ET *Tranquillitate Eccleſiæ, ſub Conſtantino quinto, qui Pogonatus nuncupatur.*

INterfecto Cōſtante in Sicilia, milites Mezentium quendam coronant, bominem adeò formoſum, ut nec pictæ imagini cederet. Hoc uerò natu maximus Conſtantis filius audiens, qoem ipſe pater inſignibus imperij ornarat, in Siciliam cum magna claſſe perrexit, & Mezenrio cum interfectoribus patris ſublatis, ipſe imperialem purpuram ſumpſit. Quoniam uerò è Bizantio ſoluens, tenera adhuc lanugine fuerat: & poſtea è Sicilia rediens, promiſſam barbam referebat, Pogonati oel Barbati nomen accepit. Cœpit is in initio regnare cum doobus fratrib. Verùm poſtea domioādi libidine captus, cū uideret reliquos duos fratres in æquali honore ſecum eſſe, adeò ot populus trinos Imperatores in Triniratis bonorem coleret, naribus utrumq; truncauit, & ſolus ſibi imperium rapuit: idque per annos decem &

ſeptem retinuit. Fuit tamen aliàs non adeò impius, nt cęteri ſui anteceſſores: ſed magna cura ac ſtudio res religionis promouit. Ideoque cum uideret, ob Monothelitarum hæreſin eccleſias paſsim eſſe diſtractas, prima ipſius cura fuit, illas controuerſias rectè & legitimè componendi, & Eccleſiam ad unitatem fidei reducendi. Conuocauit igitur ex omnibus nationibus doctiſsimos ac pręſtantiſsimos quoſq; epiſcopos, ac habita Synodo Conſtantinopoli, quæ ſexta Oecumenica uocatur, peſtiferum illud dogma de unica noluntate Chriſti, cum omnibus ſuis pattonis ac defenſoribus damnanit, & ex Eccleſijs penitùs remouit.

Pacatis ad hunc modũ Eccleſijs, ad res imperij ſeſe conuertit, non parum deſudans, ut illas qnoq; collapſas reſtauraret. Oppoſuit ſeſe fortiſsimè incurſionibus Saracenorum per annos ſeptẽ cõtinuos: eosq; adeò fregit, ut ipſi deſperatis rebus, ultrò pacem peterẽt: quã quidẽ illis dedit hac conditione, ut quotannis Imperatori Romano tribuerent tria millia librarum auri, & uiros captiuos quinquaginta. Deinde cum Auaribus quoque pacem inijt, & ſic in Oriente & Occidente omnia pacauit, ut Eccleſiæ non ſolùm uno ore, uerumetiam tutò ſine metu hoſtium, celebrarent Deum. Paulus Diaconus libro decimonono Rerum Romanarum.

Eccleſia apud Gotthos regnante Cindaſuindo, per annos decem adeò fuit trãquilla, ut ubiq; ſincerus Chriſti cultus, ubiq; uera inter homines charitas, nuſquã hæreſis, nuſquam in regem aut Rempublicam rebellio exiſteret. Iohannes Magnus in hiſtoria Gothica lib. 16. cap. 20.

Priuatas tamen perſecutiones paſsim in Eccleſijs excitauit diabolus, quib. pios miniſtros afflixit: inter quos fuit Gregorius Agrigentinus, uir inſigni doctrina, pietate, & miraculorũ donis à Deo ornatus. Nã Sabinus & Creſcentinus collegæ eius, eo quòd grauius ab eo eſſent reprehenſi ob facinora ſua mala, inito fœdere, in eius perniciem conſpirant: & mulierem impudicam ſubornant, eamq́ue pecunia corruptam in eius thalamum clàm, ipſoq́ue inſcio, abdunt: ac cum ad eam eſſet ingreſſus epiſcopus, in cubile irruunt, omnia clamoribus ac tumultu implent, & comprehenſum per totam urbem trahunt: ac tandem cuſtodiæ, incluſis ligno pedibus, tradunt. ubi ille aliquandiu detentus, cum per Exarchum, urgentibus accuſatoribus, cauſa non poſſet componi, Romam uinctus ad pontificem deportatur, ibiq́ue ſimiliter carcere in tertium uſque annum excruciatur. Sed in Synodo innocentiam eius Deus per multa miracula omnibus patefacit, eiusq́ue perſecutores horrẽdis pœnis uindicat. Metaphraſtes in uita eius.

Lappenſem epiſcopum Paulua Cretenſiũ archiepiſcopus, ex inuidia uarijs moleſtijs affecit: atq; etiam in carcerem coniecit, & citra cognitionẽ cauſæ diu detinuit. Sed re delata ad Vitalianũ papam, ab eius iniuria uindicatur. nt patet ex epiſtola Vitaliani prima, in ſecundo tomo Conciliorum.

In Gallijs, cum Clodoueus rex Germanię & Galliæ obijſſet, tres reliquit filios, Lotharium, Hildericum & Theodericum. Maior autem natu Lotharius, regnum per annos quatuor obtinuit ſolus. Is domi deliteſcens, in delicijs habuit aulæ principem Ebroinũ, uirum impium & ſceleratũ, cui omnia regni negocia cõmiſit pro libitu agenda. Ab hinc reges Francorum uſq; ad Pipinum Caroli Magni patrem, per annos ferè nonaginta, à ſolita fortitudine degenerantes, ſolo nomine regnarunt, nihil dignum regibus ſuſcipiẽtes. Sigebertus in Chronico.

Poſt Lothariũ uerò, alter eius frater Theodericus ſucceſsit: is propter inſolentiam Ebroini, à proceribus, cum uix unum annum regnaſſet, regno exutus eſt: & attõſus in monaſterium Dionyſij, quod Lutetijs erat, relegatus, ut inter monachos uiueret. Paulo pòſt Ebroinus etiam maior domus, in monaſterium Luxouienſe reconditur: & Hildericus tertius frater regnat annos duodecim, ac tandem à ſatellite quodam aulico Bobilone, quem ipſe ligatum ad ſtipitem flagellari præceperat, in uenatione unà cum uxore prægnante, pugione eſt confoſſus. Exinde reuocatus eſt Theodericus de monaſterio, & regnauit denuò per annos quatuordecim. Erupit etiam Ebroinus, & uiribus reſumptis, optimum quenque oppreſsit. In Theodericum uerò irruẽs, omnes theſauros eius diripuit: eumq́ue tamdiu inſectatus eſt, donec priſtinæ dignitati & gratiæ reſtitueretur. Afflixit etiam mirum in modum Eccleſias, ſpolians paſsim templa, & pios doctores morte ac exilijs afficiens. Nam Leodegarium Auguſtudonenſem epiſcopum, poſt diuturnam famem, & carceris ſqualorem, & oculorum euulſionem, plantarum conciſionem, & linguæ ac labiorum amputationem, gladio tandem feriri iuſsit. Adon Viennenſis ætate ſexta. Vincentius in Speculo lib. uigeſimotertio, capitib. cẽteſimo uigeſimoquarto & 125. Sigebertus in Chronico.

Non multo pòſt frater Leodegarij Gerinus, eiuſdem tyranni iuſſu lapidibus eſt obrutus. Præter hos, Theodericus etiam in gratiam Ebroini, Amatum, Lambertum, & alios plurimos epiſcopos in exilium eiecit: fueruntq́ue pij in magna afflictione, qui

regia

regia facinora approbare aut diſsimulare nō didicerant. Sigebertus in Chronico, Vincentius lib 23. capite 125.

Circa hoc tempus diſcipuli S. Galli in monaſterio Sangallenſi, magnam perſecutionē paſsi ſunt, ab impio Alemannorum duce Otuuino, eiusq́; præfecto Erchonaldo: qui oratorium ac ſepulchrum S. Galli fregerunt, ac ſanctos patres ibi ſtudijs pietatis operam dantes, miſerè & indignis modis tractarūt. Bruſchius libro de Monaſterijs Germaniæ, pagina 113.

Proiectus item, Aruernenſis epiſcopus, à primoribus ſuæ ciuitatis martyrio affectus eſt, in ultionem Hectoris Maſsilienſiū patricij: quē Hildericus Francorum rex, ob iniurias illatas Aruernenſi Eccleſiæ, ad ſuppliciū damnarat. Platina, & Chronicon Sigeberti.

Inter Anglos & Scotos uerò magna facta eſt contentio de obſeruatione paſchatis: utrū Romano more celebrādum eſſet paſcha: & ſubacti Picti ac Scoti, occaſionem deinde quæſiuerūt, ſeſe ab Anglorū iugo liberandi. Mortuo igitur Lothere rege Anglorum, & Oſinu apud Northanimbros, Egfridū filiū Oſuij interfecerunt Picti: indeq́; coniunctis copijs cum Scotis & Britonibus, magna ſtrage paſsim fuderunt Anglos. ſicq́; denuò Eccleſiæ Anglorum fuerunt in maximis turbationibus, anguſtijs & difficultatibus: ut ſcribit Sigebertus in Chronico.

In Geuiſſorū etiam prouincia, Cedualda quidā iuuenis, de regio genere Geuiſſorum, cum diu exulaſſet, reuerſus in patriā, ipſum regem Geuiſſorum Euildach interfecit: ac prouinciam illam adeò attriuit, ut per multos annos in tota illa terra epiſcopus nullus inueniretur. Perrexit deinde ad inſulam Vectam, omnesq́; incolas eius loci deleuit penitùs. Regijs tamen pueris, alijsq́; qui uellent, hoc beneficij conceſsit, ut quoniam ea gens Chriſtum ignorabat, prius baptizarentur, antequam necarentur. Beda libro quarto hiſtoriæ Anglicæ, cap. 15 & 16.

DE PERSECVTIONE ET *Tranquillitate Eccleſiæ, ſub Iuſtiniano ſecundo, Leontio, & Abſimaro.*

ANno Chriſti ſexcenteſimo octuageſimo ſeptimo, mortuo Cōſtātino, filius eius Iuſtinianus in imperio ſucceſsit: idque tenuit per annos ſedecim, licet non continuè. nam decimo anno à Leontio expulſus, per annos totidē in exilio errauit: & poſtea reuerſus, reliquos ſex adiecit. Occaſio eius rei talis ab hiſtoricis recenſetur. Cum ipſe per decem annos ſatis ſuperq́; in populum ſæuijſſet per ſeſe, habuit inſuper duos impuriſsimos & ſceleratiſsimos homines, quorū alter præfectus Stephanus, alter Theodorus monachus, illi præter inauditam tyrannidē, qua miſeros ſubditos paſsim torquebāt, nocte quadam militibus in mandatis dederāt, ut omnes ciues Conſtantinopolitanos interficerent. Hos uerò nefarios conatus, impediuit interueniens fortè Leontius quidam patricius, & quondam magiſter militum Oriētalium. isq́; populum ſibi adiungens, hoſce adortus cum manipulo captiuorum repreſſit: ac ipſum quidē Iuſtinianū lingua, naſoq́; ac auribus etiam, ut aliqui uolunt, truncatū, in Cherſonam relegauit. Stephanum uerò & Theodorū poſt longa tormenta, damnauit ad taurū ignitum, ut cremarētur. Indeq́; imperium Leontio manſit per annos tres, & fuit in Imperio & Eccleſia tranquillitas. Paulus Diaconus. Poſtea uerò ab exercitu electus eſt Abſimarus, à quo Leontius ſimili fortuna naribus eſt truncatus, & detruſus in monaſteriū, ubi in cuſtodia fuit per annos ſeptem, quamdiu Abſimarus imperium tenuit. Tunc uerò Iuſtinianus, cum iam penes Cherſonam ad annos decem exulaſſet, de recuperando imperio conſilium inijt: ac fugit primùm ad Caianum Cazarorū principem, eiusq́; ſororē in uxorē accepit, ſperans ſe uires ac ſuppetias belli ab eo impetraturū. Verùm Caianus ab Abſimaro pecunia & largis pollicitationibus ſollicitatus, cogitauit ipſum clàm interficere. quo comperto Iuſtinianus fugit ad Terbellin dominū Bulgariæ, eiuſdēq́; filiā ſimiliter ambiēs, largaq́; munera ipſi Terbelli promittēs, exercitū Bulgarorū ab eo impetrauit: cū quo ille Cōſtantinopolim pergens, fodiēdo urbē cœpit: eaq́; potitus, plurimos ciues ſuſpendit & iugulauit. Abſimarū uerò atq; Leontium captos ac uinctos, in pōpa ſibi præduci fecit, eoſdēq́; pedibus cōculcans, acclamāte populo, Super aſpidē & baſiliſcū ambulabis, & cōculcabis Leonē & Draconē: tandē iuſsit decollari, & ſic imperio denuò recepto, tyrannidem ſuā per annos ſex cōpleuit. Laudatur à Martino & Mariano Scoto in Chronicis, quòd fuerit bonus, prudēs & pius princeps: uerùm contradicūt reliqui ſcriptores oēs, qui eum perturbaſſe eccleſias aſſerūt, altera Synodo Cōſtantinopoli indicta, in qua multa impia & ab orthodoxa fide abhorrentia decreta ſint: quæ tamē qualia fuerint, infrà in cap. de Synodis indicabimus. Nō aūt fuerūt adeò mala, niſi quòd Romanis pontificibus, quorum ambitioni & ſuperſtitionib. aduerſabantur, talia uiſa ſunt. Reprehendūt in eo, quòd Sergiū iuſsit capi, & Bizantiū mitti. Sed pontifex dignior erat reprehenſione, quod ſuorū legatorum ſubſcriptionem damnauit, & pia acta Synodi reſcidit, ac Rauennatenſem militem cōtra imperatorem muneribus corrupit: ut patet ex Blondo, Sabellico & alijs.

In uindicandis ſuis aduerſarijs crudelior quàm iuſtior fuit. Cherſonenſes qui eum prodere exulem machinati erant, prorſus delere inſtituit: ſeptem ex primarijs eius loci, uerubus ligneis infixos aſſauit: uiginti uerò aquis ſubmerſit, & reliquam multitudinem acerbo mortis genere ſuſtulit: ad infantes, quibus ſicarij pepercerant, extirpandos claſſem inſtruxit. Sed ea tempeſtate concuſſa, miniſtros illos cędis ad ſeptuaginta millia, antequam in Cherſonam ueniret, in profundum maris exonerauit. In ciues adeò ſæuijt, ut quoties pituitam à naribus truncatis profluentem abſtergeret, toties aliquē ex eis trucidari iuberet: ideoque omnibus exoſus, à Philippico præfecto exercitus tandem interfectus eſt. & hanc laudem ſibi reliquit, ut hæreticus, adulter & tyrannus ab omnibus proclamaretur. Paulus Diaconus libro decimonono: & uigeſimo, rerum Romanarum, & Iuo in Chronico, & Heinricus de Erphordia.

Porrò hoc tempore apud Longobardos, Alachis tyrannus ſæuijt, qui Chunibertum regem profligauit, & plurimos Chriſtianos interfecit: & ſacerdotibus adeò fuiſſe infenſus ſcribitur, ut dixerit, ſi regno potiretur, ſe puteum teſticulis clericorum impleturum. Occaſionem autem ei præbuit clericorum impuritas, quos dixit immunda habere fœmoralia. Verùm à Chuniberto tandem poſt aliquot prælia eſt deuictus, & trucidatus: ut Paulus Diaconus libro quinto, capite 14. de geſtis Longobardorum teſtatur.

Arabes quoq; hac tempeſtate in Armeniā ſeſe magnis copijs infuderunt. Iuſtiniano aliquoties fœdera rumpente, magnam ſtragem inter Chriſtianos ediderunt.

Damaſci quoq; Vlid rex Arabū, Chriſtianorum templum diripuit: & uetuit in poſterum codices ſcribi Gręcis literis, ſed tantum Arabicis. Paulus Diaconus libro 20 rerū Romanarum.

Neq; etiā Sclaui ac Auares, eccleſias incendijs uaſtare, & Chriſtianos in ſeruitutem abducere deſtiterunt: ut ſcribit Zonaras Annalium tomo tertio.

Hiſulphus Beneuentorū dux, in Cāpaniā irruēs, urbibus ac templis euerſis, plurimos Chriſtianos abduxit: quos poſtea Iohannes Sextus pontifex Romanus, multo ære ab ipſo redemit. Regino lib. 1. Adon Viennenſis ætate ſexta. Paulus Diaconus lib. 6. capite 9 de geſtis Longobardorum.

In Gallijs, cū Ebroini furor & immanitas ſubinde creſceret, Hermefridus quidā nobilis eū per inſidias ſuſtulit: & Pipinus præfectus domus Auſtraſiæ, Theodericū deuicit, & totū regnū Francorū ſibi ſubiugauit. idq; pro arbitrio ſuo, licet Theodoricū, eiusq; filios Clodoueū (ac Hildebertū, regio titulo nō priuaret) rexit & moderatus eſt annis tribus & uiginti. Etſi aūt hic Pipinus, tyrannidē Ebroini nequaquā imitatus eſt, cum pręſertim uerbū Dei longè lateq; armis propagaſſe legatur (ut quòd totam gentem Friſonum deuictam, ad fidem Chriſti amplectendam coegerit) tamen ſuos etiam habuit næuos non exiguos. Nam Lampertum, quem antea propter confeſsionem exulantē reuocarat, iuſsit, aut ſaltē permiſit trucidari, propter reprehenſum adulterium. Legitima enim uxore neglecta, Alipiadē pellicē ſibi adiunxit. Sigebertus in Chronico: Sabellicus Enneadis octauæ libro ſeptimo, pagina 184. Milites etiam ſuos impunè prædari ſacra & prophana loca conceſsit, cœnobium & domunculam diui Auſtregiſili in agro Bituricenſium, direptum incenderūt. Vincentius lib. 23. capite 26.

In Hiſpanijs, Viriza rex Gotthorum, in ætate iuuenili Chriſtianam religionem unà cum epiſcopis ſuis diligenter promouit: ſed ubi ex ephebis exceſsit, & togam uirilem induit, animum mutauit, & epiſcopos & ſacerdotes grauiter afflixit. Sacras denique cōſtitutiones, & omnem Eccleſiæ autoritatē, quæ eius facinoribus aduerſabatur, ſuſtulit. Iohannes Magnus Gotthicæ hiſtoriæ libro 16. capite 25.

Circa hoc tēpus, ex Anglia duo præclari doctores, Eualdus albus, & Eualdus niger, uenerunt in antiquam Saxoniam: & ibi prędicantes Euangelium de Chriſto, martyrio affecti ſunt propè Bremam, in comitatu de Hoia: ut habet Faſciculus temporum. licet alij in Gallijs ipſos interfectos ſcribant, & ſepultos eſſe iuſſu Pipini in Agrippinēſi Colonia. Sigebertus in Chronicis: Beda libro quinto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Anglorum, capite undecimo. Addit Beda, corpora ipſorū fluuio iniecta, cōtra alueum per 40000 paſſuum nataſſe, & ad ſuos rediſſe. Autor uerò cędis fuit uillicus quidā, apud quem diuerterant, petentes ut ad ſatrapam ducerentur. Is autem uidens eos eſſe alterius religionis, ac metuens ne ſatrapa conuerſus, auitos ipſorum cultus mutaret, communicato conſilio cum alijs barbaris, eos interemit, ac album quidem Eualdum celeriter gladio ſuſtulit, Nigrum uerò longis tormentis mēbratim diſſecuit.

Apud Oſtrofrancos, Chilianus, eiusq; ſocij Dolomanus & Tholmanus, quorum fideli opera dux Herbipolenſis cum toto ducatu Chriſti fidem edoctus eſt, trucidati feruntur. Occaſio eius rei fuit, quòd dux iſte coniugem habuit Geilanā nomine, quæ antea fratris ſui uxor fuerat. Eā igitur cū Chilianus iuberet dimitti, ſubornauit ipſa aliquot ſicarios,

ſicarios, qui pios uiros clàm è medio ſuſtulerunt: quæ tamen res poſtea miro iudicio Dei innotuit. nam autores cædis cum Geilana dęmonib. correpti, rem totá euulgarunt, anno Domini 697. iuxta Sigebertum.

Rupertus epiſcopus in urbe Vãgionũ ſeu Vuormaciæ, à duce Berchario uirgis cæſus, in exilium pellitur. Vnde ad Theodonem peruenit in Bauariam, ibiq́ue magno cum fructu Chriſtum prædicauit. Hartmannus Schedel pagina 172.

Celebre etiam eſt Heimerani martyrium, quod paulo pòſt accidit. Fuit is epiſcopus Reginoburgenſis apud eũdem Theodoné, ducem Boiarię. eius filia Vta, cum eſſet compreſſa à Sigeberto quodam decurione equeſtri, ipſa honeſtioris patrocinij nomine in Heimeranum uitium cõtulit. cumq́; is tum fortè pietatis ergò Romam iter ſuſcepiſſet, frater uitiatæ puellæ Landobertus, ipſum inſecutus in uia comprehendit: ac nequicquam tantum ſcelus abnuentem, ſupra ſcalas arctiſsimè colligauit, & membratim diſſecuit. Auentinus in Annalibus Boiorum lib. tertio, pagina 280.

In Anglia Picti rerum ſumma potiti, non ſolùm immaniter ſæuierunt in deuictos Anglos: ſed etiam totas eccleſias, unà cum doctoribus pijs eiecerunt ex terra ſua. Beda libro quarto, cap. 15.

DE POENIS PERSE-
cutorum.

DEus perpetuus iuſticiæ cuſtos, nec hoc ſeculo neglexit pœnas de hoſtib. & perſecutoribus ſuę Eccleſiæ ſumere: idq́; in terrorem impijs, & conſolationem piorũ. Phocas enim cum à Romanis pontificibus, ob conceſſum primatum, & alijs epiſcopis de nimia in Mauricium eiusq́; familiam crudelitate non argueretur, putabat rem benè geſtam eſſe. Sed iſtis tacentibus, Dominus ipſi pœnitentiam concionatur calamitatib. horrendis. Ex una enim parte Choſroes rex Perſarum, fœdera rumpens cum Romanis, pernicioſum illud orbi claſsicũ cecinit: quo Syria, Palæſtina, Phœnicia, Armenia, Cappadocia, Galatia, Paphlagonia, & plurimæ alię regiones ab imperio ſunt auulſæ. Ex altera, Auares per Europã omnia uaſtãres ſęuierũt: & cędes hominũ plurima graſſata eſt, nõ tantum ciuibus paſsim, ſed ipſis etiam militaribus copijs interemptis, quibus mirabiliter iudicium Dei in pugna Perſica innotuit: adeò ut ipſo conflictus tempore, ignis cœlitùs, quaſi cum largo imbre in eos irrueret, & dimicantes impediret, quo minus uictoria potirẽtur. Suntq́; in illa pugna omnes quotquot Mauricij ſanguine ſeſe cruentarant, miſerabiliter trucidati: ut cũ paulo pòſt Heraclius exercitum luſtraret, tantum duo ſceleris eius ſocij, ex immenſis illis copijs Phocæ, ſuperſtites eſſent. Nicephorus libro decimooctauo, cap. 41.

Acceſsit etiam horrenda fames & peſtilẽtia, quæ animantia ſimul cum hominibus perdiderunt: & frugum prouentus paſsim fuit rarus. Hyemes item ingentes, naturam ſuam ſuperantes: ita ut mare frigore congelatum, piſces poſtea emortuos eiecerit. Tandem facta eſt coniuratio in ipſum Phocam, à Priſco eius genero: & quotquot Senatorij ordinis reliqui fuerunt, illi ſecretò per literas ab Heraclio, Heraclij ad quem poſtea imperium deuenit, patre, tunc in occidẽtali Aphrica & Lybia cum exercitu ualidiſsimo Rempublicam adminiſtrante, petierũt, ut populum Romanum ab impia eius tyrãnide liberaret. quibus lectis, filium Heracliũ cum pedeſtri naualiq́; apparatu contra tyrãnum miſit. hic uerò uictoria potitus, tyranno Phocæ primùm manus ac pedes reſecari: deinde, quia honeſtis matronis multis uim intulerat, quaſi in publicum monumẽtum luxurię, pudibunda excindi, tandem caput amputari. & poſtremò corpus eius in boue æneo comburi iuſsit, omni eius ſtirpe cũ ipſo extincta. Hic tyrannidis & ſcelerũ Phocæ finis fuit. Nicephorus libro decimooctaua, capite 56.

Giſulphus Longobardorum rex, ob ſtudium præpoſterum pacis, in ſuo regno tum Arianis, tum orthodoxis eccleſias ſuas concedebat. Sed Dominus, cuius gloriam contaminari ſinebat, excitat ei hoſtes. Auarum enim dux Caianus, nulla iniuria laceſsitus, in eum arma mouet: & obuium factum cum exercitu ſuo delet, urbesq́; atque oppida Arianorũ, hoſpitia & officinas blaſphemiarũ euertit: inter quę Forumiulium erat celeberrimum. Romilda Giſulphi uxor ſtuprata palo affigitur: uiri & adoleſcentes interficiuntur: pueri & puellæ ueneunt. Paulus Diaconus libro quarto, capite duodecimo: Sabellicus Enneadis octauæ libro ſexto. Hæc ſcilicet eſt merces eorũ, qui in ſuis urbibus hoſpitia blaſphemijs præſtant.

De Iudæis, qui Antiochiæ turbas dederant, plurimos Chriſtianos interficientes, ſcribit Nicephorus, quòd in pœnam facinoris ſint tum tormẽtis ſubiecti, tum urbe expulſi. libro 18. capite 44.

Theodericus item in Gallijs, qui conſilio Brunichildis ſeſe ſanguine proprij fratris, aliorumq́ue Chriſtianorum permultorum onerarat, ab ipſa ſua cõſultrice uita eſt priuatus. Cum enim pacatis rebus, neptem ex fratre occiſo reliquam, in matrimonium ducere uellet, ſpecioſa eius forma illectus, obſtitit Brunichildis, dictitans: Inceſtum eſſe cõ-

nubiũ,quod cum fratris filia contraheretur. Illud ægrè ferens Theodericus, cum antea ſibi ab eadem perſuaſum eſſet,Theodebertũ non ſuũ germanum,ſed ex adulterino cõcubitu ꝓgnatũ fuiſſe:cum impetu in eam irruit,gladio uolens traijcere. Verùm illa aulicorum ope,qui fortè aderant, tunc ex ipſius manibus elapſa,nõ multo pòſt ueneno eum ſuſtulit. Trittenhemius de regib. Francorũ: itẽ Robertus Gãguinus lib.2.Sunt tamẽ qui ſcribãt, eũ profluui ijſſe alui inteto,poſtquã regnaſſet annos decẽ & octo.Auentinus aſſerit eũ fulmine ictũ,cum poſt parricidium fratris Matricum urbem ſit ingreſſus: in annalibus Boiorum lib.3.pag.278.

Beſtia uerò illa immanis Brunichildis, cũ iam præter infinitam uulgi multitudinẽ, decẽ etiã reges morti tradidiſſet:infelici tandẽ bello moto cõtra Lothariũ,cui regnũ cedere nolebat,capta eſt, & ad horrendũ ſuppliciũ ex ſententia omniũ procerũ totiusq; exercitus damnata.Quare enim fuſtibus cæſa traditur,atq; equã ad Clothariũ eſt deducta: deinde corã omni exercitu,ſcelera eius ſunt ꝓclamata:& tandẽ pedib. & brachijs alligata ad caudam indomiti & ferocientis equi, membratim eſt diſcerpta.anno Domini 618. Sigebertus, Trittenhemius, Ganguinus,& Auentinus.

Choſroes uerò rex Perſarum,cum miſerabiliter eccleſias Palęſtinæ & uicinarum regionum uaſtaſſet,magnaq; cum felicitate,ꝑmiſſu Dei,qui uindictam ab interemptorib. Mauricij exigebat,contra Romanos aliquãdiu pugnaſſet : tandem etiã graſſationis ſuæ pœnas dedit.ſicut plerũq; ſolet Deus uirgã, qua ſuos caſtigat,ut eſt in prouerbio, tandẽ frangere,eamq; ipſam in ignem conijcere. Nam cum ab Heraclio per annos ſex bello eſſet in Perſia exagitatus, & filium ſuũ natu minorem regẽ deſignaſſet:Syroes filius eius natu maximus,uindicaturus ius ſuum,cum militibus in eum irruit, & captum indignis tractauit modis.Primùm manibus pedibusque ligatis,à collo etiam ferreo pondere ſuſpenſo,eum in altiſsimam turrim, quam iã ad recondendas pecunias condiderat,demiſit:ibique ſolo pane & aqua parciſsimè pauit.addens ſæuiſsimas exprobrationes, ut de auro comederet,quod tam multorũ ſanguine,tamq; immani uaſtatione orbis terrarum in eum locum collegiſſet.Deinde extractum,fecit ſpectare atrociſsimam necem filij ſui,cui antea regnum deſtinarat. illum enim coram eius conſpectu, cum reliquis filijs omnibus,trucidari iuſsit. Tandem per dies quinq; expoſuit eum omnium conuicijs. ultimo uerò arcub.in eum collimari, & certatim telis peti ordinauit. Et ſic magnus ille terror orbis terrarum, infeliciter animã exhalauit. Paulus Diaconus lib. 18 rerũ Romanarum:Regino lib.1 Chronicorum.

Herraclius portò,de quo ſuprà dictum eſt, quòd Monothelitarum hæreſin in Eccleſiã Dei primus inuexerit, pios doctores turbarit,& inſuper moribus adeò degenerarit, ut inceſtum connubium neptis peteret, ſeque ſuperſtitioſis obſeruationibus aſtrorum & auiũ,& id genus impietatis dederet : horrẽdam quoq; ſenſit pœnam, quæ in hodiernũ uſq; diem totum orbem terrarum infeſtat. Excitauit enim is ſua temeritate furores Arabum & Saracenorum , qui & religionem & imperium miſerè dilacerarunt , & ipſe in proprio corpore tormenta non exigua eſt expertus. Tradunt enim Scriptores , quòd aqua intercute perierit : & inſuper aliquot annis antè diem ſuũ, in monumentũ ſui inceſtus hoc uitij habuerit,ut inguine conuerſo faciem ſuã permixerit: niſi per tabellam infimo uentri oppoſitam auerteterut.Zonaras tomo 3.Paulus Diaconus lib.18. & Sabellicus Enneadis octauæ lib.6.

Cum duo in una domo , Vualati cum Columbani diſcipulũ de pœnitentia concionãtem irriſiſſent,Dei iuſto iudicio alter oculis captus , alter genitalibus putreſcentibus mortuus eſt.Vincentius libro uigeſimotertio,cap.23.

Noddo quidam,homo Epicureus,& contemptor Arnulphi Metenſium epiſcopi, cũ in Sympoſio ei maledixiſſet,domum reuerſus,flamma cum ſocijs cœpit ardere inextinguibili:ſed precibus epiſcopi curatus , cum nec poſtea uitam emendaſſet, unà cum filio in ſcelere quodam comprehenſus,pœnas capitis luit.Vincentius lib.22.cap.76.

Conſtans Monothelitarum patronus, & orthodoxorũ perſecutor,ut ſuprà diximus, omnibus Cõſtantinopolitanis factus eſt inuiſus atque exoſus:& cum Romam transferre imperij ſedem ſtudaret,ingreſſus iter,incidit in Saracenorũ manus:cum quibus infeliciter dimicans,uix fuga eſt elapſus.

Narrat Paulus Diaconus, eum tunc temporis, antequam nauale prælium iniretur, ſomnium habuiſſe,quaſi apud Theſſalonicenſes degeret.idq; ipſum,interpretem ſomniorum de amiſsione imperij intellexiſſe, quaſi diuinitùs eſſet ſignificatum εἰς ἄλλῳ νίκων, regnum ab eo auferendum eſſe. Etſi autem hoſtium manus effugit,iudicium tamẽ Dei non potuit effugere. Nam in Siciliam reuerſus,à ſatellite quodam, dum cœperat ſapone gallico deliniri, ſitula interficitur. Paulus Diaconus lib.19.

Incidit in hæc tempora Gregorij Agrigentini tribulatio , quam ſuprà breuiter attigimus : operæprecium autem eſt hic euẽtum cauſæ conſiderare, & pœnas quoque

eorum

eorum qui tantopere & tam malis artibus pientiſsimum uirum oppugnare auſi ſunt, expendere. Scribit uerò Metsphraſtes, cauſsm tandem, poſtquam iam Gregorius annos duos & menſes ſex in cuſtodia fuiſſet detentus, delatsm eſſe ad Synodum, ac conueniſſe centum quinquaginta patres sd legitimam cognitionem eius. Citati ſunt ibi ſimul actores Sabinus & Creſcentinus, qui cũ ipſa Eudocia puella, quã ad fraudẽ antea ſubornarant, alijſque centum ac decem teſtibus conductis comparuerunt, magnoq́ue cum applauſu, longoq́ue ordine actionem replicarunt. Adductus & Gregorius uinctus, poſtquam uidit tantum agmen hoſtiũ contra ſe ſtare, & tam ingentia plauſtra accuſationum & criminationum effundere, nihil aliud reſpondit, quàm quòd alta uoce querelam illam ex Pſalmo ingeminauit: Inſurrexerunt contra me teſtes iniqui, quæ ignorabam, obiecerunt mihi, mala mihi pro bonis rependebant. His actis, ſtatim indicium Dei innotuit: & correpta puella à dæmone, ad pedes eius corruit, miſerabiles lamentationes edens. Illis omnibus ſtupeſcentibus, Gregorius ſuſpirans, oculosq́ue in cœlum leuans, mandauit Satanæ in nomine I E S V, ut exiret de puella, eamq́ue ſineret uerum fateri. Continuò ille egreſſus, auolauit cum fremitu, & iacuit puella tanquam mortua, ſine motu. Manu autem apprehenſam erexit Gregorius, ſanamq́ue coram iudicibus ſtatuit. Inde inquiſitio facta eſt, utrum Gregorius unquam eius concubitum petijſſet. illa uerò ſanctè iurat, ſe homini illi nunquam in uoluptate fuiſſe: ſed à delatoribus Sabino & Creſcentino larga pecunia conductam, crimen illud obieciſſe, & deprecatur culpam. Nacta eſt hinc lis & contentio exitum: & ſolutus Gregorius magna cũ reuerentia à pontifice, alijsq́; aſſeſſoribus omnibus. Puellam quoque iudicum clementia inultam habuit: uerùm de accuſatoribus & iniquis teſtibus cœptum eſt deliberari. eſſetq́ue duriter in eos ſtatutum, niſi Gregorius ſua interceſsione illis ſubueniſſet. noluit enim is grauius in eos animaduerti, cũ ſibi ſatis eſſet, innocentiam ſuam eſſe patefactam. Sed mirũ hic accidit. Statim ut pax ipſis eſt conceſſa, orta eſt ſubitò ingens tempeſtas, quæ denſiſsimis tenebris claram diei lucem cœpit obſcurare penitus. His ceſſantibus, omnes actores iſti, nigri partim una, partim utraque gena apparuerunt: Sabino uerò ac Creſcentino non modò facies, ſed etiam labia atro colore infecta ſunt, ut nec illa conſtringere, neq; illis quicquam loqui poſſent: & ſic animo pariter & corpore ipſorum patrem diabolum repreſentarunt, toto illo tempore quod poſtea uixerunt. Fides eſto penes autorem. Metaphraſtes in Vitis patrum.

De lictore Leodegarij, quem Ebroinus in Gallijs interfici mãdarat, refert Vincentius, quòd ille poſt patratam cædem, ſtatim à dæmone ſit arreptus, & ardore interno quaſi igni in corpore ſuccenſo conſumptus. Vincẽtius lib. 23. cap. 125.

Ipſe Ebroinus maior domus Francorũ, qui hunc Leodegarium, aliosq́; innumeros doctores Eccleſię partim interfecit, partim in exilium eiecit: tandẽ exoſus ſuis, ab Hermẽfrido quodã nobili, dolo eſt necat': & uiſus à diabolis in infernũ deportari, ut ſcribunt Hartmannus Schedel ætate ſexta, pag. 174. Trittenhemius de regibus Francorum.

Dodo, frater Alpiadis, qui propter ſororẽ Alpiadem, pellicem Pipini, Lambertum interemit, atrociſsimo morbi genere, quod Græci phthiriaſin nominant, perijt: teſte Sabellico Enneadis octauæ lib. 7. pagina 184.

Similiter in Aruernenſi ciuitate, occiſores proiecti epiſcopi puniti ſunt. Alter enim eorũ Radbertus nomine, uiuus eſt à uermibus corroſus & cõſumptus: alter brachiũ fregit, alij multam pecuniariam templo eius contulerunt. Vincentius lib. 23. cap. 119.

Milites Pipini ſacra Auſtrogiſili ſpoliãtes, alij ſeſe inuicem dentibus diſcerpſerunt, alij membra ſibi amputarunt, unus incendio perijt. Vincentius lib. 23. cap. 26.

In Anglia ſucceſſores Heduini, Oſuicus apud Northanimbros, & Eanfridus Berniciorum rex, ſtatim poſtquam à doctrina Euãgelij defecerunt, & ad priſtinam idololatriã reuoluti ſunt, ſperantes ſe eo modo perſecutiones poſſe effugere, & incolumitatẽ regni tueri, regnũ ſimul & uitã amiſerunt: uterq; enim à Penda eſt trucitatus. Ipſe uerò Penda iam multis cædibus Chriſtianorum nobilitatus, tandem ſuæ etiã impietatis & perſecutionis pœnas perſoluit, & ab Oſuuio filio Oſuualdi eſt interemptus. neq; id accidit ſine iudicio Dei. Cum enim Penda numeroſo & maximè ualido exercitu pientiſsimum regẽ Oſuuiũ eſſet adortus, isq́; numero & uiribus longè eſſe inferior, uocatus in caſtra Deus ſuppetias tulit: & facto conflictu à parua manu, fuſæ ſunt & proſtratę ingentes copiæ Pendæ, inter quas ipſe etiam tyrannus cecidit. Beda lib. 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticę gẽtis Anglorum, cap. 1 & 24.

De uillicis illis in Saxonia, qui duos Ewaldos interemerant, ſcribit Beda, quòd re cognita, ſatrapa eius loci omnes illos trucidarit, ſimulq́; uicum ipſorum incendio perdiderit: libro quinto Anglicæ hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite undecimo.

Apud Oſtrofrancos quoque, nulla arte occultari potuit Chiliani, eiusq́; ſociorũ marty

rium: ſed mirabiliter innotuit. Cum enim clàm eſſent interfecti, & unà cum libris ac ueſtibus ſepulti, ne quid ſuſpicioois relinqueretur, contigit iuſtiſsimo Dei iudicio, ut unus ex ioterſectoribus in rabiem uerſus, proprijs dentibus ſe laniaret: alrer ſibi præ timore & deſperatione, cruentas manus inferret: Geilana uerò dæmonibus multis obſeſſa, miſerrimè torqueretur: & ſic ſponte ſinguli factum proderent. ut ſcribit Sigebertus in Chronico.

In Boiaria uerò, nec diuus Haimeranus, quem Landobertus propter ſuſpicionem tantum crudeli morte necarat, diu inultus manſit. Patefacta enim innocenria eius, Theodo dux Bauariæ filiam Vtam in Italiam relegauit: & fugit Landobertus ad Auares & Hunnos, ubi exul etiam obijt. Exinde omnis ſoboles eius à ducatu & faſtigio Boiariæ deturbata, & in equeſtrem ordinem redacta eſt. Auentinus io annalibus Boiorum libro tertio, pag. 280 & 281.

De Iuſtiniano denique Imperatore Romano, ſuprà dictum eſt, quantam is tragœdiam ſuis ſceleribus, tyrannide & perſecutione in imperio excirarit, & qoomodo à Deo ſit correptus, & tandem oppreſſus. Cũ enim ab initio in imperium euectus, non faceret quæ Deo placerent, in pœnam imperio exutus eſt, & inſuper naſo abſciſſo in exiliũ relegatus. Suntq; ſimul faces illę, quę ipſum ad omnis generis facinora accendebant, Theodotus nempè & Stephanus, in æneo tauro à populo combuſti. Poſtea cum reſtitutos in imperium, prioribus malis nihil emendatus, in immenſum ſæuire pergeret, & optimos quoſque ex Eccleſia & Republica tolleret, per Eliam ſuum ſpatarium eſt in teremptus, & translatum imperium ad Philippicum. Paulus Diaconus libro 20 rerum Romanarum: & Iuo in Chronico.

CAPVT IIII.

DE DOCTRINA.

QVOD ſuperiori Centuria monuimus, doctrinę lucem, & ſtudium incorruptam ueritatem tradendi, paulatim refrixiſſe, eo quòd ceremoniarum, & cultuum humanorum amor immodicè creſceret & expeteretur: id nunc hoc ſeculo magis demonſtratur. Pauci enim extiterunt doctores Eccleſię, doctrina & ſcribendi dono illuſtres: & illi quidem ipſi ſatis impurè doctrinã cœleſtem tradiderunt.

Nobis quidem iſti tantum fuerunt: Iſidorus, Cæſarius, Adelhelmus, Iulianus Pomerius, & quædam Rom. pontificum epiſtolæ, & Concilia ſtius ætatis. Sed ex iſtis præſentibus, quæ rectè & commodè prolata ſunt, quę ue incõmodè, uel etiã malè dicta ſunt, exponenda nobis ueniunt.

Symbola, in quibus præcipua capita doctrinæ Chriſtianæ ſolent recitari, aliquot extant.

In Concilio quarto Toletano, recitatur capite primo hæc confeſsio. Secondum enim diuinas Scripturas & doctrinam quam à ſanctis patribus accepimus, Patrem & Filiũ & Spiritum ſanctum, unius deitatis atque ſubſtantiæ confitemur: in perſonarum diuerſitate Trinitatem credentes, in diuinitate unitatem prædicantes: nec perſonas confundimus, nec ſubſtantiam ſeparamus. Patrem à nullo factum, uel genitum dicimus: Filium à patre non factum, ſed genitum aſſerimos: Spiritum uerò ſanctum nec creatum, nec genitum, ſed procedentem ex patre & filio profitemor. Ipſum autem Dominũ IESVM Chriſtum, Dei filium, & creatorem omniũ, ex ſubſtantia patris ante ſecula genitum, deſcendiſſe ultimo tempore pro redemptione mundi à patre, qui nunquam deſinit eſſe cũ patre. Incarnatus enim eſt ex Spiritu ſancto, & glorioſa ſancta Dei genitrice uirgine Maria, & natus ex ipſa ſolus idem Dominus IESVS Chriſtus, unus in ſancta Trinitate, anima & carne perfectus, ſine peccato ſuſcipiens hominem: manẽs quod erat, aſſumẽs quod non erat: æqualis patri ſecundum diuinitatem, minor patre ſecundom humanitatem, habens in una perſona duarum naturarum proprietatem. Naturę enim in illo duę, Deus & homo. Non autem duo filij, & dij duo, ſed idem una perſona in utraque natura, perſerens paſsionem & mortem pro noſtra ſalute, non in uirtute diuinitatis, ſed in infirmitate humanitatis. Deſcendit ad inferos, ut ſanctos, qoi ibi renebantur, erueret: & deuicto mortis imperio reſurrexit. Aſſumptus deinde in cœlos, uenturus eſt in futurũ ad iudicium uiuorum & mortuotum. Cuius morte & ſanguine mundati, remiſsionẽ peccatotum conſecuti ſumus: reſuſcitandi ab eo in die nouiſsima, in ea qua nunc uiuimus carne, & in ea qua reſurrexit idem Dominus forma: percepturi ab ipſo, alij pro iuſticiæ meritis uitam æternam, alij pro peccatis ſupplicij æterni ſententiam. Hæc eſt Eccleſiæ catholicæ fides. Hanc confeſsionem ſeruamus, atque tenemus. Quam quiſquis firmiſsimè cuſtodierit, perpetuam ſalutem habebit.

Item ſexto Concilio Toletano: Credimus & profitemur ſacratiſsimam, & omnipotentiſsimam Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, unum Deum ſolum, non ſolitarium, unius eſſentiæ, uirtutis, poteſtatis, ma-

tis,maieſtatis,uniuſq; naturæ,diſcretá inſeparabiliter perſonis, indiſcretam eſſentialiter ſubſtantia deitatis, creatricem omnium creaturarum, Patrem ingenitum, increatű, ſontem:& originẽ totius diuinitatis: Filiű à patre intemporaliter ante omnẽ creaturã ſine initio genitű,nő creatű. Nã oec pater unquã ſine filio,nec filius extitit ſine patre: ſed tamẽ filius Deus de patre Deo, nő pater Deus de filio Deo:ille aűt filius patris, & Deus de patre,per omnia coęqualis patri,Deus uerus de Deo uero. Spiritű uerò ſanctű neq; genitum,neq; creatű,ſed de patre filioq; procedentẽ,utriuſq; eſſe ſpiritű:ac per hoc ſubſtãtialiter uuű ſunt,qui & unus ab utroq; procedit. In hac aűt Trinitate tanta eſt unitas ſubſtantiæ,ut pluralitare careat,& æqualitatẽ teneat. Nec minor in ſingulis quàm in omnibus,nec maior in omnibus quàm in ſingulis perſonis maner. Ex his igitur trib. diuinitatis perſonis ſolű filiű ſatemur ad redẽptionẽ humani generis, propter culparű debita, quæ per inobedientiam Adæ originaliter & noſtro libero arbitrio cőtraximus,reſoluenda,à ſecreto patris arcanoq; prodiſſe, & humanitatẽ ſine peccato de ſancta ſemper uirgine Maria aſſumpſiſſe. ut idem filius Dei patris eſſet filius hominis, Deus perfectus, & homo perfectus,ut homo & Dens eſſet unus Chriſtus, naturis in duabus una perſona:ne quaternitas Trinitati accederet, ſi in Chriſto gemioata perſona eſſet. Ergo à patre & ſpiritu ſancto ſeparabilis creditur pſona:ab homine aűt aſſumpto, natura idem cű eodẽ homine,unus extat perſona cű patre ac ſpiritu ſancto, natura ac (ſicut diximus)ex duab. naturis,& una perſona, unus eſt Dominus noſter IESVS Chriſtus,in forma diuinitatis æqualis patri, in forma ſerui minor patre. Hæc eſt enim uox eius in Pſalmo: De ueotre matris meæ, Deus meus es ru. Natus itaq; à Deo ſine matre,natus à nirgine ſine patre,ſolum uerbum caro factű eſt, & habitauir in nobis. Et cum tota cooperata ſit Trinitas ſormationem ſuſcepti hominis,quoniam inſeparabilia ſunt opera Trinitatis:ſolus tamen filius ſuſcepit humanitatem in ſingularitate perſonæ,non in unitate diuinæ naturæ, id eſt, in eo quòd proprium eſt filij, non qnod commune eſt Trinitati. Nam ſi unam nati hominis, Dei alteram confeciſſet perſonam, tota Trinitas corpus aſſumpſiſſet:quoniam conſtat naturam Trinitatis eſſe, non tamen perſonam. Hic ergo Dominus noſter IESVS Chriſtus miſſus à patre,ſuſcipiens quod non erat,nec amittẽs quod erat,inuiolabilis de ſuo,mortalis de noſtro,uenit in hunc műdum peccatores ſaluos facere, & credentes iuſtificare: facienſq; mirabilia,traditus eſt propter peccata noſtra,mortuus eſt propter expiationẽ noſtram,reſurrexit propter iuſtificationem noſtram : huius liuore ſanati, huius morte Deo patri recoociliati, huius reſurrectione ſumus reſuſcitati. Quẽ etiã uenturum in fine expectamus ſeculorű,cum reſurrectione omniű,æquiſsimo ſuo iudicio redditurum iuſtis præmia,& impijs pœnas. Eccleſiã quoqne catholicã credimus,ſine macula & ruga corpus eius eſſe, regnűq; habiturã cű capite ſuo omnipotente Chriſto Ieſu,poſtquã hoc corruptibile induerit incorruptionẽ,& mortale immortalitatẽ: ut ſit Deus omnia in omnibus. Hac fide corda purificantur, hac hęreſes extirpantur,in hac omnis Eccleſia,collata iam cœleſti regno,deinceps in ſeculo pręſenti gloriatur. & nő alia fide eſt ſalus:nec enim nomen aliud eſt ſub cœlo datű hominibus,in quo oporteat nos ſaluos fieri. In octauo Toletano repetitur Nicenum ſymbolű. Item in Bracarenſi.

Epiſtola Agathonis,in ſexta ſynodo Cőſtãtinopolitana· Hic igitur ſtatus eſt Euãgelicę,& Apoſtolicę fidei,regulariſq; traditio, ut confitentes ſanctam & inſeparabilẽ Trinitatem, id eſt Patrem & Filium & Spiritű ſanctum,unius eſſe deitatis,unius naturę & ſubſtantiæ ſiue eſſentię:unius eam prædicemus,& naturalis uoluntatis,uirtutis,operationis,dominatiooìs, maieſtatis,poteſtatis & gloriæ. Et quicquid de eadẽ ſancta Trinitate eſſentialiter dicitur,ſingulari numero, tanquam de una natura trium conſubſtanlium perſonarum, comprehendamus regulari ratione hoc inſtitui. Cum uerò de uno earundem trium perſonarum ipſius ſanctæ Trinitatis,filio Dei,Deo uerbo, & de myſteſterio admirandæ eius ſecundű carnem diſpẽſationis cőfitemur,omnia duplicia, unius eiuſdẽq; Domini ſaluatoris noſtri IESV Chriſti,ſecundű Euangelicã traditionẽ aſſerimus. id eſt,duas eius naturas pręd icamus, diuinam ſcilicet,& humanã:ex quibus, & in quibus,etiã poſt admirabilẽ atq; inſeparabilẽ unitionẽ ſubſiſtit. Et unãquamq; eius naturam proprietatem natnralẽ habere confitemur,& habere diuinã omnia quę diuina ſunt,& humanam omnia quę humana ſunt, abſq; ullo peccato. Et utraſq; unius eiuſdẽq; Dei uerbi incarnati,id eſt humanati incőfuſè,inſeparabiliter immutabiliter,eſſe cognoſcimus, ſola intelligentia, quæ unita ſunt, diſcernentes, propter confuſionis duntaxat errorem. Aequaliter enim & diuiſionis & commixtionis deteſtamur blaſphemiam. Cum duas autem naturas, duaſque naturales uoluntates, & duas naturales operationes confitemur,in uno Domino noſtro IESV Chriſto : non contrarias eas, nec aduerſas ad alterutrum dicimus (ſicut

à uia

à uia ueritatis errantes, apoſtolicam traditionem accuſant: abſit hæc impietas à fidelium cordibus) nec tanquã ſeparatas in duabus perſonis uel ſubſiſtentijs, ſed duas dicimus, unum eundemq; Dominum noſtrum IESVM Chriſtũ, ſicut naturas, ita & naturales in ſe uoluntates, & operationes habere, diuinam ſcilicet, & humanã: diuinam quidem uolũtatem & operationem habere ex æterno, cum coeſſentiali patre communem: humanam, temperaliter ex nobis cum noſtra natura ſuſceptam. Hęc eſt Apoſtolica atque Euangelica traditio, quam tenet ſpiritalis ueſtri felicisſimi imperij mater Apoſtolica Chriſti Eccleſia. Hæc eſt mera confeſsio pietatis. Hæc eſt Chriſtianæ religionis uera atque immaculata profeſsio: quam non humana adinuenit uerſutia, ſed Spiritus ſanctus per Apoſtolorum principes docuit.

In eadem Synodo, Actione quarta. Hæc eſt perfecta noſtra ſcientia, ut terminos catholicæ atque Apoſtolicæ fidei, quos uſque hactenus Apoſtolica ſedes nobiſcum & tenet & tradit, tota mentis cuſtodia conſeruemus: credentes in Deum patrem omnipotẽtem, factorem cœli & terræ, uiſibilium omnium & inuiſibilium: & in filium eius unigenitum, qui ante omnia ſecula ex eo natus eſt, uerum Deum de Deo uero, lumen de lumine, natum non factum, conſubſtantialem patri, id eſt eiuſdem cum patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt quæ in cœlo & quæ in terra. Et in Spiritum ſanctum Dominum & uiuificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum, & cõglorificandum: Trinitatem in unitate. & unitatem in Trinitate: unitatẽ quidem eſſentiæ, Trinitatem uerò perſonarum, ſiue ſubſiſtentiarum, Deum Patrem cõfitentes, Deũ Filium, Deum Spiritum ſanctum: non tres deos, ſed unum Deum, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum: non trium nominũ ſubſiſtentiam, ſed trium ſubſiſtentiarum unã ſubſiſtentiam, quorum una eſſentia ſiue ſubſtantia uel natura, id eſt, una deitas, una æternitas, una poteſtas, unum imperium, una gloria, una adoratio, una eſſentialis eiuſdem ſanctæ & inſeparabilis Trinitatis uoluntas & operatio: quæ omnia condidit, diſpenſat & continet. Confitemur autem unum eiuſdem ſanctæ coeſſentialis Trinitatis Deum uerum, qui ante ſecula de patre natus eſt, in ultimis ſeculorum t poribus pro nobis noſtraq; ſalute deſcendiſſe de cœlis, & incarnatum de Spiritu ſancto, & ſancta immaculata ſemperq; uirgine glorioſa Maria, domina noſtra, uerè & propriè Dei genitricẽ, ſecũdũ carnem ſcilicet, ex ea natum, & uerè hominem factum, eundem Deum uerum, eundemque hominem uerum, Deum quidem ex Deo patre, hominem autem ex uirgine matre incarnatum, ex ea carne animam habentem rationalem, & intellectualem, conſubſtantialẽ eundem Deo patri ſecundum deitatem, conſubſtantialemq; nobis eundem ipſum ſecundum humanitatem, & per omnia ſimilẽ nobis, abſq; ſolo peccato: crucifixum pro uobis ſub Pontio Pilato, paſſum ſepultũq;: & reſurgentem, aſcendentem in cœlos, ſedentem ad dextram patris, iterumq; uenturum iudicare uiuos & mortuos: cuius regni nõ erit finis. Vnum quippe eundemq; Dominũ noſtrum IESVM Chriſtum, Filium Dei unigenitum, ex duabus, & in duabus ſubſtantijs inconfuſe, incommutabiliter, indiuiſe, inſeparabiliter ſubſiſtere cognoſcimus, nuſquam ſublata differentia naturarũ propter unitatem, ſed potius ſalua proprietate utriuſq; naturæ in unam perſonam, unam ſubſiſtentiam concurrentem, non in dualitatem perſonarum diſpertitũ, uel diuiſum, neq; unam cõpoſitam naturam cõfuſam, ſed unũ eundemq; filium unigenitũ, Deum uerbum Dominum noſtrum IESVM Chriſtum: neq; alium in alio, neq; alium & alium, ſed eundem ipſum in duabus naturis, id eſt in deitate & humanitate. Et poſt ſubſiſtentialẽ adunationem cognoſcimus, quia neq; uerbum in carnis naturam conuerſum eſt, neq; caro in uerbi naturam trãsformata eſt: permanſit enim utrũq; quod naturaliter erat. differentiam quippe adunatarum in eo naturarũ ſola contemplatione diſcernimus, ex quibus inconfuſe. inſeparabiliter & incõmutabiliter eſt compoſitus. Vnus enim in utriſq;, & per utraq;, quia ſimul ſunt, & altitudo deitatis, & humilitas carnis ſeruãte utraq; naturæ etiã poſt adunationem ſine defectu proprietatem ſuam, & operante utraq; forma cũ alterius cõmunione, quod proprium habet, uerbo operante quod uerbi eſt, & carne exequente, quod carnis eſt: quorum unum coruſcat miraculis, aliud ſuccumbit iniurijs. Vnde conſequenter, ſicut duas naturas ſiue ſubſtantias, id eſt, deitatem & humanitatẽ, inconfuſe, indiuiſe, incommutabiliter eum habere ueraciter confitemur: ita quoq; & duas naturales uoluntates & duas naturales operationes habere, utpote perfectum Deum, & perfectum hominem, unum eundemq; ipſum Dominum IESVM Chriſtum, pietatis nos regula inſtruit: quia hoc nos Apoſtolica atq; Euangelica traditio, ſanctorumq; patrum magiſterium, quam ſancta Apoſtolica atq; catholica Eccleſia & uenerabiles ſynodi ſuſcipiunt, inſtituiſſe monſtrãtur. Ex quorum doctrinis hęc recolligentes, in breuitate perſtrinximus.

In Synodo Theodori: Credimus conſonãter, & confitemur ſecundum ſanctos Patres, pre-

propriè & ueraciter Patrem, & Filiũ, & Spiritum ſanctũ, & Trinitatem in unitate conſubſtantialẽ, & unitatem in Trinitate, hoc eſt, unum Deum in tribus ſubſiſtentijs, uel perſonis conſubſtantialibus, æqualis gloriæ & honoris, &c. Suſcipimus, & glorificamus Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, ſicut iſti glorificauerunt, nihil addentes uel ſubtrahẽtes: & anathematizamus corde & ore, quos anathematizauerunt: & quos ſuſceperunt, ſuſcipimus, glorificantes Deum patrem ſine initio: & filium eius unigenitum, ex patre genetatum ante ſecula: & Spiritum ſanctum, procedentem ex patre & filio inenarrabiliter, ſicut prædicauerunt hi quos memorauimus ſuprà ſancti Apoſtoli, & Prophetæ & doctores. & nos omnes ſubſcribimus, qui cum Theodoro archiepiſcopo fidem catholicam expoſuimus. In Bedæ hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro quarto, capite decimoſeptimo. Ex ſynodo Theodori in Hetfeld.

DE SACRA SCRIPTVRA *Veteris Teſtamenti.*

De ſacra Scriptura inquit Iſidorus libro primo de Summo bono, cap. decimonono. Sanctarum Scripturarum altitudo quaſi montes paſcuæ ſunt, ad quos dum quiſque iuſtorum conſcendit, paſcuæ indeficientis refectionem ſe inueniſſe cõgaudet. In Scripturis ſanctis quaſi in montibus excelſis & uiri perfecti hãbent ſublimia intelligẽtię, quibus greſſus cõtẽplationis quaſi cerui erigant, & ſimplices quaſi parua animalia inueniunt modicos intellectus, ad quos ipſi humiles refugiunt. Scriptura ſacra infirmis & ſenſu paruulis ſecundum hiſtoriam humilis uidetur in uerbis: cum excellentioribus autem uiris altius incedit, dum eis ſua myſteria pandit, atque per hoc utriſque manet communis, & paruulis, & perfectis. Scriptura ſacra pro uniuſcuiuſque lectoris intelligentia uariatur, ſicut Manna quæ populo ueteri pro ſingulorum delectatione uarium dabat ſaporẽ. Iuxta ſenſuum enim capacitatem ſingulis ſermo Dominicus congruit, & dum ſit pro uniuſcuiuſque intellectu diuerſus, in ſe tamen permanet unus: ideo in libris ſanctis quædam obſcura, quædam aperta reperiuntur, ut intellectus lectoris & ſtudium augeatur. Nam ſi cuncta paterent, ſtatim intellecta uileſcerẽt. rurſus ſi cuncta clauſa exiſterent, confeſtim diffidentiam gignerent. Ne ergo de obſcuris deſperatio fiat, ea quæ manifeſta ſunt ſariant: & ne de intellectis faſtidium exiſtat, ea quæ clauſa ſunt deſiderium excitant. Nam pleraque quanto magis latent, tanto magis exercitium præbent. In Scripturis ſanctis ſæpe ea quæ futura ſunt, quaſi facta narrantur. ſicut illud eſt: Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Sed cur futura quaſi præterita ſcribuntur, niſi quia ea quæ adhuc facienda ſunt in opere, iam ſunt facta in diuina prædeſtinatione? Nobis igitur temporaliter accidunt, quæ à Conditore omnium ſine tempore prouidentur: propterea prophetia rerum futurarum geſta præſentibus miſcet rebus, ut ita credantur illa quæ futura ſunt, quemadmodum iſta cernuntur eſſe completa. More enim ſuo per præſentiam de futuris loquitur, ſicut in perſona Hieruſalem de Eccleſia, & ſicut in perſona Ephraim de hæreticis. Pro factis diuinis plerunque dicta ponuntur, idcirco quia non operatione manuum Deus, ſed dicendi imperio operatur, ſicut ſcriptum eſt: Dixit, & facta ſunt: mandauit, & creata ſunt. Quod in Scripturis ſanctis una bis repetitur ſententia, aut confirmationis cauſa eſt, aut myſterij: ſicut lex & gratia, ſicut initium & perfectio, ſicut bonum & melius. Iſidorus ita diuidit Scripturam ueteris Teſtamenti: Lex diuina in tribus diſtinguitur partibus, id eſt, in hiſtoria, in præceptis, in prophetijs. Hiſtoria eſt in his quæ geſta ſunt, præcepta in his quæ iuſſa ſunt, prophetia in his quæ nunciata ſunt futura. Lex diuina triplici ſcienda eſt modo: primò ut hiſtoricè, ſecũdò ut tropologicè, tertiò ut myſticè intelligatur. Hiſtoricè namque iuxta literam, tropologicè iuxta moralem ſcientiam, myſticè iuxta ſpiritualem intelligentiam. Ergo ſic hiſtoricam oportet fidem tenere, ut eam & moraliter debeamus interpretari, & ſpiritualiter intelligere.

Iulianus Pomerius libro primo contra Iudæos inquit: Ignorantia Scripturarum eſt ignorantia Chriſti.

Regulas aliquas de locutionibus Scripturæ ſanctę recitat Iſidorus, quas Lectoris gratia adſcribemus, ex libro primo de Summo bono, capite 20. Septem eſſe inter cætera regulas locutionum ſanctarũ Scripturarum, quidam ſapientes dixerunt.

Prima regula eſt de Domino, & eius corpore, quæ de uno, aut ad unum loquitur, atq; in una perſona modò caput, modò corpus oſtendit, ſicut Eſaias ait: Induit me ueſtimento ſalutari, & quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis. In una enim perſona duplici uocabulo nominata, & caput, id eſt ſponſum, & Eccleſiam, id eſt ſponſam manifeſtauit. Proinde notandum in Scripturis, quando ſpecialiter caput deſcribitur, quando & caput & corpus, aut quando ex utroq; tranſeat ad utrumq;, aut ab altero ad alterũ: ſicq;

quid

quid capiti, quid corpori conueniat, prudẽs lector intelligat.

Secũda regula eſt, de Domini corpore uero, & permixto. Sic enim ad omnes loquitur Scriptura, ut & boni redarguantur cum malis, & mali laudentur pro bonis. Sed quid ad quẽ pertineat, qui prudẽter legerit, diſcet.

Tertia regula eſt de litera & ſpiritu, id eſt de lege & gratia. Lege, per quam præcepta facienda admonemur: Gratia, per quam ut operemur iuuamur: uel quod lex non tantũ hiſtoricè, ſed etiam ſpiritualiter ſentiẽda ſit. Namq; & hiſtoricè oportet eandem tenere, & ſpiritualiter legem intelligere.

Quarta regula eſt de ſpecie & genere, per quam pars pro toto, & totum pro parte accipitur: ueluti ſi uni populo uel ciuitati loquatur Deus, & tamen intelligatur omnem contingere mundum. Nam licet aduerſus unam ciuitatem Babyloniam per Eſaiam prophetam Dominus comminetur: tamen dum cõtra eam loquitur, tranſit ad genus de ſpecie, & uertit contra totum mundum ſermonẽ. Certè ſi non diceret aduerſus uniuerſum orbem, nõ adderet infrà generaliter, Et diſperdam omnem terram, & uiſitabo ſuper orbẽ mala: & cætera quę ſequuntur ad internicionem mundi pertinentia. Vnde & adiecit: Hoc eſt conſilium, quòd cogitaui ſuper omnem terram, & hæc eſt manus extenta ſuper omnes gentes. Item priuſquam ſub perſona Babyloniæ arguit uniuerſum mundũ, rurſum ad eãdem, quaſi de genere ad ſpeciem reuertitur, dicens quæ eidem ciuitati ſpecialiter contigerunt: Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos. Nam regnante Balthaſar, à Medis obtenta eſt Babylonia. Sic & in onus Aegypti ex perſona eiuſdem totum uult intelligere mundum, dicendo: Et concurrere faciam Ægyptios aduerſus Aegyptios, regnũ aduerſus regnum: cum Aegyptus non multa regna, ſed unum habuiſſe deſcribitur regnũ.

Quinta regula eſt de temporibus, per quã aut pars maxima temporis per partem minorẽ inducitur, aut pars maxima temporis per partem minorem intelligitur: ſicut eſt de triduo Dominicę ſepulturę, dum nec plenis tribus dieb. ac noctib. iacuerit in ſepulchro, ſed tamen à parte totũ triduũ accipitur. uel ſicut illud, quod quadringentis annis prædixerat Deus, filios Iſrael in Ægypto ſeruituros, & ſic inde egreſſuros: qui tamen dominante Ioſeph Aegypto dominati ſunt, nec ſtatim poſt quadringentos annos egreſsi ſunt, ut fuerat promiſſum, ſed quadringentis triginta annis peractis ab Ægypto receſſerunt.

Sexta regula eſt, de recapitulatione. Recapitulatio enim eſt, dum rerum pręteritarum cauſæ futuris miſcentur geſtis, ſicut in Geneſi, dum ſexto die hominem dicit fuiſſe factum, denuò recapitulatur formatum dicẽs: Formauit igitur Dominus hominem de limo ad imaginem ſuam. Nec non & ubi expletis omnibus operibus, cum dicit, Deum ſeptima die requieuiſſe: recapitulando ſubiungit: Iſtæ generationes cœli & terræ, quando creatæ ſunt, in die quo creauit cœlum & terram & omne uirgultum agri, antequam oriretur ſuper terram. nondum enim pluerat Dominus Deus ſuper terram, & homo non erat qui operaretur terram: ſed fons aſcendebat de terra, irrigans uniuerſam ſuperficiem terræ. Hæc omnia recapitulando in ſerie narrationis rebus futuris nectuntur, cum intra ſex dies etiam patrata uideantur.

Septima regula eſt de diabolo, & eius corpore: quia ſæpe dicuntur ipſi capiti, quæ ſuo magis conueniunt corpori. Sæpe uerò eius uidentur dicta membrorum, & non niſi capiti congruunt: ſicut in Eſaia, ubi dum contra Babyloniam, hoc eſt contra diaboli corpus multa dixiſſet ſermo propheticus, rurſus ad caput, hoc eſt ad diabolum oraculi ſententiam deriuat, dicens: Quomodo cecidiſti de cœlo lucifer, qui manè oriebaris.

De induratione, & obcæcatione Dei, inquit Iſidorus libro ſecundo de Summo bono, capite quinto: Sic & obdurare Deus dicitur hominem, non eius faciendo duriciam, ſed non auferendo eam quam ſibi ipſe nutriuit. Non aliter & obcæcare dicitur Deus quoſdam, non ut in eis eandem ipſe cæcitatem faciat: ſed quòd pro eorum inutilibus meritis, cæcitatem eorum ab eis ipſe non auferat.

DE DEO.

¶ De proprietatibus quibuſdã Dei ſic ſcribit Iſidorus libro ſeptimo Etymologiarum, capite primo: Omnipotens, quia ipſius ſunt omnia quæ ubique ſunt. Solus enim totius mundi habet imperium. Dicuntur autem & alia quædam in Deum ſubſtantialiter nomina: ut, Immortalis, Incorruptibilis, Incõmutabilis, Æternus: unde & meritò cunctæ præponitur creaturæ. Immortalis, ſicuti de eo ſcriptum eſt: Qui ſolus habet immortalitatem, quia in eius natura nulla eſt commutatio. Nam omnis mutabilitas non incõuenienter dicitur mortalis, ſecundum quod & anima mori dicitur, non quia in corpus, uel in aliquam alteram ſubſtantiam mutatur, & uertitur: ſed in ipſa ſubſtantia, quicquid alio modo nunc eſt, aut fuit, ſecundum id quod deſtitit eſſe quod erat, mortalis utique deprehenditur: ac per hoc ſolus Deus dicitur immortalis, quia ſolus incommutabilis. Incorruptibilis appellatur, quia corrumpi & diſſolui nõ poteſt, nec diuidi. Quicquid enim capit diuiſionem, & interitum capit:

capit. Ille nec diuidi poteſt, nec interire, inde incorruptibilis eſt. Incommutabilis eſt, quia ſemper manet & mutari neſcit: nec proficit, quia perfectus eſt: nec deficit, quia æternus. Æternus eſt, quia ſine tempore eſt: non enim habet initium, neq; finem. Hinc & ſempiternus, eo quòd ſit ſemper æternus. A' quibuſdam autem æternus ab æbere creditur dictus, quoniam cœlum ſedes eius habetur. Vnde eſt illud, Cœlum cœli Domino. Et iſta quatuor unum ſignificant: nam una eademque res dicitur, ſiue dicatur æternus Deus, ſiue immortalis, ſiue incorruptibilis, ſiue immutabilis. Inuiſibilis, quia nunquã per ſubſtantiam ſuam apparuit oculis mortalium Trinitas, niſi per ſpeciem ſubiectæ creaturæ, eiuſdemq; corporeæ. nam nemo poteſt ipſam manifeſtationem eſſentiæ Dei uidere, & uiuere: ſicut & dictum eſt Moyſi. Vnde & Dominus in Euangelio dicit: Deũ nemo uidit unquam. Res eſt enim inuiſibilis: ideoq; non oculo, ſed corde quærendus eſt. Impaſsibilis eſt, quia nullis perturbationibus afficitur, quibus fragilitas humana ſuccumbit. Non enim attingunt eum ullæ paſsiones, ut libido, iracundia, cupiditas, timor, mœror, inuidia, & cætera, quibus humana mens perturbatur: ſed cum Deus dicitur iraſci aut zelari, aut dolere, noſtro uſu dicitur. Apud Deum enim perturbatio nulla eſt, apud quẽ tranquillitas ſumma eſt. Simplex autem dicitur, ſiue non amittẽdo quod habet, ſeu quia non aliud eſt ipſe, & aliud quod in ipſo eſt: ſicut in homine, cuius aliud eſt eſſe, & aliud ſapere. nam & eſſe poteſt, & ſapiens non eſſe: Deus autem habet eſſentiã, habet & ſapientiam: ſed quod habet hoc, & eſt, & omnia unus eſt. Ac proinde ſimplex eſt, quia non in eo aliquid accidentis, ſed q, & eſt, & quod in ipſo eſt, eſſentialiter eſt: excepto quod relatiuè ad quamcunq; perſonã eſt. Summè bonus, quia incõmutabilis eſt. creatura uerò bonum, ſed non ſummum eſt, quia mutabilis eſt: & dũ ſit quidem bonum, non tamẽ eſſe poteſt & ſummũ. Incorporeus aũt uel incorporalis ideo dicitur Deus, ut ſpiritus credatur & intelligatur eſſe, non corpus: nam dum dicitur ſpiritus, eius ſignificatur ſubſtãtia. Immenſus, quia cuncta concludit ipſe, & à nullo cõcluditur: ſed omnia intra eius omnipotentiã coarctãtur. Perfectus dicitur, quia nihil ei poſsit adiici.

Æternus. Iſidorus inquit: Omnia tempora præcedit diuina æternitas, nec in Deo prę teritum futurumue aliquid creditur: ſed omnia præſentia in Deo dicuntur, quia æternitate ſua cuncta complectitur. libro primo, cap. 6. de Summo bono.

Incõmutabilem eſſe, inquit Iſidorus: Summum bonum Deus eſt, incõmutabilis eſt, & corrumpi non poteſt. Itaq; bene & ſubſtantialiter ſunt iſta in Deo, incorruptio, immortalitas, incõmutabilitas: inde & meritò cunctæ præponitur creaturæ. lib. primo de Summo bono, capite primo.

Creator. Iſidorus libro ſeptimo Etymologiarũ, cap. 1. Creator dictus pro totius mundi rebus ab ipſo creatis. Nihil enim eſt, quod non originem à Deo traxerit.

DE VNITATE DEI.

¶ Vnum eſſe Deum profitentur. Iſidorus: Deus in omnibus, & ante omnia, & ſuper omnia, in omnipotentia, & magnificentia, & incomprehenſibili maieſtate ſua unus eſt. ſicut ſcriptum eſt: Audi Iſrael Deus tuus unus eſt. Quis enim in cœlo & in terra, aut ſubtus terram in æternitate, in poteſtate, in trinitate & unitate, in diuinitate, in humanitate, Deo ſoli ſimilis eſſe poteſt? Ideo utiq; unus, id eſt ſolus Deus dicitur: quia nec antea, nec tunc, nec poſtea ei alius ſimilis eſſe in cœlo inuenitur, aut legitur. de Numero, in Præfatione. Item libro ſeptimo Etymologiarum, capite primo: Ipſe eſt unus, quia diuidi non poteſt: uel quia nihil eſſe aliud poteſt, quod tantundem capiat poteſtatis. Eandem doctrinam & alios Eccleſiæ Doctores profeſſos eſſe, conſtat ex Symbolis ſuprà annotatis.

DE TRINITATE.

¶ Tres eſſe perſonas diuinitatis, ſedulò tradunt, ut Iſidorus: Tres trinitatis in una maieſtate & poteſtate, Pater, Filius & Spiritus ſanctus, quæ tres perſonæ: ſic & apud Hebręos uocantur, Aba, Ben, Ruah. Trinitas itaq; dicitur, propter diuerſitatem perſonarum: unitas uerò, propter Deitatis ſubſtantiã inſeparabilem. Pater dicitur, eo quòd habet filium, & omnis paternitas quæ in cœlo & in terra eſt, in eo & de eo nominatur. Filius dicitur, eo quòd habet patrem: Spiritus ſanctus uerò, eo quòd à patre & filio procedat. Dicitur autem Deus, propter poteſtatẽ & dilectionem: Dominus, propter dominationem: Omnipotẽs dicitur, quia omnia poteſt, cui nihil impoſsibile eſt. & ſi Dominus omnipotens eſt, quid eſt quod ei impoſsibile eſt? id eſt, nõ poteſt falli, nec mori, nec peccare. Per Patrem uiuimus, mouemur & ſumus: per Filium intellectũ & rationem habemus: per Spiritũ ſanctum, omnibus bonis illuſtramur. Iſidorus de Numero, de duobus.

Item libro ſeptimo Etymologiarum, capite quarto: Trinitas appellatur, quod fiat totum unum ex quibuſdam tribus, quaſi trinitas, ut memoria, intelligentia, & noluntas, in quibus mens habet in ſe quandam imaginem diuinę trinitatis. Nam dum tria ſint, unum ſunt: quia ſingula in ſe manent, & omnia in omnibus. Pater igitur, &

Filius,& Spiritus ſanctus,trinitas, & unitas: idem enim unum, idem & tria:in natuta onum,in perſonis tria. Vnũ propter maieſtatis communionem, tria propter perſonarũ proprietatem. Nam alius Pater,alius Filius, alius Spiritus ſanctus:ſed alius quidem,non aliud:quia pariter ſimplex,pariterq́; incommutabile bonum,& coæternum.

Adelhelmus inquit:Alma trinitas,una deitatis ſubſtantia,& trina perſonatum ſubſiſtẽtia, totius mundi monarchiam gubernat.

Bracarenſe Concilium:Si quis Patrem,& Filium,& Spiritũ S.non confitetur tres perſonas unius ſubſtantiæ,& uirtutis, ac poteſtatis, ſicut catholica & apoſtolica Eccleſia docet:ſed unam tantum, ac ſolitariam dicit eſſe perſonam,ita ut ipſe ſit pater, qui filius: ipſe etiam paracletus ſpiritus, ſicut Sabellius & Priſcillianus dixerunt, aoathema ſit. Cap.1. Bracarenſi Concilio 1.

De differentia perſonarum Iſidorus lib.7. Etymologiarũ, cap.4.inquit:Patet ſolus nõ eſt de alio, ideo ſolus appellatut ingenitus: Filius ſolus de patre eſt natus,ideo ſolus dicitur genitus:Spiritus ſanctus ſolus de patre & filio procedit, ideo ſolus amborum nuncupatur ſpiritus. Item de uocabulis adijcit: In hac trioitate alia ſunt appellatiua nomina,alia propria ſunt.Propria ſunt eſſeotialia, ut Deus,Domiuus,Omnipotẽs,Immutabilis,Immortalis. & inde ptoptia, quia ipſam ſubſtantiam ſignificant:quis unom ſunt.Appellatiua uerò,Patet, Filius, & Spiritus ſanctus,ingenitus,& genitus,& procedens.Eadem & relatiua,quia ad ſe inuicem referuntur. Cũ enim Deus dicitur,eſſentia eſt,quia ad ſeipſum dicitur:cum uerò dicitut Pater, & Filius,& Spiritus ſanctus, relatiuè dicuntur, quia ad ſe inuicem referuntur. Nam patet non ad ſeipſum, ſed ad filium relatiuè dicitut,quia eſt ei filius. ſic & filius relatiuè dicitur,quia eſt ei patet. ſic & ſpiritus ſanctus, quia eſt patris filijq́; ſpiritus. His enim appellationibus hoc ſignificatut,quòd ad ſe inuicem referuntur, non ipſa ſubſtantia, qua uoum ſunt. Proinde Trinitas in relatiuis perſonatum nomioibus eſt. Deitas non triplicatur,ſed io ſingularitate eſt: quia ſi triplicatur,deorum inducimus pluralitatem. Patres in Bracarenſi Cõcilio inquiont: Si quis extra ſanctã Trinitatem alia diuinitatis nomina introducit,dicena quòd ipſa diuinitaa ſit Trinitas,ſicut Gnoſtici & Ptiſcillianus dixerunt,anathema ſit. Capite 3.

DE CHRISTO.

¶ De appellationibus ita inquit Iſidorus, contra Iudæoa libro primo, cap.1. Chriſtua enim in eo qoòd à patre gẽitus eſt,filius Dei uocatut: in eo uerò quòd ſæpè à patre miſſus ad annunciandum pattibus legitut,Angelus nominatut.

Cur λόγος appelletut,exponit Iſidorus libro ſeptimo Etymologiarũ,capite ſecundo: Verbũ autem ideo dicitur, quia pet eum pater omnia condidit ſiue iuſsit.

Filium eſſe ὁμοούσιον patri,docet Iſidorus libro ſeptimo Etymologiarum,capite ſecundo. Hoc autem uocatur ὁμοούσιον, quod eſt, Ego & pater unum ſumus:hoc eſt, eiuſdem cum patre ſubſtantiæ.Quod nomen,etſi ſcriptum in ſanctis literis non inueniatur, in aſſertione tamen totius trinitatis defenditur: quia datut tatio,unde rectè dici oſtendatut. ſicut & pater in illis libris nuſquam ingenitus legitut:ſed tamen dicendus eſſe, atque eredendus,non dubitatur. Cæſarius: Qui (Chriſtus) cum Patre & Spiritn ſancto uinit & regnat Deus,in ſecula ſeculorum. Homilia ſecunda.

Conſtantinopolitanum Concilium: Dominus noſter IESVS Chtiſtus,cum Patre & Spiritu ſancto diuinam & omnipotẽtiſsimã naturam communem habet. Actione prima.

De æterna generatione filij,ait Iſidorus: Filij Dei pfecta natiuitas nec cœpit eſſe, nec deſijt,ne præterita ſit,ſi deſijt:& ne imperfecta,ſi adhuc ſit.ſed ſic æterna; ſic & perfecta, quatenus.in ea natiuitate æternitas & perfectio habeatur. de Summo bono libro primo, capite 14. Item contra Iudæos libro primo, capite primo: Chriſtum Dei filium eſſe credimus,quia genitum illum ab omnipotente Deo cognoſcimus, ipſo teſtãte: Tecum principium in die uirtutis tuę,in ſplendoribus ſanctorum,ex uteto ante luciferum genui te. Ex utero namq; Dei, id eſt, ex illa intima & incomprehẽſibili patiis ſubſtantia,ſiue ex illo diuino atq; immenſo paterni pectoris arcano, quo pater,quo genitor,de corde bonum eructauit uerbum. ſicut & ille aliàs ait:Eructauit cor meum uerbum bonũ. Siquidẽ & ipſe Pater ſic dicit ad Chriſtũ:Filius meus es tu, ego hodie genoi te. Quòd non fuit Dauid dictum,nec ulli ſequentium regum.nam ibi additut:Poſtula à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam tetminos terræ:quod neq; Dauid, neq; genti Hebræorum conceſſum eſt, niſi tantummodò Chriſto,cuius nomen eſt per omnes gentes diffuſum:cui & reges obediunt,& gentes ſeruiunt, ſicut de eo ſcriptũ eſt: Adorabunt eum omnes teges, omnes gentes ſeruient ei. Item:Salomon dum patris nomen,myſteriumq́; natiuitatis Chriſti ſecũdum deitatem uellet agooſcere,his oerbis intonat in Prouerbijs, dicẽs:Quia aſcendit in cœlum,atque deſcendit? Quis cõculcauit aquas quaſi in ueſtimento? Quis ſuſcitauit omnes tetmioos terræ? Quòd nomen eſt

eſt eius? aut quod nomen filij eius, ſi noſtis? Hunc filium Dei in Daniele rex ille aſpiciens, dixit: Ecce ego uideo quatuor uiros ſolutos & ambulātes in medio ignis, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei: quem fideliter credimus, nec ullatenus dubitamus Dominū ſaluatorē. Item lib. 1. cap. 2. Quòd ſi quęritur quādo, uel quomodo pater filiū genuerit? reſpōdeo: Cur quæritur tempus, quando filius Dei ſit genitus, dum ſit ſua in natiuitate æternus, ſicut ſcriptum eſt de eo: Egreſſus eius à principio, à diebus ęternitatis, & tantum ante ſolē permanet nomen eius, & ante lunam ſedea eius: ſed & pater eundem ante luciferum, id eſt ante omnia tempora genuiſſe ſe teſtatur, ſicut & ipſe filius Dei, uerbum, uirtus, & ſapientia, de ſua natiuitate confirmat dicens: Necdum erant abyſſi, & ego iam concepta eram: necdum fontes eruperant aquarū, necdū mōtes graui mole cōſtiterant, ante colles parturiebar. Ibidē: Illud etiā de illo cur quęritur, quādo ſit genitus, dum ſacrę Natiuitatis eius arcana, nec Apoſtolus didicit, nec Propheta cōperit, nec natura cognouit, nec angelus ſciuit, Eſaia teſtante, qui ait: In humilitate iudiciū eius ſublatū eſt, generationē eius quis enarrabit? Et idcirco ſi natiuitas eius à propheta nō potuit enarrari, quis profitebitur noſſe, quomodo potuit à patre filius generari? Hinc eſt illud in libro Iob; Sapientiā Dei patria unde inuenies? Latet enim ab oculis hominū, & uolucribus cœli abſcōdita eſt: id eſt, etiā ipſis angelis incognita. Item ibi: Radix ſapientiæ cui reuelata eſt? Origo ſcilicet filij Dei. Sed gignendi filij quæris rationē, dicens: Filius nō niſi ex duobus naſcitur. Habeat inquam ſibi huiuſmodi generis ortum cōditio caduca mortalium. Chriſtus enim à patre ita emicuit, uelut ſplendor à lumine, uelut uerbum ab ore, uelut ſapientia ex corde.

Bracarenſe Conciliū, capite tertio: Si quis dicit, filium Dei Dominum noſtrū, antequā ex uirgine naſceretur, non fuiſſe, ſicut Paulus Samoſatenus, & Photinus & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

DE HVMANITATE.

¶ Spalenſe Concilium, actione decima tertia: Omnes in Chriſto infirmitates humanitas ſola portauit.

Bracarenſe Concilium, capite ſecundo: Si quis Chriſtū in hominis uera natura eſſe nō credit, ſicut Cerdon, Marcion, Manichæus & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

Agathonis epiſtola: Chriſtus perfectè ſuſcepit humanam naturam abſque ullo peccato, ut hanc etiam perfectè ſaluaret. Quod enim ab eo non ſuſceptum eſt, nec ſaluatum eſt.

De fine incarnationis inquit Iſidorus: Per incarnationem Chriſti non ſolùm Deo recōciliatus eſt homo, uerumetiam pax inter homines & angelos reformata eſt. libro primo de Summo bono, capite decimo. Item libro ſeptimo Etymologiarum, capite ſecundo: Ipſe Dei patris unigenitus filius, dum eſſet æqualis patri, propter ſalutem noſtram formam ſerui accepit. Item contra Iudæos libro primo, capite ſexto: Filius Dei propter noſtram ſalutem incarnatus, & homo factus eſt. ſic enim de eo prædicat Eſaias: Paruulus, inquit, natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. Item: Paruulus enim eſt Chriſtus, qui homo natus eſt nobis, non ſibi. Quòd enim homo factus eſt, uobis proficit, & ideo natus eſt. Filius autem datus eſt nobis, cuius niſi Dei filius: Principatus eius ſuper humerum eius, ſiue quia crucem proprijs portauit humeris, ſiue quia titulum regni ſuper humeros & caput eius Pilatus ſcripſit. Ibidem.

De duabus naturis ita ſcribit Iſidorus: Ex utero uirginis minor dicitur patre Chriſtus, ſcilicet iuxta humanam aſſumptionem, nō iuxta diuinitatem. Chriſtus & in forma ſerui, ſeruus: & in forma ſerui, non ſeruus. In forma quippe ſerui Domini ſeruus, in forma ſerui hominum Deus. Chriſtus in forma ſerui propter conceptionis excellentiā Dominus eſt hominum, quia etſi ſuſcepit carnem, non tamen ex carnis libidinoſa contagione. Mediator Dei, & hominum Chriſtus IESVS nequaquam alter in humanitate, alter in Deitate eſt, ſed in utraq; natura idem unus eſt: nec purus homo conceptus eſt, nec purus homo editus eſt, nec poſtea meritum, ut Deus eſſet, accepit: ſed Dei uerbum manens incommutabili eſſentia, quæ illi cum patre & Spiritu ſancto eſt coæterna, aſſumpſit carnem pro ſalute humana, in qua & impaſſibilis pati, & immortalis mori, & æternus ante ſecula temporalis poſſet oſtendi. Mediator Dei & hominum homo Chriſtus IESVS, quamuis aliud ſit ex patre, aliud ex uirgine, non tamen alius ex patre, alius ex uirgine: ſed ipſe æternus ex patre, temporalis ex matre: ipſe qui fecit, ipſe qui factus eſt: ipſe de patre ſine matre, ipſe de matre ſine patre: ipſe conditoris templū, ipſe cōditor templi: ipſe autor operis, ipſe opus ſuoris, manens unus de utraque & in utraque natura, nec naturarum copulatione cōfuſus, nec perſonarum diſtinctione geminatus. Ideo Deus in homine uenit, quia per ſe ipſum ab hominibus cognoſci non potuit. Item libro ſeptimo Etymologiarum, capite ſecundo: Vnde bis genitus dicitur, ſiue quia pater eum genuit ſine matre in æternitate, ſiue quia mater ſine patre in tempo-

re. Item: Sic autem Dei filio coniuncta eſt humana natura, ut ex duabus ſubſtantijs fieret una perſona. Solus igitur homo pertulit crucem, ſed propter unitatem perſonæ & Deus dicitur pertuliſſe. Hinc eſt q. ſcribitur: Si enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent. Filium ergo Dei crucifixum fatemur, non ex uirtute diuinitatis, ſed ex infirmitate humanitatis: non ex ſuæ naturæ permanſione, ſed ex noſtra ſuſceptione.

Spalenſe Concilium actione decimatertia: Sicut immaculata fides, & ſancta Dei Eccleſia docet, Cõfitemur Dominum noſtrum IESVM Chriſtum intemporaliter ex patre Deum natum, temporaliter ex utero glorioſæ uirginis Mariæ hominem editum, & ob hoc in una exiſtente perſona duas naturas habentem: deitatis qua ante ſecula genitus eſt, & humanitatis in qua diebus ultimis editus eſt: in illa ſecundum formam Dei, in iſta ſecundum formam ſerui conſiſtens: in illa patri manens æqualis, in iſta ſine peccato ſimilis noſtræ conditioni: in illa inuiolabilis, in iſta paſſibilis: in illa ex qua mori non potuit, in iſta in qua mortem ſuſcepit. Item Concilium ſecundum Spalenſe: Vnus eſt Chriſtus Deus & homo, caro & uerbum. Sed unde Deus, inde habet immortalitaté: unde homo, inde pertulit paſſionem. & unde caro, inde mortuus: & unde uerbũ, inde æternus. Neq; enim poteſt eſſe deitate paſſibilis, qui eſt uirtute paternæ gloriæ naturæ æqualis.

Toletanum Concilium, cap. 10. Incõprehenſibilis natura pietatis diuinæ, ſe conditioni mortalium in unitatem perſonę cõiunxit, myſterio redemptionis humanæ.

Agathonis epiſtola: Dominus noſter IESVS Chriſtus, & Deus perfectus eſt, & homo perfectus eſt, ex duabus, & in duabus naturis: ut poſt admirabilem incarnationem exiſtens, nec deitas ſine humanitate, nec humanitas eius ſine deitate poſsit intelligi. Reddere itaq; neceſſe eſt quę diuina ſunt eidem Chriſto ut Deo, quę humana ſunt eidẽ ut homini, & utraq; per ſubſiſtentialem adunationem unius eiuſdemque Domini noſtri IESV Chriſti ueraciter cognoſcenda. Itẽ: Veraciter creditur, quod idem ipſe, ſcilicet Chriſtus, duas habeat naturales operatiões, diuinam ſcilicet, & humanam: inconditam, & conditam, ut uerus & perfectus Deus, uerus & perfectus homo, unus idem ipſe mediator Dei & hominũ Domin' IESVS Chriſtus. in actis 6. Conſtantinopolitanę ſynodi.

Actione octaua Conſtantinopolitani Cõcilij, plurimi patres duas naturales actiones & uoluntates in Chriſto Ieſu poſt incarnationem eius confitentur, & contrarium ſentientes damnant. Secundo tomo Concil.

Chriſti facta ex prophetis liquidò demõſtrari, Iſidorus docet libro cõtra Iudæos primo, in epilogo: Teſtes prophetas habemus, ex quibus diuinitaté Saluatoris noſtri, & nomen, gentem quoq;, & genus & patriam, natiuitaté, paſsiones, uirtutes, curationes, comprehenſiones, palmas, flagella, conſputationes, ſuſpenſioné, fellis & aceti potationem, tituli crucis inſcriptionem, ſepulchrum, infernum, incorruptionem corporis, reſurrectionem carnis, aſcenſionéq; eius in cœlos, regnum atq; iudicium declarauimus.

Iulianus Pomerius libro primo contra Iudæos ait: Chriſtus eſt ſignaculum omnium prophetarum, adimplens omnia quæ retrò de eo prophetæ nunciabant.

DE SPIRITV SANcto.

DE Spiritu ſancto ſic docet Iſidorus: Spiritus ſanctus creator eſt, ſicut pater: & uerbum Spiritus ſanctus patris & filij eſt: & inde unum ſunt, pater, filius & ſpiritus ſanctus: quia nihil habet pater, quòd non habeat filius: non enim res una, & duorum ſubſtantialis, poterit ſimiliter ab eis procedere, & ſimul ineſſe, niſi unum fuerint à quibus procedit. Spiritum ſanctum pignus accepit Eccleſia, ut per eũ unũ corpus fierẽt credentes, per quem pater & filius unum eſſentialiter ſunt, ipſo Saluatore ad patrem dicente: Vt ſint unum, ſicut & nos unũ ſumus. Chriſtus non tantum à patre, ſed etiam à Spiritu ſancto ſe miſſum teſtatur, dicente Propheta: Accedite ad me, & audite. Non à principio in abſcondito locutus ſum, & ex tempore antequam fieret, ibi eram: & nunc Dominus miſit me, & Spiritus eius.

Spiritus ſanctus pro eo q. cõſolator ſit, Paracletus nũcupatur. Et re uera dũ dona Sacramentorũ diſtribuit, cõſolationé animæ prębet. Credo equidem quod magnam læticiá ſentit, qui aliquid reuelante Spiritu dicit: Donum Dei ſancti Spiritus in membris Eccleſiæ ſingillatim diuiditur, & in ſingulis ſingula dona tribuuntur. Chriſtus autem omnem pulchritudinem gratiarũ habuit. In Spiritu ſancto omnis gratia donorum conſiſtit: ipſe enĩm prout uult, gratiarum dona largitur. Libro primo de Summo bono, capite decimoquinto.

Quòd ſit Deus, Iſidorus inquit libro ſeptimo Etymologiarum, capite tertio: Spiritus ſanctus ideo prædicatur Deus, quia ex patre, filioque procedit, & ſubſtantiam eorum habet. Neque enim aliud de patre procedere potuit, quàm quod ipſe eſt pater.

De donis Spiritus ſancti ſcribit Iſidorus:

Septem

Septem ſunt dona Spiritus ſancti, quæ eoumerantur, Spiritus ſapientiæ & intellectus, Spiritus conſilij & fortitudinis, Spiritus ſcienriæ & pietatis, Spiritus timoris Domini. Quæ primus homo habuit ante lapſum, poſtea hæc omnia perdidit. De numero, tractatu de Sex.

Differentiam Spiritus ſancti ab alijs perſonis ſic declarat Iſidorus lib. ſeptimo Etymologiarum, capite tertio: Spiritus ſanctus ideo non dicitur genitus, ne duo in Trinitate filij ſuſpicentur. Ideo non prędicatur ingenitus, ne duo patres in ipſa Trinitate credantur. Item: Hoc autem intereſt inter naſcentem filium, & procedētem Spiritum ſanctū, quòd filius ex uno naſcitur, Spiritus ſanctus ex utroq; procedit. & ideo dicit Apoſtolus, Qui autem Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius.

Spiritum ſanctum regere homines, teſtatur Cæſarius: Sanctæ, inquit, & ſpirituales animæ feruore accenſæ, Spiritu ſancto aguntur, & ad omne opus bonum iugiter præparantur. Homilia 31.

Quomodo Deus adſit rebus, declarat Iſidorus dicens: Non ideo cœlum & terram implet Deus, ut contineant eum: ſed ut ipſa potius cōtineantur ab eo. nec particulatim Deus implet omnia: ſed cum ſit idē unus ubiq; tamen eſt totus. Non ita putandus eſt eſſe Deus in omnibus, ut unaquæq; res pro magnitudine portionis ſuæ capiat eum, id eſt maxima maius, & minima minus, dum ſit potius ipſe etiam totus in omnibus, ſiue omnia in ipſo. Omnipotentia diuinæ maieſtatis cuncta poteſtatis ſuæ immenſitate concludit, nec euadendi potentias eius quis inuenire aditum poterit, quia ille omnia circumquaque conſtringit. Cuncta enim intra diuini iudicij omnipotentiam coarctantur, ſiue quæ continenda ſunt, ut ſalua ſint: ſeu ea quæ amputanda ſunt, ut pereant. Nullatenus ergo poſſe eſt effugere Deum quempiā: qui enim non habet placatum, nequaquam euadit iratum. Immenſitas diuinæ magnitudinis iſta eſt, ut intelligamus eum intra omnia, ſed non incluſum: extra omnia, ſed non excluſum: & ideo interiorem, ut omnia contineat: ideo exteriorem, ut incircumſcripta magnitudinis ſuæ immenſitate omnia concludat. Per id ergo quòd exterior eſt, oſtenditur creator eſſe: per id uerò quòd interior, gubernare omnia demonſtratur. libro primo de Summo bono, capite 2.

Nemo Deum poteſt uidere, ut Iſidorus docet: Nemo, inquit, ualet eſſentiam Dei plenè uidere, etiam nec Angelus. quia dictum eſt: Quis cognouit ſenſum eius? libro primo de Summo bono, capite 2.

De phraſibus de Deo, ſic ſcribit Iſidorus libro ſeptimo Etymologiarū, capite primo: Sunt autem & quædam uocabula ex uſu noſtro ad Deum ſumpta de membris noſtris, ſiue de inferioribus: & quia in propria natura inuiſibilis, & incorporeus, pro efficientijs tamen cauſarum in ipſo rerum ſpecies adſcribuntur, ut more locutionis noſtræ facilius ſeipſum inſinuet. ut quia omnia uider, dicatur oculus: propter quod audit omnia, dicatur auris: pro eo autem quòd auertitur, ambulat: pro eo quòd expectat, ſtat.

Toletanum Concilium octauum capite ſecundo: Incommutabilis, eademq; ſemper exiſtens Dei natura, parcens, ſua ſæpe in Sacris literis legitur mutaſſe promiſſa, & pro miſericordia temperaſſe ſententiam. unde quamlibet ſit impaſsibilis, atque immutabilis, eiuſdemque deitatis, licet ſint dicta firmiſsima, crebrò tamen eius & iuramenta leguntur, & pœnitentia, quæ ſacris extant myſterijs adoperta. Iurare namque Dei eſt, à ſeipſo nullatenus ordinata conuellere: pœnitere uerò, eadem ordinata, cum uoluerit, immutare.

DE CREATIONE.

Bracarenſe Concilium inquit: Si quis dicit, Creationem uniuerſæ carnis non opificiū Dei eſſe, ſed malorū angelorū, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerūt, anathema ſit. capite 13.

Sophronius Hieroſolymorum epiſcopus in epiſtola ad Sergium Conſtantinop. patriarcham: Omnia, non tantum uiſibilia, ſed & inuiſibilia, unus Deus condidit, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus: illa ſempiterna natura, quæ neſcit exordium, & ex non exiſtentibus protulit ut exiſterent, & non exiſtentia repentè protulit, & horum multorū millium differentias prudenter produxit. Omnia enim per unigenitū filium pater in Spiritu ſancto fecit, quæ & ſapienti prouidentia continet. in actis 6. Conſtantinopolitanæ.

Dextera Dei cuncta creauit, & continet. In acclamatorio ſermone Epiſcoporum ad Cōſtantinum Imperatorem, tomo ſecundo Concil. pag. 402.

Confutatur error quorundam in Bracarenſi Concilio, capite primo: Si quis credit quòd aliquantas immundas creaturas diabolus fecerit, & tonitrua, & fulgura, & tempeſtates, & ſiccitates ipſe diabolus ſua autoritate facit, ſicut Priſcillianus dixit, anathema ſit. Tomo ſecundo Concil. pag. 216. Item: Si quis plaſmationem humani corporis diaboli dicit figmentum eſſe, & conceptiones in uteris matrum operibus dicit dęmonum figurari, propter quod reſurrectionem carnis non credit, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit. Concilium Bracarenſe capite duodecimo.

DE PRAESCIENTIA DEI.

¶ Iſidorus inquit: Sicut Deus præſciuit hominem peccaturum, ita & præſciuit qualiter illum per ſuam gratiam repararet, qui ſuo arbitrio potuiſſet deperire. lib. 1. de Summo bono, capite undecimo.

DE PRAEDESTINA- tione.

GEmina eſt prædeſtinatio, ſiue electorum ad requiem, ſiue reproborum ad mortē. utraque diuino agitur iudicio, ut ſemper electos ſuperna, & interiora ſequi faciat: ſemperque reprobos, ut infimis & exterioribus delectentur ſe deſerendo, permittit. Quamuis iuſtorum conuerſatio in hac uita probabilis ſit, incertum tamen hominibus eſt, ad quem ſint finem prædeſtinati: ſed omnia reſeruantur futuro examini. Mira diſpenſatio eſt ſupernæ diſtributionis. Iſidorus libro ſecundo de Summo bono, capite ſexto.

DE ANGELIS.

¶ Angelorum nomen, inquit Iſidorus, officij eſt, nō naturæ. nam ſecundum naturam, Spiritus uocantur. Libro primo de Summo bono, capite decimo.

Naturam angelorum eſſe mutabilem, Iſidorus docet: Natura angelorum mutabilis eſt, quia ineſt eis mutabilitas in natura, ſed facit eos incorruptos ſempiterna charitas. Gratia, non natura eſſe incommutabiles. Nā ſi natura incōmutabiles eſſent, diabolus nō utique cecidiſſet. Mutabilitati itaq; naturæ ſuffragatur in illis cōtemplatio creatoris. Libro primo de Summo bono, cap. 10.

Quando creati ſint, ſuam recenſet opinionem Iſidorus. Ante omnem creaturam facti ſunt angeli, dum dictum eſt: Fiat lux. De ipſis enim dicit Scriptura: Prior omniū creatura eſt ſapientia. Ante omnem creationem mundi creati ſunt angeli, & ante omnē creationem angelorum diabolus conditus eſt, ſicut ſcriptum eſt: Ipſe eſt principium uiarum Dei. Vnde & ad comparationem Angelorum, Archangelus appellatus eſt. Libro primo de Summo bono, capite undecimo. & de completione angelorum ait: Bonorū angelorum numerus, qui poſt ruinam angelorum malorum eſt diminutus, ex numero electorū ſupplebitur, qui numerus ſoli Deo eſt cognitus. Ibidem.

DE BONIS ANGELIS.

¶ Angelos non eſſe ex natura Dei, Bracarenſe Concilium primum capite quinto docet: Si quis animas humanas uel angelos ex Dei credit ſubſtantia extitiſſe, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit. Tomo ſecundo Concilior. pagina ducenteſima decimaſexta.

Gradus eſſe angelorum, teſtatur Iſidorus. Inter angelos diſtantia poteſtatum eſt, & pro graduum dignitate miniſteria ijſdem ſunt diſtributa, aliiſq; alij præferuntur, tam culmine poteſtatis, quàm ſcientia uirtutis. Subminiſtrāt ergo alij aliorū præceptis, atq; obediunt iuſsis. Vnde apud Ezechiā angelus angelum mittit. Nouem eſſe diſtributiones uel ordines angelorum, ſacræ Scripturæ teſtantur. id eſt: Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Virtutes, Principatus, Poteſtates, Cherubim, & Seraphim. Libro primo de Summo bono, cap. 10.

De miniſterio angelorum Iſidorus monet: Boni, inquit, angeli ad miniſterium ſalutis humanæ deputati ſunt, ut curas adminiſtrent mundi, & regant omnia iuſſu Dei, teſtante Apoſtolo. Singulæ gentes præpoſitos habere angelos creduntur, quod oſtenditur teſtimonio angeli Danieli loquentis: Ego, inquit, ueni ut nunciarem tibi hæc, ſed princeps regni Perſarum reſtitit mihi. Item: Omnes homines angelos habere probatur. Libro primo de Summo bono, cap. 10.

DE DIABOLIS.

¶ Mortis nomine diabolus appellatur, ſicut de eo ſcriptum eſt: Et erat illi nomen Mors. Concilium Toletanum duodecimū, capite undecimo.

Subſtantiam habet diabolus à Deo. Bracarenſe Concilium capite ſeptimo: Si quis dicit, diabolum non fuiſſe prius angelū bonum à Deo factum, nec Dei opificium fuiſſe naturā eius: ſed dicit eum ex tenebris emerſiſſe, nec aliquem ſui habere autorem, ſed ipſum eſſe principium abſq; ſubſtantia mali, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit.

De caſu diaboli, inquit Adelhelmus, ueraciter credendum eſſe, Luciferum paraſitorū ſodalibus uallatum, & apoſtatarum ſatellitibus glomeratum, in profundū ſuperbiæ barathrum, ante hominis creationem corruiſſe, & propterea à Deo punitum eſſe.

De natura & machinatione diaboli ſic ſcribit Cęſarius: Exultat aduerſarius noſter (diabolus) quando nos uidet maxima contempſiſſe, ut minimis deformius uinceremur. Homilia 15. Item: Diabolum uocat crudelē humani generis hoſtem, qui ſolet incautos & negligentes iniqua calliditate decipere. Hom. 9. Item: Diabolus blāditur ut perdat, &c. Ipſe breuiſsimo tempore per uiā latam & ſpacioſam ſuperbientes, uel luxuriātes ducit ad mortem. Homil 16. Aduerſarius noſter diabolus regnat in mundum: & nos putamus, quòd nos patiamur perſecutionem. Homilia 21. Diabolus tunc nos maximè impugnare conſueuit, quando nos contra ſe ſpiritualibus armis præparatos eſſe cognouerit.

uerit. Et quia nos non poteſt corporaliter de Eccleſiæ cõueotu repellere, in ipſa Eccleſia infructuoſis nos ſtudet ſermonib. occupare. Homilia 30. Item: Aſtutus & crudelis hoſtis diabolus, calliditate ueteris artificij, ac multiformis ingenij, animas quas ſemel perſuaſione nequiſsima deſides, ac tepidas, uel negligentes effecerit etiam malorum ſubuerſione, ſibi ſeruire compellit. Homilia 31.

Adelhelmus inquit: Diabolum infatigabiliter, etiamſi aliquando Chriſti gratia uincat, homines tentare, & impugnare. Gaſtrimargiæ draconem, qui Adamũ decepit, abſtinentia explodendum. Superbiæ nutricem, qui cœli familiam turbauit, ex latebris animæ eliminatum procul diuino terrore trudendum docet.

Bracarenſe Concilium: In hac lachrymarũ ualle uerſutiſsimus inſidiatur hoſtis, mille nocendi artibus inſtructus. Item: Aduerſarius Satanas requieſcere minimè ſinit: ſed tãquam armigeros, & telorũ portatores aduerſus Chriſtũ proprios miniſtros exuſcitat, errorum doctrinis uelut occultis gladijs multorũ meotes fraudulenter perimẽtes. in acclamatorio ſermone epiſcoporũ ad Conſtantinũ Imperatorem. Et: Deſiderabile eſt dæmoni, qui generi humano ſemp infeſtus eſt, ſeparare hominem à Deo, qui factus eſt ad imaginem Dei, & multimodis deceptionibus fallere. Sic nihil eſt ei ſic ſtudioſum, atq; officioſum, quàm pietatẽ oppugnare, & Eccleſiaſticæ pacis ſtatum perturbare.

DE HOMINE

¶ De materia hominis inquit Adelhelmus, Homo ex duplici & gemina materiæ ſubſtãtia cõſtat: & ſicut exterioris hominis natura, qui in propatulo formatus uiſibiliter conſpicitur, haud difficilimè deprehendi poteſt: ita interioris qualitas cœleſti afflata ſpiraculo, iuxta Geneſeos relatum creditur.

De dignitate hominis inquit Iſidorus: Vniuerſitatis creaturę homo magna quędã portio eſt: tantoq; gradu eſt cæteris excellẽtior, quanto imagini diuinæ uicinior. Libro 1. de Summo bono, cap. 11.

Cæſarius ait: Animam ad Dei imaginem factam, carnem uerò de limo terræ formatã eſſe. Homilia prima. Item: In anima & in mente ad imaginem Dei facti ſumus, ſecundum carnem uerò de limo terræ formati ſumus. Qui ergo plus amat carnem, quàm imaginem ſuam, imaginem Dei uult deponere deorſum, & terram erigere ſurſum. Homilia 12.

Bracarenſe Concilium inquit: Si quis animas humanas ex Dei credit ſubſtãtia extitiſſe, ſicut Manichæus & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit. Capite quinto, tomo ſecundo Concilior. pag. 216. Et cap. 6. Si quis animas humanas dicit prius in cœleſti habitatione peccaſſe, & pro hoc in corpora humana in terram deiectas, ſicut Priſcillianus dixit, anathema ſit.

De lapſis hominibus ait Cæſarius: Humana uita miſera uita, laboribus & doloribus plena, in qua uſus breuis eſt, & ipſa breuitas ſemper incerta. Homilia 26.

DE PECCATO.

¶ Diſtinguit inter peccatum capitale, & minutũ, Cæſarius. Capitalia peccata uocat, ſacrilegiũ, homicidiũ, adulteriũ, &c. minuta quoties aliqs in cibo aut potu plus ſumpſerit quàm neceſſe eſt, aut plus loquitur quàm oportet. Homil. 1. Item, mortalia crimina uocat homicidium, adulterium, furtum, falſum teſtimonium. Hom. 38.

Vnde ſit peccatũ, docet Iſidorus lib. 1. de Summo bono, cap. 9. Malũ à diabolo non eſt creatũ, ſed inuentũ: & ideo nihil eſt malum, quia ſine Deo factũ eſt nihil, Deus ſũt malũ non fecit. Creditur ab hæreticis, mentem à Deo, uitia à diabolo fuiſſe creata. unde & ab ipſis duæ naturæ, bona & mala putãtur Sed uitium natura non eſt: & dum uerè à diabolo ſit, non tamen creatum eſt, non quia alicubi, aut aliquando erat malũ, unde fieret diabolus malus: ſed quia uitiũ eſt, dũ eſſet angelus bonus, ſuperbiendo effectus eſt malus. Et ideo rectè dicitur, ab eo inuentũ malũ.

Cæſarius: Homines ex humana fragilitate, & diaboli calliditate inuolui peccatis, ait Homilia 7.

Naturam peccati ita explicat Cæſarius: Habet hoc infelix conſuetudo peccandi, ut quantũ amplius unuſquiſq; peccauerit, tantum minus ipſa peccata intelligat: & tãtum, cũ plus peccare delectat, ueniet illud quod propheta peccatoribus clamat: Nõ eſt Deus in conſpectu eius. Etenim quando ſubrepit peccandi delectatio, ſtatim futuri iudicij diẽ abſcondit obliuio. Homelia 25.

De fine peccati inquit Cæſarius: Peccatũ ſi diu dominari permittitur, omnibus ſanctis & Dominũ timentibus putorem teterrimum exhalare cognoſcitur. Hom. 16.

Omnes eſſe peccatores, Cæſarius docet: Nullus ſine peccato eſſe poteſt. Hom. 35.

De ſuperbia ſcribit Adelhelmus: In conflictu octo principalium uitiorum licet ultima ponatur ſuperbia, tamen quaſi atrox regina, monarchiam prę cæteris ſibi uſurpare dinoſcitur. In hanc diabolum ante hominis creationem cecidiſſe dicit.

DE ORIGINALI
peccato.

VNde ſit peccatũ originis, Adelhelmus docet: Hominem materna fœcunditas, natiuitatis matrice immundum edidit.

Toletanũ Concilium duodecimum, capite 2. Paruulorum infantium uita originali peccato obnoxis eſt. pag. 420.

Effectum originalis peccati Cæſarius exponit, dicens: Omnes populi, peccatores & iuſti, exeuntes de corpore in infernum deſcẽdebát, propter originalia peccata, quæ de Adam traximus: pro eo quòd primus homo Adam in paradiſo tranſgreſſus fuit mandatum Dei. Homil. 38.

Adelhelmus ait: Cuncti uiolentis naturæ legibus addicti, & primæ præuaricationis nexibus adſtricti, quaſi ineuitabile uectigal, & fiſcale tributum, generalem mortem pendere coguntur.

DE IVSTIFICATIONE.

¶ Deum uelle homines recipere, docet Agatho: Dominus omnium, non uult mortẽ peccatoris, ſed ut magis conuertatur & uiuat, gaudet ſuper unum pœnitentem magis quàm ſuper nonaginta nouem iuſtos, ad liberãdam ouem perditam ſuæ maieſtatis inclinans potentiam, de cœlis ad terras deſcẽdit. In epiſtola quæ in 6. Conſtantinopolitana extat.

Chriſtum nos redemiſſe ſuo ſanguine docent, ut Cæſarius: Nos non argento, nec auro, ſed precioſo ſanguine Chriſti redẽptos eſſe. Homilia quinta. Item: Quòd diabolus per ſuperbiam deiecit, Chriſtus per humilitatem erexit, quia ad uulnus ſuperbiæ medicamentum humilitatis exhibuit. Homilia 11. Item: Attende precium tuum, reſpice Dominum tuum, conſidera quale precium pro te dedit, ſanguinem ſuum pro te fudit: charum te habuit, quem tam carè redemit. Homilia 25. Et: Sed quia uidit Deus quòd totus mundus perierat, miſertus eſt humani generis, miſit filium ſuum natũ ex muliere, factum ſub lege, &c. Deſcendere dignatus eſt filius Dei de ſede patris, hoc eſt, uerbum in uterum ſanctæ Mariæ ſemper uirginis. In tanta humilitate uenit, ut per humilitatem uinceret diabolum mortis autorem, & liberaret humanum genus per crucem paſsionis ſuæ. In cœlo cum patre fulgebat, in terra pannis inuolutus in præſepio iacebat. Homilia 38. Item: Videte quàm charos nos Dominus habuit: non auro, non argento, non ſpeciebus, ſed de ſuo ſancto ſanguine nos redemit. Homilia 38.

Adelhelmus inquit: A ſummo cœlorum faſtigio ueneranda Dei proles deſcendens, ouem erroneam redemptura, & drachmam perditã quæſitura, aluũ incontaminatę puerperæ uirginali puerperio præditæ, ſine periculo perpetuæ puritatis, & diſpendio caſtitatis intrat. Itẽ: Chriſtus paſſus patibula, atq; lethi latibula, uirginẽ uirgo uirginis cõmendabat tutamini. Ibidẽ, Chriſtũ uerũ medicũ uocat, ipſumque nobis cœleſtis medicinę antidotum aduerſus peccata ſua paſsione propinaſſe dicit: Chriſtus ſaluator unica mundi redemptio, & conſeruandæ caſtitatis alma præfiguratio, propter uirginalis pudicitiæ gloriam inter cæteros peculiariter Iohannẽ dilexit. Chriſtum dicit protoplaſti piacola expiaſſe, & totius mundi ſtatum profugatis tenebrarum principibus beaſſe. Item: Chriſto patrocinij adminiculum præſtante, beatitudinis coronam nos aſſequi. Item: Dominus & ſaluator noſter, à ſummo cœlorum faſtigio deſcendit, ut chirographum protoplaſti deleret, & mundum pace ſequeſtra reconciliaret. In epiſtola Aldhelmi ad Gerũthium regem.

Agathonis epiſtola: Ipſe conditor omniũ ac redemptor, cum poſſet in ſuæ diuinitatis maieſtate in ſeculum ueniendo mortales perterrere, humanitate magis inæſtimabilis clementiæ humiliter ad noſtra deſcendens, quos creauit, dignatus eſt & redimere, qui & ſpontaneam de nobis ueræ de ſe fidei confeſsionem expectat. Tomo ſecundo Conciliorum.

Concilium Toletanum ſextum, capite primo: Solum filium fatemur ad redemptionẽ humani generis propter culparum debita, quæ per inobedientiam Adæ originaliter & noſtro libero arbitrio contraximus, reſoluenda à ſecreto patris arcanoq; prodiſſe.

Sextum Toletanum Concilium inquit: His ergo Dominus noſter IESVS Chriſtus miſſus à patre uenit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, & credẽtes iuſtificare, faciensq; mirabilia traditus eſt propter delicta noſtra, mortuus eſt propter expiationem noſtram, reſurrexit propter iuſtificationem noſtram: huius liuore ſanati, huius morte Deo patri reconciliati, huius reſurrectione ſumus reſuſcitati. Et paulo pòſt: Hac fide corda purificantur, hac hæreſes extirpantur, in hac omnis Eccleſia collata iam cœleſti regno, deinceps in ſeculo præſenti gloriatur: & non alia in fide eſt ſalus. nec enim nomen aliud eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Ex Confeſsione fidei patrum, capite primo. Item: Conſidera quanta pro abſolutione noſtri, & liberatione, creator Dominusq; noſter pertulerit, quibusue contumelijs ſe afficiendum tradiderit. ut nos à uinculis poteſtatis diabolicæ liberaret. Ex epiſtola Martini ad Amandum epiſcopum, tomo 2. Conciliorum. Item: Patres in undecimo Toletano concilio dicũt, Chriſtum ſibi ſponſam ſuam precioſiſsima ſui ſanguinis effuſione conciliaſſe. pag. 263. Ibidem pag. 266. Chriſtus ſine peccato natus, ſine peccato mortuus creditur, qui ſolus pro nobis peccatum factus eſt, id eſt ſacrificium

cium pro peccatis noſtris: tamen paſsionem ipſam, ſalua diuinitate ſua, pro delictis noſtris ſuſtinuit.

De paſsione Chriſti etiam Spalenſe Concilium ſecundum ait: Ecce pronunciata eſt paſsio corporis Chriſti ex lege, & prophetis. Cuius quidem fidei ueritas eſt tam efficax, ut eam nec tyranni ſua potuerint crudelirate confundere, nec hæreticorum ſubdola circumuentio peſſundare, nec hypocritarum diminuere fallax ſimulatio. Actione 13.

De fide inquit Iſidorus libro octauo Erymologiarum, capite ſecundo: Fides eſt, qua ueraciter credimus, id quod nequaquam uidere ualemus. Nam credere iam non poſſumus, quod uidemus. Propriè autem nomen fidei inde eſt dictum, ſi omnino fiat quod dictum eſt, aut promiſſum. Et inde fides uocata, ab eo quòd fit illud quod inter utroſque placitum eſt, quaſi inter Deum & hominem. Hinc & fœdus.

Fidem pro confeſsione accipit Agarho in epiſtola: Sola eſt noſtra ſubſtantia fides noſtra, cum qua nobis uiuere ſumma eſt gloria, pro qua mori lucrum æteruum eſt. Tomo ſecundo Concil. Item: Quod nulla ueritate fundatum eſt, neceſſe eſt ut erroris inconſtantia uarietur. Nam uera fides immutari non poterit, nec aliter nunc, aliter poſtmodum prædicari. ibidem. Item: Conſtantinus Imperator dicit: Inflexibilem & inconcuſsibilem fidem in Deum, eſſe fundamẽtum reipub. Chriſtum in ea tanquam ptopriam domum ſuam conſtruxiſſe Eccleſiam. Tomo 2, Concil. pag. 405.

Omnia peccata remiſsibilia agentibus pœnitentiam, docet Cæſarius. Sed fortè cogitat aliquis, ſe tam grauia admiſiſſe peccata, ut Dei miſericordiam promereri non poſsit. Abſit hoc à ſenſibus omnium peccatorum. O homo quincunque ille es, peccatotum tuorum multitudinem attendis, & omnipotentiam cœleſtis medici non attendis? Cum enim Deus uelit miſereri, quia bonus eſt: & poſsit, quia omnipotens eſt: ipſe contra ſe diuinæ miſericordiæ ianuam claudit, qui Dominum ſibi miſereri aut non uelle, aut non poſſe credit, & eum aut bonum aut omniporentem eſſe diffidit. Nemo ergo nec poſt centũ peccata, nec poſt mille crimina, de Dei miſericordia deſperet. Sic tamen non deſperet, ut ſine ulla mora Dominũ ſibi ptopitiare feſtinet: ne fortè ſi conſuetudinẽ peccandi fecerit, etiãſi uelit, iam ſe à diaboli laqueis liberare non poſsir. Hom. 7.

Iulianus Pomerius libro primo contra Iudæoa inquit: Dimiſſa ſunt peccata, quæ per fidem nominis Domini noſtri IESV Chriſti omnibus in eum ctedentibus remittuntur.

Chriſtum diabolum uincere, docet Cæſarius: Aduerſatur quotidie diabolus, ſed præſto eſt Chriſtus: ille uult premere, ille leuare: ille uult occidere, ille uiuificare. Sed ſecuri eſtote fratres: plus ualet ad erigendum Chriſtus, quàm ad deprimendum diabolus. Homil. 12.

Sua humilitate humilitatem docere Chriſtum, Cæſarius monet dicens: Chriſtus Dominus noſter per arctam & anguſtam uiam humiles & obedientes perducit ad uitã. Et illi qui Chriſtum per anguſtam uiã ſequuntur, poſt breues anguſtias ad æterna merebũtur præmia peruenire. Hom. 11.

DE BONIS OPERIBUS.

TAntum in Eccleſia fieri bona opera, docet Adelhelmus. Bonorum, inquit, operum emolumenta nihil proſunt, ſi extra catholicam gerantur Eccleſiam. in epiſtola ad Geruncthium regem. Item: Sine Eccleſiæ catholicæ unitare, & Chriſtianæ religionis concordia fides ocioſa torpeſcit, & merces futura fatiſcit. Ibidem.

De bonis operibus inquit Cæſarius: Hæc ſunt præcipua ſacrificia, hæc pinguia holocauſta, quæ in conſpectu Domini, in odorem ſuauitatis aſcendunt. Suauis benignusque ſermo, mens ab omni maledicto, & ab omni malicia libera: & deuitatis his quibus Spiritus ſanctus offenditur, humilitati & quieti operam dare. Homilia uigeſimaſexta.

De dilectione ſic ſcriptum eſt Concilio Toletan. 11. Dilectione ſola diſcernitur quis, ex quo genitus approbatur. Poſtea additur: Ecce homicida eſſe probabiliter declaratur, qui à fraterna ſocietate diuiditur. Nã etſi manus nõ moueat ad occidendum, pro eo tamen quod immitis eſt ad ignoſcendum, iam à Deo homicida tenetur. Viuit ille, & iſte iam interfector eſſe cõuincitur. Capite quarto.

Nihil ptopius ad Deum pertingit dilectione, quæ per fidem eſt erga ipſum. In epiſtola Conſtantini Imperatoris ad Synodũ Rom. 2 tomo Concil. pag. 409.

Ibi Chriſtianæ fidei ueritas lucet, ubi gemina, Dei uidelicet & proximi, charitas feruet. In epiſt. Leonis Papę ad Conſtantinum Imperatorem, tomo ſecundo Conciliorum, pag. 411.

DE INVOCATIONE.

¶ Quòd ſit orandum, monet Cęſarius dicens, Chriſtus non indigebat quicquam, ſed nobis exemplo ſuo orationis remedia præparabat. Hom. 30.

Quis ſit inuocandus, docet Adelhelmus, inquiens.

inquiens: Orantem pro nobis beatitudinē ueſtram alma Trinitas una Deitatis ſubſtātia & trina perſonarum ſubſiſtentia, totius mundi monarchiam gubernans, ab alto cœli culmine iugiter tueri dignetur.

Toletanum Concilium octauum, capite ſecundo: Adſpira ſancte Spiritus, & ducito nos in portum uoluntatis tuæ, ſedatis fluctibus ignorantiæ noſtræ. Ecce enim periculorum ſyrtes in littore curſus noſtri proueniunt, atque hinc inde obuiantibus naufragiorum obicibus, quò diſputationis noſtræ uela pandamus, attentionis conſideratione nō cernimus. Sed adſpira rurſus tu ſancte Spiritus, & dato nobis, te donante, noſſe quod iubeas: ac te iubente, implere poſſe quod iuſſeris: ut perluſtrando illumines, quod neſcimus: & adiuuando perficias, quod implere pauemus. Simus ergo in te requieſcentes, & erroneorum fluctuum pauoribus abiectis, commercia nos iube diſponere pacis. inchoemus illa quæ & in gloriā tuæ omnipotentiæ conferantur, & humanæ ſaluti te annuente donentur. ſecundo tomo Concilior. pagina 240.

Pro rege orandum, monet ſextum Concilium Tolet. cap. 3. Gratias omnipotenti Domino cœlorum agimus, ob feruorem fidei regis noſtri, eo quòd ei tam illuſtrem ereuerit animam, & ſua repleuerit ſapientia: ipſe quoque donet ei, & in præſenti ſeculo longæuam uitam, & in futuro gloriam æternā. Tomo 2. Concil. pag. 211. Item: Ex totis præcordiorū uiſcerib. damus gloriā, & honorē ſoli æterno & immortali Deo, Patri & Filio, & Spiritui ſancto, cuius dono collatū nobis agnoſcimus pro eius Eccleſię ſtatu & gerere curā, & poſſe ſacri regiminis cōpetētia diſponere iura: à quo petimus & optamus, ut porrecta in longitudine feliciū dierum ſacratiſſimi Principis uita, eum omni gloriarum decore perperim faciat pollere ſalute. Nos quoque attribuat ſuſceptum Eccleſiæ ſuæ regimen cum æquitate diſponere, ac ſolicitudine gubernare, & in pace tenere: ut poſt huius mundi ſuſcepta pericula, peruenire poſſimus ad cœleſtia regna. Concilium Tolet. decimū, tomo 2. Concil. pag. 255. Et Sophronius Hieroſolymorum epiſcopus in epiſtola ſua Sergium Conſtantinop. patriarcham monet, ut pro Imperatoribus oret, ut Deus eis annorum copioſam multitudinem condonet, uictoriasq; maximas aduerſus Barbaros intendat, & trophæa & filios filiorū eorum coronet. Ibidem pag. 360. Et: Domine ſaluum fac regem noſtrum, qui poſt te corroborauit fidei fundamentum: benedicito uitam eius, & dirige greſſus cogitationum eius. Conterat uirtutem inimicorum ſuorū, & reſiſtentes ei continuò corruant, quia fecit iudicium, & iuſtitiam ſempiternam, & periclitanti ueritati manus porrexit, populumq; tuum ſaluauit, ad eadem ſapere eos conciliãs. In acclamatorio ſermone, tomo 2. Concil. pag. 404.

De fine Orationis inquit Cæſarius: Quomodo nauis ſentinatur à ſitula, ſic anima ab omnibus malis oratione Dominica liberatur, ſi dicat, & uerum dicat: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Homil. 28.

Toletanum Concilium quartum, cap. 9. Delet ergo hęc quotidiana oratio Dominica, minima & quotidiana peccata: delet & illa, à quibus uita fidelium etiā ſceleratè geſta, pœnitendo in melius mutata diſcedit. Ergo ſicut Chriſtus præcepit, ſicut Apoſtolus monuit, & quemadmodum Doctores Eccleſiaſtici inſtituerunt, quia quotidie uel cogitatione uel uerbo delinquimus, quotidie hāc orationem in conſpectu Dei effundere debemus. 2 tomo Concil. pag. 199.

Gratiarum actionis exemplum eſt: Grates exſoluimus immortali Domino ſoli, cuius diſpoſitione mirabili ad hūc ſanctæ congregationis cœtum meruimus adunari: obſecrantes eius miſericordiam largam, ut ſereniſsimo Domino, & amabili Chriſto, Receſuintho principi glorioſo, ita præſentis uitæ felicitatem impendat, ut Anglicę beatitudinis gloriam poſt longæua tempora concedat, atque ita nos eiuſdem felicitatis lætos efficiat, ut in terra uiuentium remunerādos attollat. Tolet. Concil. nonum, cap. 17. tomo 2. Concil. pag. 252.

DE POENITENTIA.

¶ Agendam eſſe pœnitentiā, docet Cæſarius: Quoties euenerit, ut in quocunq; graui peccato, aut etiam crimine aliquis (ut ſe habet humana fragilitas) cadat, nec quia Deus iuſtus eſt, deſperare: nec quia miſericors eſt, debet nimia ſecuritate cōfidere. Sed ſic timeat iuſticiam, ut quærat miſericordiā. Sic de miſericordia confidat, ut tamen inſticiam contremiſcat. Quia quanto nos Deus diutius expectat, ut corrigamur: tanto grauius uindicat, ſi de conuerſione tardius cogitemus. Homil. 6. Item: Erubeſcimus modò paruo tempore pœnitentiam agere, & nō timemus ſine ullo termino æterna ſupplicia ſuſtinere. O infelix homo, de ipſo uulnere non erubeſcis, & de ligatura uulneris erubeſcis? Peccatum enim uulnus eſt, pœnitentia ligatura uulneris. Ibidem. Item: Nemo deſperet, ſed nemo malè ſperet. Malè deſperat, qui credit, quòd etiamſi pœnitentiam agat pro peccatis ſuis, diuina miſericordia nō indulgeat. Malè autem ſperat, qui ſe poſt multa tempora ad pœnitentiæ medicamenta reſeruat. Homilia 6. Item: Non erubeſcat pœnitentiam

nitentiam agere, qui non erubuit pœnitenda committere, ſed citò in ſe bonis operibus contendat Dei imaginem reparare, ut inter filios mereatur agnoſci à patre: ne ab illa æterna beatitudine excluſus, & à conuiuio nuptiali proiectus, ligatis manibus & pedibus proijciatur in tenebras exteriores. Homilia ſeptima. Et: Vbi aliquis ex nobis cuiuſlibet peccati uulnus acceperit, antequam longa conſuetudine putreſcat, & fœteat, omni celeritate ad pœnitentiæ medicamenta confugiat. Homil. 16.

Quòd Deus uelit peccatores agentes pœnitentiam recipere, docet Cęſarius Homilia ſeptima, inquiens: Deus paratus eſt nobis, ſi in ueritate conuertimur, non ſolùm peccata dimittere, ſed etiā æternā beatitudinē dare.

Hic agendam eſſe pœnitentiam, docet Cęſarius Homilia 12. Donec adhuc uiuimus in hoc corpore, poſſumus nos cum Dei adiutorio emendare, atque corrigere. Si uerò nos multis criminibus inuolutos ultimus dies inuenerit, corrigendi tempus non erit. Erit enim tunc ſicut omnibus ſanctis æternum gaudium, ita peccatoribus ſine fine ſupplicium: ſed illis hoc erit, qui ſe per pœnitentiā emendare noluerunt.

De fine pœnitentiæ inquit Cæſarius: Ille qui in pręſenti uita ſemetipſum per pœnitētiam iudicat, ad iudicium iterum non reiudicatur: quia hic in præſenti uita terminatur. Homilia 38. Et: Qui egerit uerā pœnitentiam, & ſolutus fuerit à ligamēto, quo erat conſtrictus, & à Chriſti corpore ſeparatus, & bene poſt pœnitentiam uixerit, poſt reconciliationem cum defunctus fuerit, ad Dominum uadit, ad requiem uadit, & à regno Dei non priuabitur, & à conſortio diaboli ſeparabitur. Homilia trigeſimanona, & quadrageſima.

Cabillonenſe Conciliū, capite octauo: Pœnitentiam peccatorum, quæ eſt medela animæ, utilem omnibus hominibus eſſe cenſemus. 2 tomo Concil. pag. 258.

Non poſſe nimis ſeram eſſe pœnitentiam, Iſidorus rectè docet in libro de Officijs: Duplex eſt pœnitentiæ gemitus: uel dum plangimus, quod malè geſsimus: uel dum non egimus, quod agere debuimus. Ille ueram pœnitentiam agit, qui nec pœnitere præterita negligit, nec pœnitenda committit. Ergo qui per gratiam Dei ad pœnitentiam cōuertitur, perturbari non debet, quia terminus eſt ultimæ uitæ. quoniam Deus non reſpicit, quales antea fuimus, ſed quales circa finem uitæ exiſtimus. Ex fine enim ſuo unumquemq; iuſtificat, aut condemnat. ſicut ſcriptum eſt: Ipſe iudicat extrema terræ. Et alibi: Vniuerſorum finem ipſe conſiderat. Proinde non dubitamus, circa finem iuſtificari hominem per pœnitentiæ compunctionem: ſed quia rarò id fieri ſolet, metuendum eſt, ne dum ad finem differtur conuerſio, antè occupet mors, quàm ſubueniat pœnitentia. Pro qua re etſi bona ad extremū eſt conuerſio, melior tamen eſt quæ longè ante finem agitur, ut ab hac uita ſecurus tranſeat.

DE BAPTISMO.

¶ Tantum in Eccleſia Chriſti eſſe ſalutarem baptiſmum, Iſidorus teſtatur inquiens: Sola Eccleſia catholica habet baptiſmum ad ſalutem. Libro primo de Summo bono, capite uigeſimotertio.

Cæſarius inquit: Per aquam, quæ de latere Chriſti emanauit, Baptiſmi ſacramentum ſignificatur. Homilia 28.

De unico Baptiſmo inquit Toletanum Concilium undecimum: Intra Eccleſiæ gremium cōſtituti, unum baptiſmū credimus. 2 tomo Concil. pag 266.

De Baptiſmi utilitate inquit Toletanum Concilium quartū, capite quinto: In aquis merſio, quaſi ad infernū deſcenſio eſt: & rurſus ab aquis emerſio, reſurrectio eſt. Item uideat in eo unitatem diuinitatis, & trinitatem perſonarum oſtendi: unitatem, dum ſemel mergimus: trinitatem, dum in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti baptizamus. Paulo pòſt: Mare rubrum ſignificat baptiſmum Chriſti ſanguine conſecratum, per quòd populus ſub columna ignis & nubis ſemel tranſijt: ubi tamen tota trinitas erat, præcedente populum columna ignis & nubis. In igne quippe ſignificatur Pater, in columna Filius, in nube Spiritus ſanctus. Iordanis quoq; fluenta cum arca populus Dei ſemel trāſijt: per quod ſignificatur ſimpla merſio baptiſmatis, cuius ſacramento Eccleſia abluitur: & de ſeculi huius laboribus per baptiſmum, quaſi per Iordanem, ad terram cœleſtis repromiſsionis ingreditur. Tomo ſecundo Conciliorum, pag. 198.

De infantibus non baptiſatis tale iudicium profert Iſidorus: Pro ſolo peccato originali luunt in inferno nuper nati infantuli pœnas, ſi renouati per lauacrum non fuerint. Proinde pro hac cauſa nuper natos damnatur infans, ſi non regeneratur, quia originis noxitate perimitur. Cur paruuli originali peccato carentes per baptiſmum, & nec dum proprium habentes delictum à beſtijs pœniſque cæteris laniantur, hæc cauſa eſt: Baptiſmus enim à pœna æterna, non à præſentis uitæ ſupplicio liberat. Quòd ſi à pœna pręſenti homines liberarētur per baptiſmū, ipſum putarent baptiſmi præmiū, nō illud externū. Ergo ſoluto reatu peccati, manet tamen quædam temporalis pœna, ut illa uita feruentius requiratur, quæ ſit à pœnis omnibus aliena. Nullus negat fidelium, etiam

poſt

poſt baptiſmum,quo peccata delentur quotidie,quamdiu in iſto ſeculo ſumus, ad Deũ nos debere conuerti. libro primo de Summo bono,capite 23.

DE COENA DOMINI.

COenã Domini uocat Cæſarius ſpirituale & diuinum conuiuium.Homilia 5.Et paulo pòſt,cibum animæ.

Iſidorus ſacramenta recenſens libro 6 Etymologiarum,capite 18. nominat cœnã corpus & ſanguinem Chriſti.unde manifeſtum eſt,quod de altera ſpecie laicis ſubtracta, nihil adhuc doctorib.Eccleſiæ conſtiterit. Deinde, quòd uerè ibi dari & accipi corpus & ſanguinem Chriſti crediderint.

In libro de Officijs inquit: Omnes inuicẽ dignè ſacramẽto corporis & ſanguinis Chriſti cõſocientur.Ergo omnes utraq; parte cœnæ hoc tempore uſi ſunt,non tantum ſacerdotes,ſed etiam laici.

Vinum & calicem miſcuerunt.Bracarenſe Concilium tertium: Non enim poteſt calix Domini eſſe aqua ſola,aut uinum ſolum, niſi utrumque ſibi miſceatur. Tomo ſecundo Concil.pag.272.

Sacramenta per malos etiam adminiſtrata,eſſe efficacia teſtatur Iſidorus,dicens libro ſexto Etymologiarum, capite 18. Vnde ſeu per bonos,ſeu per malos miniſtros intra Dei Eccleſiam diſpenſentur, tamen quia Spiritus ſanctus myſticè illa uiuificat, qui quondam Apoſtolico in tempore uiſibilibus apparebat operibus, nec bonorum meritis diſpenſatorum amplificantur hæc dona, nec malorum attenuantur: quia neq; qui plantat eſt aliquid,neq; qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.Vnde & Græcè myſteriũ dicitur,quòd ſecretam & reconditam habeat diſpenſationem.

DE ECCLESIA.

¶ De appellationib. Eccleſiæ ait Iſidorus libro 8.Etymolog.cap.1.Eccleſia dicitur cõuocatio:quia omnes ad ſe conuocat catholica uniuerſalis.Item paulo pòſt:Pro peregrinatione autem præſenti Eccleſia Sion dicitur,eo quòd ab huius peregrinationis longitudine poſita,promiſsionem rerum cœleſtium ſpeculetur:& idcirco Sion,id eſt ſpeculatio nomen accepit. Pro futura uerò patriæ pace Hieruſalem uocatur. nam Hieruſalem pacis uiſio interpretatur. Ibi enim abſorpta omni aduerſitate,pacem, quæ Chriſtus eſt, præſenti obtutu poſsidebit.

De duplici Eccleſia inquit Cæſarius: Diſcernuntur filij Dei & diaboli filij, humilitate atque ſuperbia.Quemcunq; ſuperbum uideris,diaboli filium eſſe non dubites.Quemcunq; humilem conſpexeris,Dei eſſe filium confidenter credere debes. Homilia 11. Itẽ: Duo ædificia,& duæ ciuitates à mundi initio conſtruuntur:unam ædificat Chriſtus,alteram diabolus:unam ædificat humilis,aliã ſuperbus.una humiliatur,ut firmiter ſurgat: alia erigitur, ut infeliciter cadat. In fabrica Chriſti,qui ædificantur de imis,leuantur ad ſumma: in fabrica uerò diaboli, de ſummis ad ima præcipitantur. Homilia eadem.

De fundamento Eccleſiæ Iſidorus libro ſeptimo Etymologiarum, capite nono inquit:Petrus à petra nomen accepit, hoc eſt à Chriſto,ſuper quem fundata eſt Eccleſia.Nõ enim à Petro petra, ſed Petrus à petra nomẽ ſortitus eſt: ſicut non Chriſtus à Chriſtiano, ſed Chriſtianus à Chriſto uocatur. ideoque ait Dominus:Tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. quia dixerat Petrus,Tu es Chriſtus filius Dei uiui.Deinde ei Dominus:Super hanc petram quam confeſſus es,ædificabo Eccleſiam meam.petra enim erat Chriſtus,ſuper quod fundamẽtum etiam ipſe ædificatus eſt Petrus.Et Cõſtantinus Imperator dicit:Chriſtum,tanquã propriam domum ſuam,ſuper fidem,ſuam conſtruxiſſe Eccleſiam. Tomo 2 Conciliorum,pag.405.

Colligi Eccleſiam uerbo, Adelhelmus docet: Eccleſia bis acuto teſtamentorum mucrone,hominũ uitaliter corda trãſuerberãs, hæreditariam legitimę æternitatis ſobolem caſto uerbi fœcundat ſemine.

Caput Eccleſiæ Chriſtus eſt. Toletanum Concilium octauum,capite quarto:Nam dñs ſecundum carnis aſſumptæ myſterium Eccleſiæ ſuæ fuerit dignatus caput exiſtere Chriſtus,meritò in membris eius, intentio epiſcoporum,officia peragere cernitur oculorum.Tomo 2 Concil.pag.243.

Leo 11.Papa in epiſtola ſua ad Conſtantinum Imperatorem uocat Chriſtum caput Eccleſiæ,ipſam uerò corpus eius,quam toto terrarum orbe diffuſam dicit. Tomo ſecũdo Concil.pag.411.

Omnes gentes uocandas eſſe,monet Iſidorus contra Iudæos libro ſecundo, capite primo:Omnes gentes ad unius Dei ueri cultum eſſe uocandas Dauid teſtatur: Reminiſcentur,& conuertentur ad Dominum uniuerſi fines terræ, & adorabunt in conſpectu eius uniuerſæ familiæ gentium:quoniã Domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium.Et Eſaias: Gentium, inquit, populus, qui ſedebat in tenebris,uidit lucem magnã: habitantibus in regione umbræ mortis,lux orta eſt eis.Et iterum:Cõgregamini,inquit, & uenite,& accedetis ſimul,qui ſaluati eſtis ex gentibus.Qui alij ſunt ſaluati,niſi qui crediderunt ex gentibus? Quòd uerò dicit, Cõgregamini,& accedite:oſtendit,in unam debere gentes communemq; fidem conglobari,nec

ri,nec in hæreſes & ſchiſmata diuidi. Idem ipſe:Conuertimini ad me,& ſalui eritis omnes fines terræ: quia ego Deus,& non eſt alius.In memetipſo iuraui, Egredietur de ore uerbum,& non reuertetur, quia incuruabitur omne genu, & iurabit omnis lingua in Domino. Hoc iam contuemur fuiſſe impletum,quia in omnibus terræ finibus Dei dilatatur Eccleſia.

Eccleſia alterius uitæ deſcribitur Sexto Concilio Toletano,cap.1. Eccleſiam quoq; catholicá credimus ſine macula & ruga corpus Chriſti eſſe, regnumq; habituram cum capite ſuo omnipotente Chriſto Ieſu, poſtquá hoc corruptibile induerit incorruptionem,& mortale immortalitatem,ut ſit Deus omnia in omnibus, in fide omnis Eccleſia collata, iam cœleſti regno deinceps in ſeculo pręſenti gloriatur. Tomo ſecundo Concil.pagina 211.

OE MINISTERIO VERBI.

¶ Eſſe grauiſsimum onus,uerbi diuini ad miniſtrationem, Cæſarius docet inquiens: Agnoſcitis fratres chariſsimi, quàm grauis ſarcina ceruicibus immineat ſacerdotum, à quibus omniũ animæ requirendæ ſunt. Homilia 8.

Agatho:Væ mihi ſi ſilẽtio texero ueritaté, quá erogare uum mularijs iuſſus ſum:id eſt, Chriſtianum populum imbuere, & docere. Quid dicam in ipſius Chriſti futuro examine, ſi hic (quod abſit) prædicare eius ſermonum ueritatem cõfundor? Quid de meipſo, quid de commiſsis animabus ſatisfaciam, dum de officio ſuſcepto rationem diſtrictá exegerit? Qui me cõfeſſus fuerit,&c. Qui me negauerit,&c. Vbi itaq; talis imminet deprauantibus uel tacentibus ueritatem poena ſupplicij,quomodo nõ eſt fugienda de fidei dominicę ueritate ſubtractio? Ex epiſtola ad Conſtant. Imperat. Tomo 2 Concil.pag.291.

Alligatos eſſe miniſtros ad uerbum,docet Cæſarius: Sicut uacca duo ubera habet, ex quibus nutriat uitulũ: ita & ſacerdotes duobus uberibus, ueteris ſcilicet & noui Teſtamenti debent paſcere populum Chriſtianũ. Homilia 22.

Legem prædicandam eſſe,monet Cæſarius:Prædicatio aſpera ægrotis medicamenta prouidet,ſanis ornamenta componit. Non enim eſt leue, quod per prophetam Spiritus ſanctus ſacerdotibus Domini comminatur: Si non annunciaueris iniquo iniquitaté ſuã. hom.8.Et: Nos qui licet minus digni, tamé qualeſcũq; medici ſpirituales eſſe uidemur, neceſſe nobis eſt,nõ ſemper blãda & mollia, ſed aliquoties aſpera & dura illis qui in anima ægrotare uidentur,ingerere.Ibidem.

Quibus prædicandum,monet Cæſarius: Volentibus audire, uerbũ Dei offerendũ eſt, faſtidientibus ingerendum, ne fortè contra nos ante tribunal Chriſti ſtantes dicant,Se à nobis non fuiſſe admonitos,& animarum illorum ſanguis de noſtris manibus requiratur.Hom.22.

De præmijs,ait Cæſarius:Qui contemnit præconem,ſentiet iudicem. Ille autem qui me libenter audierit,& quod ſupplicaui implere cõtenderit,credo de Dei miſericordia, quod illi & in hoc ſeculo, & in futuro repenſabuntur præmia glorioſa. Ille uerò qui contemnere uoluerit,non ſe poterit ante tribunal Chriſti excuſare dicendo, ſe necà malis probibitũ,nec ad ea quæ ſunt ſancta,& Deo placita,admonitione aſsidua prouocatum. Homil.5.Item:Lumen animę,& cibus æternus non eſt aliud niſi uerbum Dei, ſine quo anima non uiuere poteſt, nec uidere: quia quomodo caro noſtra moritur,ſi non capiat cibũ: ita & anima noſtra extinguitur, ſi non accipit diuinum uerbum.homil.13.Et:Quomodo caro reficitur cibo terreno, ſic & animia paſcitur Dei uerbo.Et paulò pòſt:Sacerdotes diuinis ſanctarum Scripturarum montibus aſsiduè legendo,uerbi Dei debent flores decerpere,ex quibus ſpiritualis lactis filijs ſuis ualeant cibũ miniſtrare. Homilia 22. Et: Ad Eccleſiam quaſi ad fontem uiuum, & ad ſpiritualem fluuium conuenire debemus,ut accipiamus aquam illam uiuam, de qua Dominus dixit: Qui ſitit, ueniat,& bibat.Homilia.30.

DE CRVCE.

¶ Vnde ſint calamitates,Cæſarius docet, inquiens:Aut uolente,aut permittente Deo multis tribulationibus pro minutis iſtis peccatis affligimur:& ſi Deo gratias agimus, liberamur.Homilia prima.Item:Si peccata noſtra ceſſarent, ſtatim flagella nobis debita, diuina miſericordia remoueret.Homilia trigeſimatertia.

Cur impij non puniantur in hac uita,declarat Cęſarius, dicens:Ideo in hac uita minimè flagellabuntur impij,quia pro nimietate ſcelerum ſuorum, æterno ſupplicio reſeruátur.Non enim breui tempore caſtigari poterunt, quibus neceſſe erit ſine fine torqueri. Ná Dominus ac Deus noſter, qui iſtos pro ſua iuſticia caſtigare diſsimulat, filios ſuos diuerſis tribulationibus exercere nõ ceſſat: ſecundum illud quod ſcriptum eſt, Flagellat Deus omnem filium quem recipit. Hom. octaua.

De fine crucis dicit Cæſarius: Inde eſt, quòd frequenter tribulationes & anguſtias ſuſtinemus, quia nobis Deus uicem quodámodo reddit. Nolumus nos amare animam noſtram,quam ille amat: & ille uillam, quá uos amamus,dimittit,ut pereat.

Martinus papa intelligens Amãdum epi-

ſcopum, propter contumaciam & inobedientiam ſacerdotum uelle officium ſuum relinquere, hortatur illum ad perſeuerantiam in cruce, ſpe futurorũ: item comparatione miſeriarum huius uitæ, ac futuri gaudij: item laborum noſtrorum paucitate, & gaudij futuri ubertate, ab exemplo aliorum. Nam oportere omnes qui piè uolunt uiuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem pati. Ab exemplo Chriſti, qui quiboſuis contumelijs ſe afficiendũ tradidit, ut nos à uinculis poteſtatis diabolicæ liberaret. Item à debito: debere enim nos calicẽ ſalutaris accipere. Requiri etiã à nobis non plus, quàm famulatus noſtri obſequio præſtare poſſumus. In epiſtola Martini papæ ad Amandum. Tomo ſecundo Cõciliorum, pag 233.

DE ANTICHRISTO.

¶ Vocem Antichriſti generaliter exponit Iſidorus: Omnis qui ſecũdum profeſsionis Chriſtianę normam aut non uiuit, aut aliter docet, Antichriſtus eſt. Lib. primo de Sũmo bono, capite 26.

Opinionem hanc Toletanum concilium undecimum ponit: Hinc cernentibus, quomodo Babylonicæ confuſionis olla ſuccenſa, nunc tempora auerteret Cõciliorum, nũc ſacerdotes Domini de reſolutis moribus irretiret. purpuratæ enim meretricis ſequebãtur incitamenta. Tomo 2 Concil. pag. 263.

DE TRADITIONIBVS *humanis.*

CONcilium Toletanũ quartum: Quia ſiue ſimpla ſiue trina immerſione utatur, utrumq; rectum, utrumque irreprehenſibile in ſancta Dei Eccleſia habetur: propter uitandum tamen ſchiſmatis ſcandalum, uel hęretici dogmatis uſum, ſimplã teneamus baptiſmi merſionem, ne uideantur apud nos, qui tertio mergunt, hæreticorum approbare aſſertionem, dum ſequuntur & morẽ. Cap. 5. Tomo 2 Concil. pag. 198.

DE VOTIS.

¶ In octaua Toletana ſynodo, capite ſecũdo, prolixè diſputatur, nomine diuino nõ eſſe abutendum, et iuramenta facta obligare facientem. Impia tamen atq; coacta uota non eſſe pręſtanda, ſimilitudinibus, ſacra Scriptura, ac patrum ſententijs probatur, quod ita Iſidori ſententia cõcluditur: In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi uoto muta decretum: quod incautè uouiſti, non facias. Impia eſt promiſsio, quę ſcelere adimpletur. Tomo 2 Concil. pag 240.

DE MONACHATV.

¶ De monachatu Cæſarius ſcribit: Venire ad eremum, ſumma perfectio eſt: ſed nõ perfectè in eremo uiuere, ſumma damnatio eſt. Hom. 23. & 27. Itẽ: Verè dico, ſi hic (in monaſterio) uiginti aut triginta annos Domino impẽdiſſemus, cui utiq; totũ nos ſcimus debere eſſe quod uiuimus: & ut ſatis unũ annũ ageremus in ſeculo, inæſtimabile eſſet, quãtum nobis de æternæ uitæ gaudijs fraudaremus. quia ſpes noſtræ omnes in conſummatione atq; fine conſiſtunt. Homilia 15.

DE VIRGINITATE.

¶ Adelhelmus ait: Qui uirtutũ ſupplemento & morum ſanctitate uirginitatis gloriam accumulare noſcuntur, his cedit omnis continẽtium eminens magnitudo, cedit omnis coniugatorum ſublimis celſitudo. Quamobrem nullus hanc ſolam puritatis prærogatiuam, ſine cæterarum adiomẽto uirtutũ ſufficere ſibi ad capeſcendam plenè perfectionẽ confidat.

DE SCANDALO.

¶ Cæſarius ſcribit: Si ſuperbiæ, iracundię, murmurationis, & inobedientiæ formã ad imitandum te alijs dederis, nõ ſolùm pro te, ſed etiam pro illis quos deſtruxeris, gehẽnę ſupplicium ſuſtinebis. Hom. 11. Item: Qui in Eccleſia ineptis & incongruis fabulis occupatur, quaſi uenenum & gladium reliquis hominibus ingerere uel præbere cognoſcitur, dum uerbum Dei nec ipſe audit, nec alios audire permittit: qui enim talis eſt, & pro ſua, et pro aliorum deſtructione in die iudicij redditurus eſt rationẽ. Sicut enim fideliter pſallentes, & humiliter ſupplicantes, & pro ſe & pro alijs, quib. exemplum uitæ præbuerint, accepturi ſunt gloriã: ita illi qui econtrariò non ædificationis, ſed deſtructionis exempla præbuerint, & pro ſe & pro alijs paſſuri ſunt pœnã. Qui pſallere diſsimulat, uel taceat, & ſilentiũ prębeat, ut ſi ſe nõ ędificat, uel alios exẽplo malo nõ deſtruat. Hom. 30. Et: Omnis homo quantiſcũq; exẽplũ ſanctæ cõſeruationis præbuerit, cõ tãtis & pro tantis ad præmia ęterna perueniet. Et cõtrà, qui exẽplum malæ uitæ & peruerſæ actionis oſtẽderit, quãtiſcunq; ſuis malis moribus ad iniqua opera prouocauerit, cum tãtis & pro tantis perpetua ſupplicia ſuſtinebit. Nos uerò non ſolùm exemplum malè uiuendi cæteris non præbeamus, ſed etiam ſancta & ſalubri admonitione ad humilitatem, & charitatem, uel obedientiam iugiter prouocemus. Homilia 3.

DE CONIVGIO.

Definitionẽ coniugij talẽ recitat Adelhelmus: Iugalitas eſt, quæ ad propagandum poſteritatis ſobolem, & liberorũ procreandorũ gratia, licitis conubij nexibus nodatur.

Bracarenſe Concilium, capite undecimo: Si quis cõiugia humana damnat, & procreationẽ naſcentiũ perhorreſcit, ſicut Manichęus & Priſcillianus dixerũt, anathema ſit. Tomo 2 Cõciliorum. pagina 216. Anno ab incarnatione Domini 673, in Anglia, in ſynodo 1.

quam

quã Theodorus archiepiſcopus cũuocauerat, ſtatuitur, ut nulli liceat niſi legitimũ habere coniugium. Nullus incœſtũ faciat: nullus coniugem propriam, niſi ut Euangelium docet, fornicationis cauſa relinquat: quod ſi quis propriam expulerit cõiugem, legitimo ſibi matrimonio coniunctam, ſi Chriſtianus eſſe rectè uoluerit, nulli alteri copuletur, ſed ita permaneat, aut propriæ reconcilietur cõiugi. Beda hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro quarto, capite quinto.

Rectè Cæſarius dixit de collatione coniugij & uirginitatis: Melior eſt humilis coniugalitas, quàm ſuperba uirginitas. Beda in Scintillis ſuis.

De diuortijs ſcribitur in Toletano Concilio duodecimo, cap. 8. Præceptum Domini eſt, ut excepta cauſa fornicationis uxor à uiro dimitti non debeat: & ideo quicunq; citra culpam criminis ſupradicti uxorem ſuã quacunq; occaſione dimiſerit, tamdiu ab Eccleſiaſtica cõmunione priuatus, & à cœtu omnium Chriſtianorũ maneat alienatus, quãdiu ſocietatem relictæ coniugis ſinceriter amplectatur & foueat.

DE MAGISTRATV.

¶ Sextũ Toletanũ Concilium inquit: Qui primatu dignitatis atq; reuerẽtiæ, uel gratię ob meritũ in palatio uenerabiles habentur, his à iuniorib. modeſtus honor per omnia deferatur. quinetiã minores à ſenioribus, & dilectionis amplectãtur affectu, & utilitatis imbuãtur exẽplo. cap. 13. tomo 2 Cõcil. pag. 213. Item Cõcilio Toletano 7. cap. 1. ſtatuitur, ut ſiue clerici ſiue laici, qui cõtra Gothicos reges aliquid moliũtur, aut ab eis ad hoſtes transfugiunt, & bonis omnibus priuentur, & excõmunicatione ex Eccleſia eijciantur. Cõtinet etiã quædã Magiſtratus officia. Illud quoq; obſeruandũ, quod epiſcopi regi non imperant, ſed orant. Item hic canon à rege Reccesuinto in octaua ſynodo Toletana repetitur: Orat Rex, ut hic canon emẽdetur, ſeu temperetur: ita uidelicet, ne regibus contra fidem ac pietatem quicquã præcipiẽtibus obediatur: & ne hęc obedientia pro iuramenti ſeu uoti tranſgreſsione habeatur.

Item: Seruiendum eſt Deo cœli, & prædicto principi noſtro Eringio regi, eiq; pia deuotione obſequendũ, & promptiſsima uoluntate agendum & enitendum, quicquid eius ſaluti proficiat, quicquid gentis ſuæ utilitatibus & patriæ ſuę conſuluerit. Vnde nõ erit iam deinceps ab anathematis ſentẽtia alienus, aut diuinæ animaduerſionis ultione ſecurus, quiſquis contra ſalutem eius deinceps aut erexerit uocem, aut commouerit cædem, aut quamcunque exquiſierit lædendi ultionem. Epiſcopi in Concilio Toletano duodecimo.

DE RESVRRECTIONE.

¶ Cęſarius inquit: Vt cũ die ultimo caro noſtra putreſcere cœperit in ſepulchro, anima noſtra in Abrahę gremio angelorũ manibus eleuetur, & in die iudicij recepto corpore p reſurrectinnẽ audire mereamur: Euge ſerue bone, intra in gaudiũ Domini tui. Hom. 1.

Toletanũ Conciliũ undecimũ: Chriſtus uerã carnis mortẽ accepit, tertio quoq; die uirtute propria ſuſcitatus, à ſepulchro ſurrexit. Hoc ergo exẽplo capitis noſtri, confitemur uera fide reſurrectionẽ carnis omnium mortuorũ: nec in aere, uel alia qualibet carne (ut quidã delirãt) reſurrecturos nos credimus, ſed in iſta qua uiuimus, conſiſtimus & mouemur. Tomo 2 Cõcil. pag. 266. Itẽ Nã & carnis reſurrectionẽ exquirimur cõfiteri, ad ſalutarem baptiſmũ accedentes. In epiſtola Sophronij Hieroſolymorum epiſcopi, tomo 2 Conciliorum, pag. 356.

DE EXTREMO IVDICIO.

¶ Extremum iudicium Cæſarius uocat tempus iudicij, & diem reddendæ rationis. Homilia ſexta.

Iſidorus ait: Geminũ eſt diuinũ iudicium: Vnũ, quo & hîc iudicãtur homines, & in futuro: alterũ, quo propterea hîc iudicãtur, ne illic iudicentur. Ideoq; quibuſdã ad purgationẽ tẽporalis proficit pœna: quibuſdam uerò hîc inchoat dãnatio, & illic perfecta ſperatur perditio. In iudicio reprobi humanitatẽ Chriſti, in qua iudicatus eſt, uidebũt, ut doleãt: diuinitatẽ eius nõ uidebunt, ne gaudeant. Quibus enim diuinitas oſtẽditur, utiq; ad gaudiũ demonſtratur pro diuerſitate conſcienriarũ: & mitis apparebit in iudicio Chriſtus electis, & terribilis erit reprobis: nã qualẽ quiſque conſcientiã tulerit, talẽ & iudicẽ habebit, ut manẽte in ſua trãquillitate Chriſto, illis terribilis appareat, quos conſcientia in malis accuſat. Item: Duæ ſunt differentiæ uel ordines hominũ in iudicio, hoc eſt electorũ & reproborũ, qui tamen diuiduntur in quatuor. Perfectorũ ordo unus eſt qui cũ Domino iudicat, & alius qui iudicatur: utrique tamen cum Chtiſto regnabunt, lib. 1. de Summo bono, capite 28.

Qualis ſit futurus index, meminit Cæſarius: In illo utiq; corpore ueniet Chriſtus, quod pro noſtra ſalute ſuſceptũ, pro noſtra abſolutione natum, & pro noſtrorũ uulnerum medicina, lancea clauiſq; confixum eſt. Prima enim erit in reos intoleranda ſententia, reuerendarum pręſentia cicatticũ. Hom. 23. Item: Illa clauorum ſigna bonis ſalutaris, malis terribilia, quæ uſq; ad diem iuditij nõ delentur. Homilia 23.

Toletanũ Concilium ſextum, cap. 1 Dominum noſtrũ IESVM Chriſtũ in fine expectamus ſeculorum, cum reſurrectione omnium

ęquiſsimo ſuo iudicio redditurū iuſtis præmia,& impijs pœnas. Tomo 2 Cōcil.pag.211.

Excuſantes nos in iudicio Dei, immioente nobis iuxta quod conſtituti ſumus, ſeruare fidem ſanctam & immaculatam, quā percepimus unoquoq; proprio ſeoſu abundante, rationem reddituri ante ſanctum & terribile tribunal Dei noſtri. In epiſtola Conſtantini Imperatoris, tomo 2 Concil. pag. 280.

Chriſtus iterum ueniet, iudicium uiuorū & mortuorum facturus, & ſingulis redditurus ſecundum opera quæ unuſquiſq; operatus eſt, ſiue frugi quę bona geſsit, ſeu nequā & uituperabilia operatus eſt. In epiſtola Sophronij Hieroſolymorum epiſcopi, ad Sergium Conſtantinop. patriarchā. tomo 2 Cōcil. pag. 356.

DE INFERNO.

De pœnis inferni inquit Iſidorus: Duplex damnatorum pœna eſt in gehenna, quorū & mentem urit triſticia, & corpus flamma, iuxta uiciſsitudinem. Ignis gehennæ ad aliquid lumē habet, ad aliquid non habet: hoc eſt, habet lumen ad damnationem, ut uideāt impij unde doleant: & non habet ad conſolationem, ne uideant unde gaudeant. Libro primo de Summo bono, capite 29.

Cæſarius ait, in inferno animam cum corpore cruciari: Homilia prima. Item: Quanto maiora commiſerunt tormeota, tanto feruentius ſæuit in illos igois æternus. Et rurſus: Omnis homo qui poſt baptiſmum mortalia crimina admiſerit, hoc eſt adulterium, homicidium, furtum, falſum teſtimonium, uel reliqua crimina perpetrauerit, unde per legem mundanam mori poterat, ſi pœnitentiam non egerit, eleemoſynam iuſtam non fecerit, nunquā habebit uitam ęternam, ſed cum diabolo deſcendet in tormenta. Homilia 38. Item: Verendum eſt autem, ne illam uocem Reſurrectionis, precioſæ crucis ueſtigia proteſtantem, etiam in iudicio ſuo ad uaſa iniquitatis prolaturus ſit: Infer digitum tuum huc, &c. Et poſt hæc quid ſequitur, niſi illud interpoſitū inter uiuos ac mortuos expaueſcendum chaos, uaſtumq; diſcrimē, excluſę à natura uiuentium tenebræ exteriores, dura ſeparatio à dulci intuitu ſanctorum, & à ſocietate felicium: & econtrariò ire inter lachrymabiles gemitus planctusq; lugentium, & collegium triſte miſerorum, & ante beatam patriam æternum ſubire teterrimæ mortis exilium. quàm lugubre erit homini, Dominum uidere & perdere, & ante Creatoris ſui perire conſpectum? Hom 23.

Sophronius in epiſtola: Immortale credimus ſupplicium, inceſſabiliter affligens, nec non & crucians eos qui hic affectatores malorū effecti ſunt, & pœnitentiā agere noluetunt, priuſquam hinc euaderent & exirent. Vermis enim eorum non morietur (inquit Chriſtus iudex & ueritas) & ignis eorum non extinguetur. tomo. 2 Concil. pag. 356.

DE VITA AETERNA.

¶ Cæſarius ſcribit: Vita illa, quæ nec oculis poteſt cerni, nec tacita mentis cogitatione perſtringi, quam utiq; conſequi eſt facilius quàm enarrare: cuius erit curſus ſine termino, uſus ſine faſtidio, refectio ſine cibo, adiutoriū ſine defectu, reqoies ſine nocte, ocioſitas ſine ſenio, indeficiēs ſub uultu Dei charitas, & ſub antiquis perpetuiſque gaudijs ſemper noua iucūditas, & ſine ullo amittēdi periculo felicitas. Homilia 26.

Sophronius: Vitam illam quæ poſt præſentem uitam futura eſt, credimus permaoſurā, & quidem indeſinenter exhilarantem laudabilium operum patratores. Io epiſtola ad Sergiū Conſtantinop patriarcham. tomo 2. Concil. pag. 356.

DE ASTROLOGIA.

Si quis animas, et corpora humana fatali ſigno (fatalibus ſtellis) credit adſtringi, ſicut Pagani & Priſcillianus dixerunt, anathema ſit. Concilium Bracarenſe primum, capite 9. Tomo 2 Concil. pag. 216. Ibidem, capite decimo: Si quis duodecim ſigna, id eſt ſidera, quę mathematici obſeruare ſolent, & per ſingula animę uel corporis mēbra diſsipata credūt, & nominibus patriarcharum adſcripta dicūt ſicut Priſcillianus dixit, anathema ſit.

INCLINATIO DOCTRINAE
complectens peculiares, & incommodas opiniones, ſtipulas & errores Doctorum.

DE LIBERO ARBITRIO.

TVetur Iſidorus eam ſententiam, quòd uoluntas adiuta à Spiritu ſancto, poſsit aliquid in ſpiritualibus cooperari, licet ex ſe ſe tantùm nihil ualeat: ut, Sicut homo libero arbitrio conditus, ſua ſponte dioerrit à Deo: ita ex propria mentis conuerſione credēdo recurrit ad Deū, ut & libertas agnoſcatur arbitrij per propriam uoluntatem, & beneficium gratiæ per receptam fidei firmitatem. lib. ſecundo de Summo bono, capite ſecundo. Item: Sciant liberi arbitrij defenſores, oihil poſſe in bonom ſua præualere uirtute, niſi diuinæ gratiæ ſulteotentur iuuamine. Ibidem, cap. 5.

Adelhelmus inquit, uirginitatem ſpontaneæ libero uoluntatis arbitrio offerri: hominem libero uoluntatis arbitrio deditum, electionis examine præditum, facultatem uiriū experiri, qualitatemq; propriæ uirtutis indagare poſſe.

Toletaoū Conciliū quartū, cap. 5. De Iudęis autem præcepit ſancta Synodus, nemioi deinceps ad credendum uim inferre: cui enim

enim uult Deus miſeretur, & quem uult indurat. Non enim tales inuiti ſaluandi ſunt, ſed uolentes, ut integra ſit forma iuſticiæ. ſicut enim homo ptopria arbitrij uoluntate ſerpenti obediens perijt: ſic uocante ſe gratia Dei, propriæ mentis conuerſione homo quiſq; credendo ſaluatur: ergo non ui, ſed liberi arbitrij uoluntate, ut conuertantur ſuadendi ſunt. Tomo 2 Concil. pag. 204. Item: Nihil aliud conſtituit humanæ ſubſtantiæ integritatem, niſi eſſentialis uoluntas, per quã liberi arbitrij uigor in nobis deſignatur. In acclamatorio ſermone epiſcoporum ad Conſtantinum Imperatorem, Tomo 2 Concil. pag. 404.

DE IVSTIFICATIONE.

¶ Fide & operibus Iſidorus docet, homines uitam æternam conſequi. nam ſic ait: Vacua eſt ſine operibus fides, & fruſtrà ſibi de ſola fide blanditur, qui bonis operibus non ornatnr. Libro ſecundo de Summo bono, capite ſecundo. Item in libro de Numero, tractatu de Tribus, inquit: Tribus canſis ſacris homo habet uitam æternã in cœlis, fide uera, ſpe recta, caritate perfecta. Fidem habere ſacræ religionis initium, & omnium bonorum operum ſolidum fundamentum. Tribus modis uera fides oſtenditur: id eſt, corde, ore, opere. Scriptum eſt enim: Corde creditur ad iuſticiam, ore autem cõfeſsio fit ad ſalutem: & tamen fides ſine operibus mortua eſt. Non poſſumus peruenire ad ueram beatitudinem, niſi per ueram fidem: quia ſine fide nemo poteſt Deo placere. Omne enim quod ex fide non eſt, peccatum eſt: Deus namq; fidem reſpicit in corde, ubi homines ſe non poſſunt excuſare. Quòd ſimulãt ore fidei ueritatem in profeſsione, ſed impietatem retinent in corde, & errorem ſuum oſtendunt in opere. Beatus ucrò ille eſt, qui rectè credit: & credendo rectè, benè uiuit: & benè uiuendo, fidem cuſtodit rectam: quia ſcriptum eſt, Iuſtus ex fide uiuit.

Cæſarius inquit: Hoc diuinæ miſericordiæ officium eſt, ut dum pauperes patienter egeſtatem tolerant, indulgentiam peccatorũ accipiãt. Similiter & dinites, dum ſuperflua miſericorditer erogant, & à peccatis ſe redimant, & ad præmia æterna perueniant. Cõſiderate fratres chariſsimi, & uidete, quia nulla excuſatio nobis poteſt remanere, per quam dicamus peccata noſtra non potuiſſe redimere. Hom. 2. Item: Primum ac principale medicamentum eſt animæ ægrotanti, ita charitatis dulcedinem retinere, ut non ſolùm amicos, ſed etiam inimicos uelit toto corde diligere, propter illud quod ſcriptum eſt: Si dimiſeritis hominibus peccata eorũ, dimittet uobis Pater ueſter peccata neſtra. Homilia quarta. Item: Ad ſalutem perpetuam conquitendam abſtinentia corporalis ſola non ſufficit, niſi & animæ quoque ieiunium per abſtinentiam uitiorum fuerit ſociatum. Hom. 23. Imò aliquot ſpecies iuſtificationum recitat, in quibus tamen non meminit fidei in Chriſtum. Nam ſic Homilia 34 ſcribit, de duodecim Remiſsionibns peccarorum. Prima remiſsio peccatorũ eſt, qua baptizamur in aqua: Niſi quis renatus. 2. Charitatis affectus: Quia dilexit multùm. 3. Eleemoſynarum fructus: Sicut aqua, &c. 4. Lachrymarum perfuſio: Quia fleuit in conſpectu meo, &c. 5. Criminũ confeſsio: Cõfitebor aduerſum me, &c. 6. Afflictio corporis & cordis: Dedi huiuſmodi hominem, &c. 7. Emendatio mornm, hoc eſt, abrenunciatio uitiorum: Noli ultrà peccare. 8. Interceſsio ſanctorum: Si quis infirmatur, &c. 9. Miſericordia, fidei meritũ: Beati miſcricordes. 10. Conuerſio & ſalus aliorum: Qui conuerti fecerit, &c. 11. Indulgentia & noſtra remiſsio. 12. Paſsio martyrij, ſpe unica ſalutis & indulgentiæ: & latroni cruẽto reſpondente Domino: Amen dico tibi, Hodie mecum eris in Paradiſo. Item: Continuis orationibus & frequentibus ieiunijs, & largioribus eleemoſynis, & per indulgentiam eorum qui in nobis peccant, aſsiduè redimantur (peccata ſcilicet minuta) ne ſimul collecta cumulum faciant, & demergant. Quicquid enim de iſtis peccatis à nobis non redemptum fuerit, illo igne purgandum eſt, de quo Apoſtolus dicit: Quia in ignc reuelabitur, &c. Aut enim dum in hoc ſeculo uiuimus, ipſi nos p pœnitentiam fatigamur: aut certè uolente & permittente Deo, multis tribulationibus pro iſtis peccatis affligimur: & ſi Deo gratias agimus, liberamut, &c. Hom. 1. Item: Hæc (ſcilicet minuta peccata, quorum magnnm recenſet catalogum) ſi ex eo tempore qno ſapere cœpimus in unum cumulũ colligãtur, etiamſi capitalia crimina non addantur, quãtis & qualibus bonorum operum copijs redimi poterunt, niſi præponderante diuina miſeticordia, per humilem & compunctam pœnitentiam, additis ſecuudum uires noſtras largiotibus eleemoſynis, Dei ſeueritas uel iuſticia fuctit mitigata. Homil. 6. Item: Debet in hoc mundo miſericordiam dare, qui illã optat in cœlo recipere. & ideo, quia omnes miſeticordiam uolumus, faciamus nobis illam pattonam in hoc ſeculo, ut nos ipſa liberet in futuro. Eſt enim in cœlo miſericordia, ad quam per terrenas miſericordias peruenitur. Homilia 15. Item: Pro eo quod non poteſt ieiunare infirmus, amplius debet erogare pauperibus, ut peccata quæ non poteſt ieiunando curare, poſsit eleemoſynas dando redimere. Hom. 18. Et: Nullus ſine peccato eſſe poteſt, ſed peccata ſua om-

nis homo (Deo aoxiliante) eleemoſynis redimere poteſt. Dominus enim ait: Qui eſurientem non pauerit, &c. mittetur in ignem æternum. Hom. 35. Item: Illos qui ad dexterá ſunt, ſola miſericordia liberabit: eos qui ad ſiniſtram ſunt, ſola auaritia condemnabit. Nõ ideo audituri ſunt, Venite benedicti, quia nõ peccaſtis: nec illis dicturus eſt, Diſcedite à me maledicti, qoia peccaſtis: ſed, quia peccata ueſtra eleemoſynis redimere noluiſtis. Homilia 35. Et: Omnis homo quáuis peccaror, quáuis criminoſus fuiſſet, quanta mala perpetraſſet, ſi pœnitentiam egerit, & eleemoſyná iuſtá fecerit, nunquá deſcẽdet in infernũ, ſed ab angelis eleuatur in cœlũ. Homilia 38.

Iuſticiam ita definit Cæſarius: Regnũ Dei non eſt eſca & potus, ſed iuſticia, pax & gaudiũ. Iuſticia uera & perfecta ipſa eſt, quæ nõ facit alijs quod ſibi non uult: quæ omnibus hominibus, quæ ſibi uelit, optar: & hoc q ſibi uult, illis uenire deſiderat. Homilia 12.

Adelhelmus iuſtificationem bonis operibus tribuit, præſertim uirginitati. Item, opera adeò facit neceſſaria, etiam ab hominibus excogitata, ut ijs neglectis ac contemptis, regni cœleſtis ianuam contemptoribus præcludat. In epiſtola ad Gerunthium regem.

Opinionem de ſaluandis Iudæis in poſtrema mundi ætate habet Iſidorus libro ſecundo contra Iudços, capite undecimo: Quia uerò antè gentes crederẽt, poſtea Iudæi, Dauid propheta oſtendit. uidens enim quòd ad Iudæam redimẽdam ueniret Domiuus, ſed antè gentilitas crederet, & poſtmodum Iudæa ſequeretur, dicit: Aethiopia præueoiet manus eius Deo. id eſt, priuſquá Iudæa credat, ſaluandam ſe offert omnipotenti Deo, peccatria nigra gentilitas. ſicut & Eſaias ait: Donec plenitudo gentium introiret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Et io Deuteronomio: Eris gentes in caput, incredulus autẽ populus in caudam, quaſi in nouiſsimo conuerſus.

De ſatisfactiooibos haber Cæſarius Homilia prima eam opinionem, quòd capitalia peccata perpetrantes, in nouiſsimo die in æternũ ignem conijcientur: qui uerò minuta peccata admiſerũt, per ignem tranſitorium, ut uocat, ſint purgandi ad tempus, ut poſtea ſalute potiantur.

DE INVOCATIONE SAN-
ctorum.

Epiſcopi in concilio Cabillonenſi congregati, S. Vincentij martyris interceſsionẽ depoſcentes, ut longæuitatem Clodouei regis ſuo ſuffragio mererentur: inſpiratione q; diuina interueniente, de canonibus ſignificaretur, quòd ſi fuiſset aliquid prætermiſſum, uel per ignoranriam uitiatom, in priſtinum ſtatom debeat, auxiliante Domino Chriſto, reformari. 2 tomo Concil. pag. 258.

Conſtantinus Imperator dicit, ſe nunc ſperare ueram atque celerem ſalotem ioterceſſionibus ſanctæ & immaculatæ Dei genitricis, & epiſcoporum in Concilio congregatorum. tomo 2 Concil. pag. 402. Mens & uox Clodulfi, morti proximi, precib. quibus poterat, animá ſuam angelis & archangelis, & omnium ſanctorũ agminibus, cõmendabat, & ut ſibi ſuffragio eſſent ſtudioſiſsimè inuitabat. Ex geſtis epiſcoporum Metenſium. Item: Romaricus ad baſilicam S. Martini perrexit, atq; in pauimento proiectus, mox tali uoce affatur: O beate Martine commendaui me tibi, ubi es? quid agis? affer opem miſero, ut nullus deinceps tuis patrocinijs mancipetur. Ibidem: Crux in Eccleſia Conſtantiniana adorator & oſculatur. Regino libro 1.

Iohãnes Eleemoſynarius præcipiebat collariooes pro defunctis impigrè facere, probans quadá hiſtoria id illis prodeſſe. Vincentius libro uigeſimo ſecondo, cap. 110.

DE POENITENTIA.

¶ Pœnitẽtiam docens Iſidorus, nõ facit fidei in Chriſtum mentionem. nam ſic ait: Ille pœnitentiam dignè agit, qui reatum ſuum ſatisfactione legitima plangit, condemnando ſcilicet & deflendo quæ geſsit. Ille pœnitentiam dignè agit, qui ſic præterita mala deplorat, ot futura iterum non committat. Libro 2. de Summo bono, capite 13. Item: Quamuis per pœnitentiam propitiario peccatorum fit, ſine metu tamen homo eſſe non debet: quia pœnitentiæ ſatisfactio diuino tantùm iudicio penſarur, non humano. proinde quia miſeratio occulta eſt, ſine intermiſsione flere neceſſe eſt. Neq; enim unquã oportet pœnitentem habere de peccatis ſecuritatem. Ibidem. Cæſarius ſimilirer fidei non meminit. Non dicimus, inquit, pœnitẽtiam prodeſſe nõ poſſe. certum eſt quia prodeſt, ſi cum grãdi eleemoſyna illá onuſquiſque accipiat, & omnibus inimicis indulgentiam, & quibuſcunq; fecit iniuriam, ueniam petat: & ita toto corde deliberet, ut ſi euaſerit, qoamdiu uixerit, totis uiribus illã cum rugitu, & gemitu, & cum moltis eleemoſynis humiliter ac fideliter agat. Et tamẽ tu homo ſapiens inter iſta omnia conſidera, ſi iuſtum eſt, ut per totam uitam tuam uitijs & peccatis ſeruias, et ad acquirendam uitam ſemiuiuus aſſurgas. Homilia 6.

Minus commodè definit Iſidorus pœnitẽtiam, libro Etymologiarum ſexto, capite 18. Perfecta eſt pœnitentia, præterira deflere, & futura non ad mittere.

DE SACRAMENTIS.

¶ De numero Sacramentorũ inquit Iſidorus libro Etymologiarũ ſexto, capite 18. Sũt autem Sacramenta: Baptiſmus & Chriſma, Corpus & ſanguis Chriſti.

De

De effecto inquit ibidem Iſidorus: Sicnt in baptiſmo remiſsio peccatorũ datur, ita per unctionem ſanctificario ſpiritus adhibetur:& hoc de priſtina diſciplina, qua ungi in ſacerdotium, & in regnum ſolebanr, ex quo & Aaron à Moiſe uoctua eſt. Quod dum carnaliter fit, ſpiritualiter proficit, quomodo & in ipſa Baptiſmi graria uiſibilis actus eſt, quod in aqua mergimur: ſed ſpiritalis effectus, quòd à delictia mundamur. Hoc ſignificat illud unguentum, quod peccarrix mulier ſuper pedes, & ea quę dicitur nõ fuiſſe peccatrix, ſuper capot Ieſu fudiſſe deſcribitur.

DE BAPTISMO.

¶ De aliena fide inqnit Toletanũ Conciliũ duodecimũ, cap. 2. Paruolorũ iofantium uira originali peccaro obnoxia, niſi ex ſponſione fidelium Baptiſmi accipiant ſacrameotum, nollo ſenſu, oolla etiã diſcretionia induſtria id apperere poſſuot. Vnde ſicut Bapriſma quod neſcientibus paruulis ſine ulla conrentione, in fide rantum proximorũ accipitur: ira pœnirentiæ donum, quod neſciẽtibua illabirur, alijsq; impugnantia uiolationia, hi qui illud acceperint, obſeruabunt. Tomo a Concil. pag. 420.

DE COENA DOMINI.

¶ De Miſſa pro defunctis, & de Purgatorio, ira nugatur Iſidorus in libro de Officijs: Sacrificiũ pro defunctia Ab apoſtolis primo traditũ eſt, quia dimirrunrur defunctia peccata per ſacrificiũ & eleemoſyoã: niſi de peccaro in Spirito ſancto, quod nõ remittitur, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro. Demonſtrat illuc dimittẽda peccara, & purgatorio igne purganda. Et ſanctua Auguſtinua dixit: Defunctorũ aoimas ſine dubio pierate ſuorũ uiuentium releuari, cum pro illia ſacrificium offerrur, uel eleemoſynæ fiunr: ſi tamẽ ille defunctua dum nixir, merirum præparauit. nam nõ omnibus proſunr ſacrificia. Etſi non ſunt adiumenra mortuorum, qualeſcunq; uiuorum conſolationes ſont, aur ut plena ſit remiſsio, aut certè ut tolerabilior ſit ipſa damnatio.

DE ANTICHRISTO.

¶ Opinionem ſuam de Anrichriſto recitat Iſidorus libro octauo Etymologiarum, cap. undecimo: Chriſtum enim ſe mentietur dũ uenerit, & conrra eum dimicabit, & aduerſabirur Sacramenria Chriſti, ut ueriraria ejus Euangelium ſoluat: nam & remplum Hieroſolymis reparare, & omnes ueteria legis ceremonias reſtaurare tentabit.

DE TRADITIONIBVS *humanis.*

¶ Doctrina illa prophetica & apoſtolica, q. Deus fruſtrà colatur traditionibus & pręceptis hominum, propemodõ extincta eſt: & irrepſit in doctorum & auditorum aoimos opinio, quòd maxima uerę pieraris uis in illis electicijs operibus à ſacerdotibus, pontificibus, monachia & eremitis excogitatis conſiſtat: nimirum in remplorum & monaſteriorum ædificatione, in culru imaginum & reliquiarum: in peregrinatione ad loca ſancta, in tonſuris, in diſcrimine ciborum, ueſtium & locorum: in ieiuniorum & orationum multiplicatione, in obſeruatione riruum Eccleſiaſticorum, & ſimilibus. Hæc autem ſatis conſtant ex ipſa huius ſeculi hiſtoria, & ex capire de Ceremonijs, & ex ſcriptia Patrum. Nam plerique omnes, qui hoc tempore aliquid ſcripſiſſe dicuntur, in traditionibus humanis comulandis, aut nimium prædicandis occupati fuerunr. Cæſarius inquit: In quadrageſima non ieiunare, peccatum eſt. Homilia decimaoctaua. Agatho docet, oportere omnem animã ſaluandam, Romanæ traditionis formam confiterii. n Epiſtola, quę extat inter acta 6. Conſtanrinop. Er plerique doctores & monachi Pictoa & Scotos inlectari ſunr, quòd à pontificijs ceremonijs abhorrerent: ut pater ex uitis eorum.

DE CONIVGIO.

¶ Deuſdedit Papa præcepit, ut parentes qoi filios ſuos ex lauacro ſancto ſuſcepiſſent, ſepararentur. Item: Ne quis cõmatrem ſuam in coniugem recipiat: cõtrarium faciens, perpetuò anathematis uinculo relegarur. Tomo a Concil. pag. 184. Item: Non licer presbytero in uno lecto, poſt acceptam benedictionem, cum presbytera dormire: nec in peccaro miſcere, nec diacono, nec ſubdiacono. Ex Cõcilio Antiſiodorenſi, Cano. 21. Tomo a Cõcil. pag. 185. Irẽ: Nõ licet relictę presbyreri, nec relictę diaconi, poſt eius morrem maritum accipere. Canone 22. Concilij Antiſiodorenſis. Item: Vt coniuges, quorõ alter fidelis, alter infidelis eſt, ab epiſcopo ſeparentur. Cano. 62 Concil. Antiſiod.

DE EXTREMO IVDICIO.

¶ Iſidorus ait: Tres rurmę erũt in extremo iudicio: id eſt, Valde boni, ur ſunt angeli & ſancti: Valde mali, ur dęmones & impij: Nec ualde boni, nec ualde mali, hi per ignem purgantur. libro de Numero.

DE INFERNO.

¶ Cæſarius ſcribit: Anre aduentũ Domini Saluatoris diabolus regnabat in mundo: & omnes homines exeũtea de corpore propter originalia peccata, quæ de Adam rrahebãt, in iofernum deſcendebant. Hom. 38.

DE PVRGATORIO.

¶ Sentir Cæſarius, Purgatorium ignem poſt iudicium exrremum ſecuturum in eos, qui peccara minuta non expiauerunr ſuis operibus. ſic inquit: Si autem nec in tri-

bulationibus Deo gratias agimus, nec bonis operibus ipſa peccata tedemimus, tamdiu in illo purgatorio moras habebimus, quamdiu minuta peccata tanquam lignum & fœnum & ſtipula conſumantur. Homilia 1. Item: Purgatorius ignis durior erit, quàm quid poteſt pœnarum in hoc ſeculo aut uideri, aut cogitari, aut ſentiri. ibidem. Et eâdem Homilia, ignem purgatorij uocat ignem tranſitoriũ. Item: Quicquid de minutis peccatis à nobis continuis orationibus, et frequentibus ieiunijs, & largioribus eleemoſynis, &c. tedemptum non fuerit, illo igne purgãdum eſt, de quo Apoſtolus dixit 1. Cor. 3. Quia in igne reuelabitur. Ibidẽ. Et: Ita peccata ipſa in hoc ſeculo purgantur, ut in futuro ignis ille purgatorius aut nõ inueniat, aut parũ inueniac quod exutat. Ibidem.

DE LIBRIS SAcris.

DE ſcriptorib. librorũ ueteris Teſtamẽti hæc Iſidorus refert in lib. de Officijs: Veteris autem Teſtamenti, ſecundum Hebræorum traditionem, hi ſcriptores habentur: Primus Moyſes, Pẽtateuchum, Ieſus Naue edidit librum ſuum. Iudicum autem & Ruth & Samuelis primam partem, ſcripſit Samuel: ſequentia Samuelis uſq; ad calcem, ſcripſit Dauid. Regum totum edidit Ieremias: nam antè ſparſus erat per ſingulorum regum hiſtorias. Iob librum Hebręi aſſerunt Moiſen ſcripſiſſe, alij unum ex prophetis. Pſalterium uerò ſcripſerũt decem Prophetę: id eſt Moiſes, Dauid, Salomõ, Aſaph, Emã, Ethan, Idithũ, & filij Chore: id eſt, Helcana & Eleazar, & Abiazab. Sunt qui Ezram, & Aggæum, & Zachariã ſcripſiſſe dicunt. Salomon ſcripſit Prouerbia, Eccleſiaſten, & Cantica Canticorum. Eſaias ſcripſir librum ſuum: Ieremias librum ſuum, cum Lamentationibus ſuis. Viri ſynagogę ſapientes ſcripſerunt Ezechielẽ, & Prophetas duodecim, Danielem & Paralipomenon & Eſther. Eſdras ſcripſit librum ſuum. Omnes autem hos libros idem Eſdras ſcriba poſt incenſam legem à Chaldæis, dũ Iudæi regreſsi fuiſſent in Hieruſalem, diuino afflatus ſpiritu reparauit: cunctaq; prophetarum uolumina quæ fuerant à gentibus corrupta, correxir: totumq; Teſtamentum in uiginti & duos libros conſtituit, ut tot libri haberentur in lege, quot habentur & literæ. Primam poſt Eſdram editionem de Hebręo in Græcum, Septuaginta interpretes ediderunt ſub Ptolemæo Ægyptiorum rege, ſucceſſore Alexandri, qui in legendo ſtudioſus fuir, omniumq; libros gentium congregauit. Iſte enim ab Eleazaro, qui erat princeps ſacerdotum, multa dona mittens ad templũ, petijr, ut ſenes de duodecim tribubus Iſrael tranſmitterentur, qui interpretarentur omnes libros. Et ut fidem interpretationis aduerteret, ſingulis eorum qui fuerant deſtinati, ſingulas cellulas tribuit, aſsignãs omnibus, Scripturas iuſsit interpretari. Qui cum per ſeptuaginta dies iſtius rei negocium adimpleſſent, omniũ ſimul interpretationes, quas per diuerſas ſegregatim cellulas, nullo ad nullum appropinquante fecerunt, congregauit in unum: atque ita omnes libri interpretati per Spiritũ ſanctum inuenti ſunt, ut non ſolùm intellectu, uerumetiam in ſermonibus conſonantes inuenirentur. Hæc fuit prima & uera interpretatio, ac diuina. hos libros meditari omnium gentiũ Eccleſiæ primò cœperunt, eoſdemq; de Græco in Latinum interpretantes primi Eccleſiarum proniſores tradiderunt. Poſt hæc ſecundã editionem Aquila, tertiã & quartam Theodorion & Symmachus ediderunt, ambo Iudæi proſelyti. Quintam uerò editionem, & ſextam Origines reperit, & cum cæteris ſupradictis editionibus comparauit. Hi ſunt itaque tantum, qui Scripturas ſacras de Hebræo in Græcum uerterunt, quiq; etiam & numerantur. Nam Latinorum interpretum, qui de Græco in noſtro eloquio tranſtulerunt, ut meminit S. Auguſtinus, infinitus eſt numerus. Si cui enim, inquit, primis fidei tẽporibus ad manus uenit, quod ex Græco, atque in aliquantulum ſibi utriuſq; linguę peritiam ſenſit, auſus eſt ſtatim interpretari: atque inde accidit, tam innumerabiles apud Latinos extitiſſe interpretes. De Hebræo in Latinum eloquium tantummodò Hieronymus presbyter ſacras Scripturas conuertit, cuius editione generaliter omnes Eccleſiæ uſquequaq; utuntur, pro eo quòd ueracior ſit in ſententijs, & clarior in uerbis. Librum Sapientię Salomon ſcripſiſſe probatur teſtimonijs illis, quibus ibi legitur: Tu me, inquit, elegiſti regem populo tuo, & dixiſti ędificare templũ in nomine ſancto tuo, & in ciuitate habitionis tuæ. Hoc opus Hebræi, ut quidam ſapientium meminit, inter canonicas Scripturas recipiebant: ſed poſtquam comprehendentes Chriſtum interfecerunt, memorantes in eodem libro tam euidentiſſima de Chriſto teſtimonia, ubi dicitur, Dixerunt inter ſe impij, Comprehendamus inſtum, quia inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, &c. collatione facta, ne noſtri eos tam aperto ſacrilegio derogarẽt, à propheticis eum uoluminibus reciderũt, legendumq; ſuis prohibuerunt. Librum autem Eccleſiaſticum compoſuit Ieſus filius Sirach Hieroſolymitani, nepos Ieſu ſacerdotis, de quo meminit Zacharias. Qui libet apud Latinos propter eloquij ſimilitudinem Salomonis titulo prænotatur. Præterea Iudith, & Thobiæ, & Machabæorũ libros qui

autores

autores ſcripſerint, minimè conſtat. Actus apoſtolorum ſcripſit Lucas euangeliſta. Iohannes euangeliſta eo tempore ſcripſit Euangelium, quo ob Euangelij prædicarionem in inſulà Pathmos alligatus, ab eadem inſula eſt reuerſus. Hi ſunt ſcriptores, qui hos libros ſcripſerunt. Autor eis fuit Spiritus ſanctus: ipſe ſcripſit, qui prophetis ſuis ſcribenda dictauit.

Adſcribemus huc etiam catalogum librorum, quem Iſidorus recenſet in libro de Numero: eumq; lectorũ iudicio relinquimus.

Ordo de libris legendis.

Duob. modis ſine dubio tota Scriptnra intelligẽda eſt. Primus modꝰ itaq; intelligẽdi eſt libros, q ſunt ſcribẽdi, legẽdi, retinẽdi in catholica Eccleſia. Secũdus modus intelligẽdi, qui libri nõ ſunt legẽdi, nec ſcribẽdi. Ordo eſt diuinorum librorum, quos Eccleſia catholica ſcribere & legere debet, ſecũdum traditionem uirorum ſanctorum, & orthodoxorũ patrũ, hoc eſt ſecundũ traditionem Gelaſij Papæ, & 175 epiſcoporum erudititiſsimorum in ſede Apoſtolica urbis Romæ, & ſecundum traditionem ſancti Athanaſij epiſcopi Alexandriæ. Teſtamentum Thorach Hebraicè, Nomos Græcè, Latinè Lex appellatur. Primus itaq; liber ueteris Teſtamenti Bereſit Hebraicè, Geneſis Græcè, generatio Latinè dicitur. Secundus liber, qui Enſaenoth Hebraicè, Exodus Græcè, Exitus Larinè uocatur. Terrius liber, qui Vagetra dicitur, & apud nos Leuiticꝰ uocatnr. Quartus, q Viouedabar Hebraicè, Rhythmos Græcè, Numerus Latinè dicitur. Quintus, qui Abdabarim Hebraicè, Deuteronomius Græcè, Secũda lex Larinè. Hi ſunt quinq; libri Moſi, quod apud Græcos Pentateuchum. Sextus itaq; liber, qui Hebraicè Beunõ dicitur, Græcè Soter, Latinè Saluator. Seprimus autem liber, qui apud Græcos & Ebræos Sothim, & apud Latinos Iudicum uocatur. Hi ſunt ſeptem libri, quos Gręci Heptateuchos uocant. Poſt hos ſeptem libros quatuor libri Regum ſequnntur, qui apud Hebræos Saptim appellantur. Duo primi Samuel, ſecũdi Malchim, ex nomine Iudęorũ Iudicis. Samuel duos primos Regum libros appellauerũt ſecũdum proprietatem linguæ eorum: alios duos Malcbim uocauerunt. Samuel preciũ Dei interpretatur, Malchim Larinè dicitur reguum. Nomina itaq; librorum qui poſt iſtos ſunt, nouem hæc ſunt. Vabre lamim Hebraicè, Paralipomenõ Gręcè, Prętermiſſorũ uel uerba dierũ Larinè: qui diuiditur in dnos libros. Eſdræ duo libri ſunt. Pſalmorũ libri, qui Nabla Hebraicè, Pſalteriũ Græcè, Latinè Organum dicirur. Salomonis libri tres ſunt: Primus Masloch Hebraicè, Parabola Gręcè, Prouerbia Latinè dicitur. Deinde tertius, q Hebraicè Syraſirim, Latinè Cãtica Cãticorũ. Sapientia, q dicitur liber Salomonis. Et ſapiẽtia Ieſu filij Syrach. Liber Iob. Liber Thobię, qui nõ inter hagiographa ponitur. Propbetæ maiores quatuor ſunt, quatuor libri nominantur nominibus eorũ: Eſaias Hebraicè, Salus Domini Larinè: Ieremias Hebraicè, Excelſus Domini Latinè: Ezechiel Hebraicè, Fortitudo Domini Latinè: Daniel Hebraicè, iudicium Domini Latinè. Baruch Hebraicè. Deinde libri ſimul prophetarũ omniũ, cũ capitulis ſuis. Libri Heſther quatuor. Iudith liber. Libri ueteris Teſtamenti ſimul numero uerſuũ 75348. Noui Teſtamẽti libri ſunt, quatuor Euãgelia, qui magiſtrorũ ſuorũ nominib. ſunt nominati: Matthæus Hebraicè, donatus dicitur Latinè. Marcꝰ, excelſus: Lucas, cõſurgẽs. Iohãnes, gratia Dei interpretatur. Deinde actus Apoſtolorũ, Epiſtolę canonicę, Epiſtolę Pauli apoſtoli. Apocalypſis, quod interpretatur reuelario. Poſt hos itaq; libros Canonicales ſequũtur opuſcula ſanctorũ, catholicorũ & beatorũ uirorũ, quos Eccleſia catholica ſcribit & legit, & recipit. Opuſcula itaq; beatę Cecilię, & Cyprisni martyris Carthaginenſis epiſcopi, & beati Theophili Alexãdrię epiſcopi, & beati Hilarij Pictauiẽſis epiſcopi, & beati Ambroſij Mediolanenſis epiſcopi, & tam innumerabilia opuſcula beari Auguſtini Hipponenſis epiſcopi, & beatiſsimi Hieronymi preſbyteri, & beati Proſperi, & beati Cyrilli Alexãdrię epiſcopi, & beati Leonis papę Cõſtãtinop. urbis epiſcopi. Itẽ, Opuſcula trsctatũs que omniũ patrũ orthodoxorũ, q in Romana Eccleſia clarè & celebriter ſine dubitatione & ſine errote retinentur, & uſq; hodie leguntur. Item, Epiſtolę quas beatiſsimi Papę dinerſis temporibus ab urbe Romana, pro diuerſotum conſolatione ediderunt: inter quos quaſi ſol inter ſidera ſanctus Gregorius papa refulſit, qui mellifluos libros, & lnculentiſsimas homilias, non dico ipſum, ſed Spiritum ſanctum locutum fuiſſe, & in digitis eius hęc conſcripſiſſe, & cunctis Chriſtianis celeberrimè conſcripſit. Hæc omnia opuſcula, quę ſuprà diximus, tota fide & deuotione omnibus Chriſtianis legẽda & ſcribenda ſunt & recipienda. Item ſanctorum Martyrum geſta, quæ multiplicibus cruciatibns, & mirsbilibus cõfeſſorum triumphis irradiant. Quis iſta catholicorũ dubitet, maiora eos in agonibus perpeſſos, nec in ſuis uiribus, ſed Dei grstia & adiutorio toleraſſe uniuerſa? Sed ideo ſecundum antiquam conſuetudinem ſingulari cautela non leguntur in ſancta Romana Eccleſia, qnia eorum nomina qui ſcripſernnt penitùs ignorantur, & sb infidelibus & idiotis ſuperflua, aut minus aperta, quàm rei ordo fuit, putãtur eſſe:

ſicut

ſicut Cyriaci & Iulitæ, Georgij & aliorum huiuſcemodi paſsiones, quę ab hęreticis pet hibentur eſſe conſcriptę. Propter hoc quidē, ut dictum eſt, ne leuis ſubſannandi occaſio oriatur, in ſancta Eccleſia, non leguntur. Nos tamen cum prædicta Eccleſia omnes martyres, & eorum glorioſos agones, qoi Domino magis quàm hominibus noti ſunt, Dei deuotione ueneramur. Item uitas Patrum, Pauli, Antonij, Hilarionis, & omnium Eremitarum, quas tamen beatiſsimus uir Hieronymus conſcripſit & recepit, ſuſcipiamus. Item actus libri Sylueſtris præſulis, licet ſcriptoris nomen ignoretur, à multis tamen urbis Romæ catholicis legi nouimus, & pro hoc quoq; uſu multę hoc imitātur Eccleſię. Item: Scriptura de iouentione ſanctę crucis, & alia ſcriptura de inuentione capitis Ioannis Baptiſtæ, nouellæq; reuelationes, ſicut & nonnulli eas catholici legunt. Sed cū hæc ad manus catholicorum peruenerint, beati Pauli præcedat ſententia: Omnia probate, quod bonum eſt tenete. Item, Ruffinus irreligioſus plurimos Eccleſiaſtici operis edidit libros, nonnullas etiam ſcripturas interpretatus eſt. Sed quoniam B. Hieronymus eum in aliquib. de Arbitrij libertate notauit, illa ſentimus, quæ prædictū Hieronymū ſentire cognoſcimus: & non ſolùm de Ruffino, ſed etiam de uniuerſis, quos uir ſæpius nominatus zelo Dei & fidei religione reprehēdit. Item, Origenis nonnulla opuſcula quæ uir beatiſsimus Hieronymus recepit, ſuſcipimus: reliqua autem cum autore ſuo dicimus eſſe renuenda. Item, Chronica Euſebij Cæſarienſis, itemq; eiuſdem Eccleſiaſtici libri, quamuis in primo narrationis ſuæ libro poſuit eius dicta. In laudibus uerò, atq; excuſatione Origenis atq; Chriſmatici unū conſcripſerat librum reprehenſibilem: propter rerum tamē ſequentium noticiam, quod ad inſtructionem pertinet, uſquequaq; nō dicimus eſſe renuēdos. De Origenis quoq; conuerſatione ſic uir plenus gratia Dei beatiſsimus Martinus ait: Ego miror eundem hominem tam diuerſum ad ſe eſſe potuiſſe, ut in ea parte qua probatus eſt, neminem poſt Apoſtolos habeat æqualem: in ea uerò qua in re reprehenditur, neminem deformius erraſſe doceatur. Item, Oroſinum uirum eruditiſsimum collaudamus, quia ualde nobis neceſſarias aduerſus Paganorum calumnias ordinauit hiſtorias, miraq; breuitate cōtexuit. Itē, Venerandū Sedulij Paſchale opus, quod heroicis uerſibus conſcripſit, inſigni laude referimus. Itē, Iuuēci nihilo minus laborioſum opus non ſpernimus, ſed miramur. Huc uſq; primus modus, id eſt primus ordo recipiendorum librorum. Nunc ergo ſecundus modus, id eſt ſecundus ordo ſequitur, de libris non ſcribendis, non legendis, non recipiendis in Eccleſia catholica.

De libris non legendis.

Ariminenſem ſynodum à Conſtantino Cęſare, Conſtantini Auguſti filio, cōgregatam madiante Tauro præfecto, ex tunc & nūc, & uſq; in æternū confitemur eſſe damnatā. In primo itinerariū Petri apoſtoli nomine, q̄ appellatur ſancti Clemētis libri octo, apocryphi. Actus nomine Andreæ apoſtoli apocryphus, & actus nomine Thomę apoſtoli apocryphus, libri numero decē. Itē actus nomine Petri apoſtoli alius, & actus nomine Philippi apoſtoli, apocryphus. Euangeliū nomine Thaddęi, & Euangeliū nomine Barnabę, & Euangeliū nomine Iacobi minoris, & Euangelium nomine Petri apoſtoli, & Thomæ quo utuntur Manichæi, & Euangelium nomine Bartholomæi apoſtoli, & nomine Andreæ, apocrypha. Euangelia quæ falſauit Lucianos, apocrypha: exceptis quatuor Euāgelijs, Matthæi, Marci, Lucæ & Iohannis. Liber de infantia Saluatoris & de Maria, uel de obſtetrice, apocryphus. Liber Paſtoris apocryphus. Libri oēs quos fecit Lenticius diaboli diſcipulus, apocryphi. Liber q appellatur fundamentum, & nomine theſaurorum liber, & liber de filiabus Adæ, & liber Teclę & Pauli apoſtoli, ſunt omnes apocryphi. Liber qui appellatur Nepotis, & liber Prouerbiorum, qui ab hæreticis conſcriptus eſt, & ſancti Sixti nomine prænotatur, apocryphi. Reuelatio quæ dicitur Thomæ apoſtoli, & quę dicitur Pauli apoſtoli, & quę dicitur Stephani, apocryphę ſunt. Liber qui dicitur Aſſumptio ſanctæ Mariæ, & liber qui dicitur Pœnitentia Adæ, apocryphi ſunt. Liber qui dicitur de Oza gigante, qui cū dracone poſt diluuium ab hæreticis pugnaſſe perhibetur. Liber qui dicitur Teſtimoniū Iob, & liber q̄ dicitur Pœnitētia Origenis, & Pœnitētia Cypriani, & Pœnitētia Iamnę & Mābrę, & liber qui dicitur Sortes Apoſtolorum, omnes apocryphi ſunt. Liber qui dicitur Phyſiologus, qui ab hæreticis conſcriptus eſt, & liber Ambroſij nomine prænotatus: hiſtoria Euſebij Pamphili, & liber qui dicitur Canones Apoſtolorū, apocryphi ſunt. Opuſcula Tertulliani & Lactantiani, & Africani, & Paſturiarij & Galli, apocrypha ſunt. Omnia opuſcula Mōtani, & Priſcillæ, & Maximillę, apocrypha ſunt. Omnia opuſcula Fauſtini Manichęi, & opuſcula alterius Clementis Alexandrini, et Tharſis Cypriaoi, et Arnaboli, et Fauſti Regienſis Galliatum, omnia apocrypha ſunt. Opuſcula Frumenticij & Anticonij, & Caſſiani presbyteri Galliarum: & opuſcula Victorini, & Pictauenſis epiſcopi Centonini de Chriſto Virgiliani uerſus compaginati, apocrypha ſunt. Epiſtola Ieſu ad Abgarū regem,

gem, & epiſtola Abgari ad Ieſum, apocryphę ſunt. Scripta quę dicũtur Contradictio, apocrypha ſunt. Paſsiones Cyriaci, & Iulitę, & Georgij, apocryphę ſunt. Phylacteria omnia, quæ nõ Angelorũ, ut illi cõfingunt, ſed magis dæmonũ arte cõſcripta ſunt, & hęc & his ſimilia, quæ ſcripſerũt Simon magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Baſilides, Ebiõ, Paulus Samoſateous, Photinus, Bonoſius, & qui ſimili errore decepti ſunt, Montanus quoq; cũ ſuis obſcœniſsimis obſequacibus, Apollinaris, Sabellus, Arius, Euſtaſius, Iulianus, Pelagius, Iulianus Elamenſis, Maximianus, Petrus, & alius Petrus, è quibus unus Alexandriã, alius Antiochiã maculauit: quorũ nomina nominetenus retinentur, non ſolùm repudiata ab omni Romana Eccleſia catholica, & Apoſtolica eliminata, ſed cũ ſuis autoribus, et eorũ ſequacibus ſub anathemate, & indiſſolubili uinculo in æternũ cõfitemur eſſe damnata. Hæc Iſidorus.

Iohannem Apocalypſis autorem non obſcurè facere uidetur Adelhelmus, dũ inquit: Quartus paradiſi gurges potiſsimùm ſeptenas eccleſias Aſiæ inexhauſtis dogmatũ imbribus irrigabat. Et paulo pòſt: Vbi dicit Iohannem in Pathmum relegatum, ſepties uicena & quaterna uirginum cantica audiſſe, quæ ſequuntur agnum. Item, Sobolẽ materteræ Domini (Iacobũ) epiſtolæ quæ ipſi Inſcribitur autorem facit idem Adelhelmus.

Apocalypſin librum multorum Conciliorum autoritas & ſynodica ſanctorum pręſulum Romanorum decreta, Iohannis Euangeliſtæ eſſe pręſcribunt, & inter diuinos libros recipiendum conſtituerunt. Et quia plurimi ſunt qui eius autoritatem nõ recipiunt, eũq; in Eccleſia Dei prędicare cõtemnunt, ſi quis eũ deinceps aut non receperit, aut à Paſcha uſq; ad Pentecoſten miſſarũ tẽpore in Eccleſia nõ prædicauerit, excõmunicationis ſententiã habebit. Toletanum Concilium quartum, cap. 16. Tomo 2 Concil. pag. 200.

De uerſione Hieronymi inquit Iſidorus in Etymologiarũ libro ſexto, cap. tertio: Presbyter quoq; Hieronymus trium linguarum peritus, ex Hebræo in Latinum eloquiũ eaſdem Scripturas cõuertit, eloquenterq; trãſfudit. Cuius interpretatio meritò cæteris antefertur. Nam eſt & uerborum tenacior, & perſpicuitate ſententiæ clarior.

CAPVT V.

DE HAERESIBVS.

DE ſtudio & conatu hæreticorum, in Toletano Concilio undecimo dicitur: Sponſam Chriſti, quam ſui precioſiſsimi ſanguinis effuſione conciliauit, cõſpurcare & polluere conata eſt hæreticorum ſubdola machinatio, & inconſutilem Domini ueſtẽ diuidere, unitatẽ fidei ſcindere, charitatis tollere fomẽta, cũ ſuo proprio ꝑtinaciter, ſenſui uolẽs inhęrere, ſacræ Scripturę puritatẽ ſuę prauitatis intelligentia ꝓphanet.

SVB PHOCA ET RELIquis imperatoribus.

ARIANISMVS.

INcredibilis impudẽtia, & potẽtia ſatanæ ex eo ſatis conſpicitur, ꝗ ueteres errores quãtũuis craſſos, & magna dexteritate, grauitate & perſpicuitate ab excellentib. Eccleſiæ Dei doctoribus refutatos, ſubinde renouat, & miniſtros quoſdam ad eam rem idoneos inuenit. Durarunt enim hoc Septimo etiã poſt Chriſti natiuitatẽ ſeculo uariæ corruptelæ, & inter eas quoq; Arij deliria, à tot præſtãtibus uiris tam illuſtribus Scripturæ ſanctæ teſtimonijs proſtrata, & conculcata.

Lõgobardos hac peſtilẽti doctrina demẽtatos hac ætate fuiſſe, Chronica & hiſtorici teſtantur. Fortunatus quidã Ariana peſte infectus, Gradũ occupat. Sabellicus Enneadis 8. libro ſexto.

Recharedus rex Hiſpaniam ab Arianiſmo purgauit, ut ſcribit Michael Ritius de Regibus Hiſpaniæ, libro primo.

In ciuitate Ticinenſi Anaſtaſius quidã, Arianus epiſcopus, præſedit, ad catholicam fidem poſtea conuerſus: ut habet Paulus Diaconus de Geſtis Longobardorũ lib. 4. ca. 15. Et Nauclerus generatione 22. queritur, Conſtantium Arianæ hæreſi paſsim inualeſcenti non reſtitiſſe.

Hypotheſes Arianorũ, Paulus Diaconus de Geſtis Longobardorũ lib. 4. cap. 15. has recenſet: Filiũ patre eſſe minorẽ, Spiritum ſanctum quoq; minorem Patre & Filio.

Pugnarunt aũt contra iſtam hæreſin, Seuerus quiſpiam, qui contra Vincentiom Cæſaraugiiſtanum, quia ad Arianorum hæreſin declinaſſet, ſcripſit. Platina.

Iohannes Gerundenſis epiſcopus, in Luſitanim reuerſus, ibidem Arianam peſtẽ ſua doctrina extirpat. Supplementũ Chronicorũ, Iſidorus de uiris illuſtribus, & Platina.

Concilium Toletanum quoq; blaſphemã iſtam doctrinam damnauit: qua quidem occaſione & autoritate Recharedus eam peſtẽ ex regno amouit.

SEVERITARVM HAEreſis.

QVod ſemper ſolet fieri, ſemel turbata Eccleſia prauis opinionibus, ut poſtea abſurdæ plures ſententiæ inde enaſcantur, & à monſtroſis ingenijs defendantur, id hic etiã accidit. Nam ex uno Seuero poſtea quaſi examina multa Seueritarum prodierũt, ſententijs inter ſe diſsidentia. Cæterùm Seueri huius ſuprà in Centuria ſexta mentio

facta eſt,ubi diximus Antiochenum fuiſſe epiſcopum, qui ſectæ initium & nomen dedit. Verùm Platina in Gregorio,Aquileienſem fuiſſe teſtatur, qui plurimarum hęreſiũ quaſi ſeminarium quoddam extiterit. Fieri autem potuit, ut plures fuerint Seueri, qui diuerſis in locis eadẽ uenena diſſeminarint.

Enumerat autem Nicephorus quinq; Seueritarum ſectas,quę à diuerſis patronis, & uariantibus ſententijs,ſuas quaſdam accepere appellationes.

I. CONTOSABDITAS.

Hi Seuerum tantum receperunt. Scriptũ Theodoſij de Trinitate repudiarunt.Epiſcopos non admittebant. Nomen uerò à loco acceperunt, ubi conuenire ſolebant. Nicephorus libro 18.cap.49.

II. THEODOSIANI.

Secunda Seueritarum cohors fuit Theodoſianorum,ab eo ſic nuncupati,qui præcipua inter ipſos autoritate præditus erat, Alexandriæ iſtius ſectæ Papa. Et hiſce quidem titulis ab alijs uolebant eſſe ſeiuncti. Nicephorus ibidem.

III. ANGELITAS.

Tertium genns Seueritarum erat,qui Angelitę & Damianiſtæ uocabantur.Angelitæ quidem à loco Alexandriæ, qui Angelij dicebatur, ubi frequentes agebant conuentus: Damianiſtæ uerò,à Damiano quodam, ſuo anteſignano.

Hypotheſes Theodoſianorum & Angelitarum.

1.

Alium eſſe dicũt Patrem,alium Filiũ,aliũ Paracletum,ſpiritum uidelicet ſanctum.

2.

Non eſſe autem horum quenquam per ſe ipſum naturam, ſed habere cõmunem Deũ, ſiue deitatem in eis exiſtẽtem:atq; de ea deitate indiuiſibili modo participantes, quemlibet eſſe Deum.

3.

Vnam autem ſubſiſtentiam opinantur eſſe Patrem & Filium & Spiritum ſanctum:cõmunem uerò ipſum Deum ſubſtantiam, & naturam.Nicephorus lib.18.

IIII. PETRITAS.

Quarta Seueritarũ pars fuit à Petro quodam,ſuo primario epiſcopo, cognominata Petrita.Ea Seuero & Theodoſio approbato,Paulum ac Damianum reiecerunt, ſynodum quartam approbarunt, eamq; ob cauſam alios faſtidierunt.

Mutuis itaque inter ſe odijs & conuicijs certarunt. Nam Paulus & Damianus ipſos nominarunt Tritheitas: hi rurſum eos Tetraditas,& Sabellianiſtas proclamarunt.

Hypotheſin ipſorum ſic recitat Nicephorus,quamuis perplexè ſatis.Profitentur,inquit,illi Deum ſecundum ueritatem,& ſubſtantiam,& naturã,quamq; per ſeipſam,Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, dicentes,non numero, ſed per omnia ſimili ſubſtantia.libro 18.capite 49.

V. CONONITAS.

Quintum etiam genus Seueritarum exortum eſt,quod à Conone titulum accepit.

Hypotheſes.

1.

Corpora dixit non ſecundum materiam, ſed tantum iuxta formam occidere:eaq; denuò conformari,præſtabiliorem ſpeciẽ materia ipſa recipiente.

2.

Mundi ille quoq; creationem, iuxta materiam & formam, interitum autem eiuſdẽ iuxta formam ſolummodò,non autem ſecũdum materiam,fieri dicit.

3.

Reſurrectionem uerò mortuorũ eſſe,corporis iſtius cũ anima rationali unionem indiſſolubilem decernit.Nicephorus lib.decimooctauo,capite 47.

AGNOETARVM, HOC *eſt, Ignorantiæ hæreſis.*

SEueritarum propago & iſta hæreſis fuit: ideo ſectæ illæ omnes,quas modò expoſuimus,hiſce communicarunt.imò ulterius adhuc originem ſuam extendunt,nempè ad Arianos uſq;.Nicephorus Themiſtium philoſophum narrat olim huius ſectæ choragũ fuiſſe ſub Valente.

Hypotheſes iſtorum ita exponit Nicephorus.

1.

Dicunt Deum quidẽ uerbum omnia noſſe:humanitatem uerò,ſecũdum ſubſiſtentiã ei unitam,permulta ignorare.

2.

Neſcire ſanè horam & diem mundi totius conſummationis, utpotè Patre minorem, propterea quod in Euangelio ſecundũ Matthæum & Marcum dicat:De die autem illa, & hora, &c.Nicephorus libro decimooctauo,capite 50.

Sed propter iſtam ſententiam non tam fuiſſent damnandi, quàm propter alia dogmata Arianiſmum redolentia, quæ tamen non ſunt in literas relata,quantum nos quidem ſcimus.

ACEPHALORVM *Hæreſis.*

PErtinet & hęc ſecta ad Seueritas,dicta Acephalorum,ut inquit Nicephorus: quia ſub epiſcopis non fuerunt.de qua etiam ſuperiori libro diximus.

Hypotheſis.

Vnam uerbi & carnis naturam eſſe.Nicephorus libro 18.capite 45.

Ceremo-

Ceremonias quaſdam huius gregis Nicephorus recitat: ut quod defuncto epiſcopo aut ſacerdote, non baptizarint, neque cœnã diſtribuerint. Quoties autem ferijs Paſchalibus communionem celebrabant, eam quã longo tempore aſſeruarãt, in minutiſsimas conciſam partes hominibus diſtribuebant. Quilibet porrò ſibi poteſtatem fingendi, aſſerendi atque faciendi quælibet ſumebat, ea de cauſa ex plurimis capitibus plurimæ hęreſes prognatę. Nicephorus ibidem.

Epiſcopus quidam Syrus ex hæreſi Acephalorum, in Concilio Spalenſi ſecundo, cõuerſus eſt, actione duodecima. Initio autem mordicus tutatus eſt hęreſin, pernegãs duarum in Chriſto naturarum proprietatem, & aſſerens deitatem paſsibilem, ſed tandem ueritate conuictus, & ſuſceptus, hanc edit confeſsionem: Duas naturas, & unam perſonam in uno eodemque Domino noſtro IESV Chriſto confeſſus eſt, credens impaſſibilem naturam deitatis, atque in ſola humanitate ſuſcepiſſe infirmitates paſsionis & crucis.

APHTHARDOCITArum *Hæreſis.*

Commemorat Nicephorus, à Iuliano Halicarnaſſeo (cuius in ſexta Centuria mẽtionem fecimus) complures hæreſes, ueluti ex equo Troiano, quod dicitur, exilijſſe: utpote Tritheitarum, Agnoetarum, Theopaſchitarum, Iacobitarum, Seueritarum, & aliarum. Fuitq́; tantus inter ipſos contentionis ardor, ut non uererentur, eos quos ſibi aduerſari uidebant, Phantaſiaſtas & Manichæos nominare: à quibus uiciſsim audiebant Phthartolatræ & Scenolatræ. Omnes autem hoc ingenti conatu egerunt, ut Leonis tomus tolleretur, quòd is quartam Synodum uideretur firmiſsimè munire.

Hypotheſis.

Creatum quidem eſſe Domini corpus, ſed idem ab ipſa conceptione incorruptibile eſſe. Nicephorus lib. 18. capite 45.

Reſtiterunt eis, Elogius Alexandrinus, & Anaſtaſius Sinanites. Nicephorus ibidẽ, ut ſuperiori libro dictum eſt. Sed qui hac ætate eis ſeſe oppoſuerint, ignoratur Scriptorum penuria, ſeu deſidia.

SVB HERACLIO ET *alijs Imperatoribus.*

MONOPHYSITARVM *Hæreſis.*

EVtychianorum propago eſt hæc Monophyſitarum hæreſis, oppoſita Neſtorianis: nam à ſua doctrina nomẽ habet. Eius patroni fuerunt, Iacobus & Iohannes Philoponus Grammaticus in primis, qui & librum ſcripſit arte philoſophica ita figuratum, ut difficile refutatu fuerit. Nicephorus lib. 18. capite 45. In Syria magnos excitauit tumultus iſta hæreſis: ac dicti ſunt Iacobitæ, qui eam defenderunt: Melchitæ uerò, qui ei reſtiterunt.

Hypotheſis.

Quando duæ naturæ in Chriſto ſunt unitæ, unam in Chriſto duntaxat naturam eſſe effectam, non duas remanſiſſe. Nicephorus libro 18. capite 46. Rationem ſumpſerunt ex philoſophia. nam hominem anima & corpore conſtare dixerunt: non tamen duas, ſed unicam tantum eſſe hominis naturam, licet antè unitionem duplex ſit natura corporis & animæ. Idem capite 47. Item ſic ratiocinati ſunt: Si duas in Chriſto demus eſſe naturas, conſequẽtur eas neceſsitate quadam omnino duę etiam uoluntates. Si uerò hoc cõceſſum fuerit, eadem neceſsitate duę inducentur perſonæ, & duæ uirtutes operatrices inter ſe contrariæ prorſus. Nicephorus libro 18. capite 51.

Refutarunt iſtam hæreſin Leontius Monachus, qui librum triginta capitum oppoſuit. Et Georgius Piſides, Diaconus & Referendarius, cuius Iambos ex Nicephoro adſcribemus:

Υβρίζεται θᾶττον μίαν τε καὶ μίαν.
εἰ γὰρ μίαν τε καὶ μίαν λέγεις μίαν.
γέλως τὸ λεχθὲν γίγνεται καὶ παιδίοις.
Vnam atq; mox unam lapillo computat.
At unam & unam fortè ſi unam dixeris,
Pueri uel ipſi tale dictum riſerint.

Quòd autem uerſiculis his expreſsit, ſic habet. Profiteris, inquit, Philopone, philoſophorum omnium laborioſiſsime, & ſapientiſsime, duas naturas in uerbo unitas eſſe, unam diuinitatis, & unam humanitatis. Si ergo duas naturas dicis in eo conueniſſe, quomodo duas in unam rurſus contrahis? Vna namque & una duæ ſunt, non una. Itaque ſi quis in eadem ſubiecta re, duo quædam prædicando indicet, eaque ipſa rurſum in unum redigat, ridendum ſe meritò præbeat. Nicephorus libro decimooctauo, capite quadrageſimooctano.

Producit ipſe Nicephorus quoque ex Gregorio Nazianzeno teſtimonium contra hanc doctrinam libro decimooctano, capite quadrageſimoſexto. Quapropter, inquit, & magnus Theologus Gregorius, de duabus naturis ſententiam ſuam exponẽs, ſapientiſsimè ſimul & ſubtiliſsimè dicit, naturam ſuam eas ſeruare, ex quibus ſcilicet, & in quibus, & quæ ſint. Nam Ex quibus, propterea poſuit, ut ex diuinitate, & humanitate naturam declararet: In quibus uerò, ut naturas poſt unionem ſeruaret, neque eas propter mutuam unionem cõfunderet,

quæ ſint autem, ne quis aliud Chriſtum poſt naturarũ unionem factum eſſe exiſtimaret. Dogmatis iſtius exactiorem rationem inde cõſiderabimus. Corpus noſtrum ex quatuor elementis, igne, aere, aqua & terra conſtitutum eſſe, in confeſſo eſt, in quibus etiam conſiſtit. Atq; in corpore ea ex quibus, & in quibus eſt, conſeruantur. Quæ autem ſint, non itidem. Siquidem poſt elementorum unionem corpus noſtrum non purè ignis eſt, neque ſyncerè aer, neq; incorruptè aqua, neq; germanè terra, ſed aliud quiddam quàm quatuor iſta. Id ſatis ex ſenſu ipſo patet. Vnaquęque enim corporis noſtri pars aliud quiddã, quàm elementa, eſt. Verùm in diuina unione non aliud quiddam, poſt duarum naturarum concurſum, factum eſt: ſed idem ipſum eſt, Chriſtus uidelicet, Deus & homo.

EVTYCHIANA
Hæreſis.

EXponit Nicephorus capita iſtius hęreſis, idque eam ob cauſam, quia Monophyſitæ plurimum inde uſurparũt. Beda teſtatur, hiſce temporibus fidem eccleſiæ Conſtantinopolitanę hęreſi Eutychetis eſſe turbatam, in hiſtoria Eccleſiaſtica lib. quarto, capite decimoſeptimo.

Hypotheſes.

1.

In Chriſto fictam carnem fuiſſe.

2.

In ſpeciem Chriſtum eſſe paſſum.

3.

Reliquas etiam actiones Chriſti, ut humanas, tantum fuiſſe phantaſias. Nicephorus libro decimooctuo, capite 84.

4.

Naturam humanam cum natura diuina unicam tantum effectam eſſe. Nicephorus libro decimooctauo, capite quinquageſimo ſecundo.

THEOPASCHITARVM,
Iacobitarum, Armeniorum Hæreſis.

ETſi diuerſa nomina ſortiti ſunt iſti hæretici, omnes tamen fuerunt Monophyſitę, licet alius alio craſsius eandem hæreſin, ut ſolet fieri, profiteretur. Theopaſchitę dicti ſunt ab opinione, quia diuinitatem aſſeruerunt paſſam eſſe. Iacobitæ nominati ſunt, qui quidem à Iacobo apoſtolo feruntur eſſe cõuerſi: ſed poſtea degenerantes, erroribus ſe adiũxerunt. Armenij, à loco cognominati ſunt: à Petro Gnaphæo ipſos traxiſſe originem, Nicephorus affirmat, & ait apud Syros plurimum damni dediſſe.

Hypotheſes.

1.

Vnam tantummodo in Chriſto poſt unionem, naturam exiſtere. Nicephorus libro 18. capite 52.

2.

Filium Dei carnem anima carentem ſuſcepiſſe, ut Arius docuit. Nicephorus libro 18. capite 53.

3.

Corpus Domini mentem non habere: eiusq; loco diuinam eſſe naturam, ut Apollinarij ſenſerunt. Nicephorus. ibidem.

4.

Interdum docent, Filium Dei, corpus incorruptibile, increatũ, cœleſte, ſubtile, & omni paſsione alienum accepiſſe. ibidem.

5.

Non mortuum, neq; paſſum, neq; reſurrexiſſe Chriſtũ: ſed alium à Iudæis eius loco captum, & trucidatum, & reſuſcitatum. Antoninus ritul. 13. cap. 5. § 9.

6.

Interdum dicunt, Chriſtum tantum ſpecietenus paſſum, Simonis deliria imitantes. Nicephorus locis citatis.

7.

Interdum negant filiũ Dei ex uirgine corpus aſſumpſiſſe, & tranſiſſe tantum per uirginem. Nicephorus ibidem.

8.

Interdum docent Chriſtum de uirgine natum, & in cœlos aſcendiſſe, ſed nequaquam Deum fuiſſe. Martinus in Heraclio.

9.

Diuinitatẽ Chriſti affixã cruci, & paſſam eſſe dictitant. Nicephorus.

10.

Sacram quartam Synodum repudiant. Nicephorus libro 18. cap. 52.

11.

Omnes ſanctos Patres reijciunt. ibidem.

De ceremonijs ipſorum.

Porrò quemadmodũ doctrina, ita & moribus atq; ceremonijs à reliquis diſceſſerũt. Ieiunium nõ ut reliqui per interualla, ſed ad decimum quintum Ianuarij diem extendunt. Sabbatis ac Dominicis diebus Quadrageſimæ lac, caſeum & oua comedũt. Ter ſanctum hymnũ non Trinitati, ſed unigenito uerbo ſubijciunt. Non miſcent calicem aqua: utuntur in cœna azymo, non pane. Mactant & immolant in Paſchatos feſto ritu Iudaico boues, & oues, & agni ſanguine poſtes aſpergunt: & non ibi utuntur Teſtamento Domini, ſed more Iudęorum ueteri agnũ aſſatum comedunt. Quando hominem baptizant, crucẽ honore afficiunt. In media cruce clauũ ſanguine uictimæ tinctum affigunt. Tres cruces connectũt, quas ſanctã Trinitatẽ nominãt, ſignificantes Trinitatẽ eſſe paſſam. Imagines Patris & Spiritus S. effigiant. Alias

Alias quoq; ſacras imagines honorant. Sed non oſculantur, oblationem ſuã oleo iuungunt. A' læua dextrã uerſus ſeipſos cruce cõſignant. Sanctam crucem die Paraſceues ſub terram abſcondunt, poſtea uagantes quærũt & proferunt. Nicephorus libro decimo octauo, capite 53.

Patriarcha Iacobitarum etiam Heraclium Imperatorem in eum errorem perduxit. Paulus Diaconus in Heraclio.

CHAZINZARIORVM ET *Staurolatrarum Hæreſis.*

MOnophyſitarum ſectarij ſunt & iſti, in quibuſdam tamen ab ipſis diſcrepãtes: à cultura crucis ſic appellati. nam Chazua apud ipſos crux uocatur.

Hypotheſes,

1.

Non unã confuſe naturam, ſicut Iacobitę, in Christo eſſe opinãtur: ſed duas, quemadmodum & nos.

2.

Duas perſonas in uno Chriſto eſſe, fabulãtium more nugãtur, iuxta Anthropolatram, id eſt hominem adorantem Neſtorium.

3.

Paſsionis tempore, alteram perſonam in cruce paſſam, alterã autem ab ea ſegregatam ſeorſim ſtetiſſe, paſsionisq; ſpectatricẽ fuiſſe, dicunt. Nicephorus lib. 18. cap. 54.

Crucem autem uenerantur, & adorant. in reliquis itidem cum Monophyſitis cõcordantes, communicationem azymam, & poculum abſq; aqua, ſe à Gregorio illo magnæ Armeniæ antiſtite accepiſſe aſſeuerant. Nicephorus lib. 18. cap. 54.

MONOTHELITARVM *error.*

MOnophyſitarum riuus eſt iſta quoq; hęreſis. Eſt autem Conſtãtinopoli orta, ex Eutychianorum poſteris. Autores fuerunt, Sergius, Macarius, Pyrrhus, Petrus, & Paulus Georgius, patriarchę Conſtantinopolitani. Paulus Diaconus libro 6. Cyrus Alexandrinus, epiſtola Agathonis. Totum autẽ Orientem iſta lues occupauit, & Aphricam etiã infeſtauit: in ſexta Synodo Conſtantinopolitana, actione 13. In epiſtola Agathonis dicitur, hoſce hæreticos ſecutos eſſe Apollinarem, Seuerum, Neſtorium, Epiphanium Myſium, & Theodoſium.

Hypotheſes de Chriſto.

¶ Poſt unitionem in Chriſto, unicam tantum in ipſo eſſe naturam, unam operationẽ. Paulus Diaconus lib. 18. luo in Conſtante.

Aſſeclæ fuerũt multi. ac Heraclius quoq; in eum errorem deductus eſt. Paulus Diaconus lib. 18. Paulo quodam huius ſectę patrono ipſum decipiente, ut ex epiſtola Sergij in vi. Conſtantinopol. Synodo, act. 13. apparet.

Paulus Diaconus libro 18. ita exponit: Hierapoli imperator cum eſſet, Athanaſius Iacobitarũ patriarcha, uir acris, & nequam ingenij, accedit ad imperatorem, de religione cũ eo ſermones miſcẽs. Heraclius eius induſtriam cernens, promittit eum Antiochię patriarcham futurum, ſi Chalcedonenſi Synodo de duarum in Chriſto naturarũ unitione ſubſcripturus eſſet. Iſte prædæ inhians, aſtutè ſimulat ſe approbare. poſtea ſubijcit: Quid igitur de uoluntatibus et operationibus ſentiẽdum aut loquendum eſſet? ſimpla'ne an duplex eſſet? Imperator ſubtilitates iſtas nõ intelligens, Sergium Conſtantinopolitanum epiſcopum, & Cyrum Phaſelidis conſulit: qui, ut erant corrupto iudicio præditi, de una uoluntate reſpondent. Hoc modo implicitus Imperator, alios quoq; in eam ſententiã pertrahere, & cogere nititur, uerùm fruſtra.

Pyrrhus Conſtantinopolitanus patriarcha Romam ueniens, iſtam hæreſin reuocauit. Sed reuerſus in Orientẽ, ad uomitum redijt: ideoq; à Theodoro papa excõmunicatus eſt, ut in uita Theodori extat, 2. Tomo Conciliorum.

Temporibus Martini papę, Paulus patriarcha Conſtantinopolitanus, Conſtantio etiam perſuaſit, ut formulã doctrinę cõderet, & omnes ad ſuſcipiendum cogeret. Legatos pontificis Romani malè tractauit. Qua quidem cauſa adducti Romani ſacerdotes, Romæ Concilio congregato, Sergium, Pyrrhũ, Paulum excommunicant.

Miſit Cõſtantius Romam Olympiũ, ut omnes epiſcopos & ſacerdotes ibi compelleret in hęreſim cõſentire: & Martinũ papã uel iugularet, uel uinctum Conſtantinopolim adduceret. Verùm is re infecta, ad Imperatorem redijt. Poſtea Theodotus exarchus eadẽ de cauſa ablegatus eſt. is ſimulans amicitiam cũ Martino, eum comprehenſum ad Imperatorem abduxit: ut in uita Martini narratur, Tomo conciliorum ſecundo.

Defenderunt iſtam hæreſim, & Macarius Antiochenus patriarcha, Stephanus preſbyter & monachus, Petrus Metropolitanus Nicodemiæ, Salomon Cleonæ. & quidem in Sexta Synodo iſti hæretici conuincuntur Patrum ſcripta falſaſſe.

In ſexta Conſtantinopolitana Synodo Gregorius Agrigentinus in Sardonij locum ſubrogatus, Monothelitas inſigni dexteritate & grauitate refutauit. Simeon Metaphraſtes, in uita eius. item Paulus Diaconus.

Martinus papa decreta ſynodica in Orientem atque Occidentem contra iſtos hæreticos miſit, ut eſt uidere in decretis Synodicis Martini, 2. Tomo conciliorum.

Agatho papa in epiſtola ad Conſtantinũ,

ex ſacris literis errores Monothelitarum refutat. Quarta actione 6. Synodi Cõſtantinopolitanę, ſic inquit: In Chriſto etiam poſt incarnationem ſunt duæ naturæ, ſcilicet diuina & humana. ergo etiam duę operationes, & uoluntates. Item, Hęretici unam uoluntatem aſſerentes, differentiã tollunt. aut enim humanam, aut diuinam naturam docet, aut ex utriſq; commixtam & confuſam. Epiſtola Agathonis. Item, docet ex operum qualitatibus naturarum differentias cognoſci.

Sophronius quoq; Hieroſolymorum epiſcopus fortiter ſeſe iſti hæreſi oppoſuit.

Refutat etiam Monothelitas Conſtantinus Imperator in confeſsione ſua, actione 18. Idem facit Leo 2.

Quod ſibi inuicem cõtraria ſępe dixerint, ſeſeq; mutuò deſtruxerint, in actione quarta Synodi ſextæ Conſtãtinopolitanæ dicitur.

De duratione huius ſectæ inquit Diaconus libro 19. Conſtãtinus præcipuum ſtudium iuuandi Eccleſias habuit, quę ubiq; diuiſæ fuerant à temporibus Heraclij proaui ſui, & Sergij ueſani, & Pyrrhi, qui indignè Conſtantinopoleos throno pręfuerunt. Idem Iuo in Chronico dicit, in Conſtantino.

PELAGIANA.

IN Scotia, & Anglia, temporibus Heraclij hęreſis Pelagiana reuiuiſcebat. Beda de Ratione temporũ, Honorius, Adon Viennẽſis.

Hildefonſi Toletani archiepiſcopi tempore Pelagianam & Heluidianam hæreſes ex Gallijs in Hiſpanias impetum feciſſe, ſcribit Iohannes Magnus hiſtoriæ Gotthicæ libro 16. cap 21.

Hypotheſis.

Homo poteſt ſine peccato exiſtere, idque ex propria uoluntate, & non ex gratia Dei. Beda libro 2. cap. 29. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

Iohãnes papa ad Scotos ſcribit, eosq; hortatur, ut hæreſin ante ducentos annos damnatam abijciant, eleganti utens ſermone, ne eorum quorum arma combuſta ſint, cineres conentur reſuſcitare.

NESTORIANA.

MOnachos quoſdam in Syria Neſtorij errores amplexos eſſe, ſcribit Platina in uita Doni papę. Et in uita Honorij inquit: Gręcos Neſtorianorum, Iacobitarum & Hebionitarum errores eſſe ſecutos.

Hypotheſes.

1.

Mariam non peperiſſe Deum, ſed hominem: eamq́; ob cauſam nõ eſſe Dei, ſed Chriſti genitricem. Vincentius libro 23. cap. 51. Nicephorus lib. 18. cap. 48.

2.

Naturas non eſſe in Chriſto unitas, ſed habitu tantum, & affectione, ſicut amicus amico ſe per affectionem unit. Nicephorus lib. 18. capite 48.

3.

Chriſtum eſſe tenuem, & ſublimem hominem. Tenuem quidem, quia ſit ſubſtantiali unione Dei deſtitutus. Sublimem uero, quia à prima natiuitate ſit uirtutib. perfectus. Idẽ.

4.

Propter duas naturas, duas etiam ſubſiſtentias ſeu perſonas numerat. Idem.

Fallebat autem plurimos iſta ſecta, quia de unione Dei, & hominis quædam in ſpeciem diſſerebant: uerùm declarabant id fieri per affectionem.

Durauit autem, Heraclio imperiũ Romanum gubernante. nam anno imperij eius decimoquinto, Choſroes rex Perſiæ cogebat Chriſtianos fidẽ Chriſtianam abijcere, ut Heraclium percelleret: ut ſcribit Paulus Diaconus libro 18. Anno uerò 19. imperij ipſius, orthodoxis eccleſiam reſtituit, quę à Neſtoria nis tempore Choſrois fuerat occupata: ut idem memoriæ reliquit.

SVB CONSTANTE. CHARVRGITARVM

Hæreſis.

DE iſta hæreſi ita ſcriptum reliquit Paulus Diaconus lib. 19. de Cõſtante: Anno 19. imperij Conſtantis, apparuit hæreſis Arabij, eorum uidelicet qui dicũtur Charurgitæ. Muhauias autẽ hos aggreſſus, eos quì erant in Perſide humiliauit, eos uerò qui in Syria erant exaltauit. Et alios quidem uocauit Hiſamitas, alios autem Heraclitas. Et Hiſamitarum quidem donatiua ſublimauit uſque ad ducenta numiſmata. porrò Heraclitarum depoſuit uſque ad triginta. Verba Diaconi ideo huc retulimus, quia non ſatis liquidum eſt, qualem deſcribat hæreſin. Veriſimile eſt autem, Monophyſitarum, aut Monothelitarum fuiſſe cohortem. Huc & illud pertinet, quod ibidem inquit, anno 23 Conſtantis factum eſſe errorem (ſchiſma opinor) Ieiuniorum.

BONOSIACA

Hæreſis.

MEminit Antoninus, Euſtaſium abbatem Columbani ſucceſſorem, ad extirpandã Bonoſiacam hęreſin, in Germaniam eſſe profectum: titulo 13. cap. 6. §. 7. Non tamen explicatur qualis ea fuerit. uidetur aũt fuiſſe illud certamen, quod pij quidam uiri ſuſceperunt cõtra monachos Benedictinos, tum tẽporis ſeſe luis nouis ceremonijs in Germania, & Gallijs diffũdẽtes, & homines à uero Dei cultu, ad traditiones humanas abducẽtes: ut infrà in Matiſconẽſi Synodo cõmemorabitur.

PRISCILLIANISTARVM

Hæreſis.

DVrauit hoc etiã ſeculo Priſcillianiſtarum quędã factio: id quòd teſtantur Concilia in Hiſpania citeriore cõtra ipſos celebrata.

Hypo-

Hypotheſes.

1.

Vnam tantum & ſolitariam eſſe perſonam Patrem,Filiū,& Spiritum Sanctum. Sicut & Sabellius docuit Bracarenſe Concilium primum, Capite primo.

Item extra Trinitatem alia nomina diuinitatis inducunt.Capite ſecundo.

2.

Filium Dei,antequam ex uirgine naſceretur,non extitiſſe:ut Samoſatenus & Photinus docuerunt.ibidem.

3.

Chriſtum non eſſe uerum hominem: ut Cerdō,Marcion,Manichęus.ibidem Cap.4.

4.

Angelos & animas ex Dei ſubſtantia eſſe. Capite quinto.

5.

Animas humanas prius in cœleſti habitatione peccaſſe, eamq; ob cauſam in terram & in corpora hominum deiectas eſſe.

6.

Diabolum non eſſe à Deo creatum,ſed à ſe metipſo extitiſſe:nec fuiſſe initio bonum angelum.Capite ſeptimo.

7.

Diabolum quaſdam immundas creaturas feciſſe:ut tonitrua,fulgura,tempeſtates,ſiccitates.Capite octauo.

8.

Homines fatalibus ſtellis aſtringi.Cap.9.

9.

Humana corpora à diabolo,non à Deo formari.Capite 11.

10.

Coniugia & procreationē damnāt.Cap. 11.

11.

Ciboa carnium eſſe immundos.Cap.14.

Solēt autem Priſcillianiſtæ clericis & monachis poteſtatem facere, ut aliquas fœminas quaſi adoptiuas ſecum retineant. Feſtū cœnæ Domini ab hora tertia per Miſſas defunctorum, ſolo ieiunio colunt. Scripturas deprauāt & detorquent ad ſuas opiniones. Salutationem ad populum immutant.

Contra illos præſtigiatores in Hiſpania citeriore duæ Synodi celebratæ ſunt,in quibus errores cum aſſertoribus damnati ſunt.

CAPVT VI.

DE CEREMONIIS ET RItibus Eccleſiæ.

SAna doctrina de ritibus et cerémonijs deprauata ſeu penè ſublata,erroneæ opiniones pluri morū animos occuparūt,in primis, uerò quaſi præcipuus cultus Dei exiſteret in illis χάρισι externis. Quę quidē res in cauſa fuit,ut ſubinde magis magiſq; ocioſi homines,& ambitioſi ac ſuperſtitioſi, Eccleſias traditionib. humanis onerarēt,& ſtudiū diſcendi ac meditandi uerā doctrinā, & benè ac piè uiuendi ferè in uniuerſum opprimerent.

DE CONGRESSIBVS *Publicis.*

TEmplorū, in quæ Chriſtiani ſolebant ad ſacras actiones conuenire,paſsim fit mentio in hiſtorijs huius ſeculi. Nā in Bethlehē,ubi natus eſt Saluator, fuit Eccleſia beatę Mariæ,in ea ipſa ſpelunca extructa, quæ Chriſto naſcēti cunas prębuit, precioſo marmore tecta,& mira arte elaborata. Hieroſolymis fuit Eccleſia martyrū, quam ſuperioribus ſeculis Conſtantinus Magnus regio cultu conſtruxit. Eccleſia Reſurrectionis Domini, ncę rotunda,tribus cincta parietibus, duodecim columnis innitens,uſq; ad ſummum culmen tota marmore tecta: in ſummitate uerò auro exornata,habēs portas quaternas ad ſingulas mundi plagas, & in medio monumentum Domini excīſum petra cum lapide, qui ad oſtiū monumenti fuerat poſitus.

In monte Oliueti,ubi Dominus ad cœlos aſcēdit, locus iſte in Eccleſiam mutatus eſt, quæ habet ternas cameratas porticus: & in medio eius adhuc ultima Domini ueſtigia cernuntur,nō deficiente illa forma,licet quotidie terra à peregrinantibus inde tollatur:ſi credere licet.

In Mambre,ubi quercus Abræ, duorum hominum altitudinis truncus exiſtit, templum eſt extructū:ſicut de his omnibus prolixè differit Beda,lib. quinto Anglicæ hiſtoriæ,cap.17.18.

Apud Paphlagones, in urbe Adrianopolitana,Eufemiæ templum conſtruxit Alipius Cionita.Metaphraſtes in uita eius.

Cizyci item templum beatę Genitricis fuiſſe, refert Paulus Diaconus li.decimo octauo,de Geſtis Romanorum.

In monte Gargano,fuit templum Michaelis archangeli, quod poſtea deprædati ſunt Saraceni,teſte Paulo Diacono li. 4 de Geſtis Longobardorum, cap.16.

Alexādriæ Iohānes Eleemoſynari⁹ ſeptuaginta oratoria cōſtruxit.Metaphraſtes.

Byzantij fuit templum Iohannis Baptiſtæ,item Mamantis martyris. Nicephorus libro 18. cap. 40 & 41. Item templum Stephani.Paulus Diaconus de Geſtis Romanorum libro 18. Item Eccleſia magna, ex qua Heraclius muruatus eſt candelabra & uaſa aurea, cum ſuſciperet expeditionem Perſicam.Paulus Diaconus ibidem. Item templum Mariæ,quòd tamen hoc tempore deſtruxit Iuſtinianus ſecundus, & in eius locum erexit phialam, in qua populus Imperato-

peratorem exciperet. Paulus Diaconus libro decimonono. Eccleſia Sophiæ,eccleſia in domo Placidiæ, cuius altare deſtruxit Paulus hæreticus,Bizantinus epiſcopus.Liber pontificalis,in Honorio.

In Gallijs omnia plena fuerunt templis. Apod Metenſes fuit eccleſia Stephani & Petri,ut patet ex geſtis Metenſium.Brunichildis,licet extremæ malitiæ fœmina,paſsim tamen extruxit templa in honorem Martioi. Robertus Ganguinus. Pariſijs templũ Dionyſij,cuius tectũ fecit ex ſolido argento Dagobertus.Regioo libro primo.

Extructa ſunt multa etiam templa à doctoribus. ut Eligius Nouiomenſis ædificauit templum Germani, Seuerini, Quintini, Luciani, & aliorum martyrum. Vincentius libro 23.capite 88.

Leufredus templum ſanctæ crucis, & Andoini,in prædio quod Fiſcannus dicitur: & templum ſancti Stephani,in inſula Beluonica. Vincentius libro uigeſimotertio, capite nonageſimotertio.

Deicolus abbas duo templa conſtruxit, alterum in honorem Petri, alterum Pauli, in uilla Callonis: quam ei Bertildis dooauit,& Lotharius dotauit. Idem Deicolus ſeorſim ſibi oratorium peculiare extruxit. Vincentius libro uigeſimotertio, capite ſecundo & 5.

Vigilius Antiſiodorenſis epiſcopus, extra muros eccleſiam Mariæ conſtruxit. Capite 126.

Aureliæ fuit eccleſia Aoiani. Chrooicon Iuonis,in Conſtante.

In ſylua Chriſiacenſi, templom Richarij Pontinenſis.Cap.96 & 97.

In Cabellina ciuitate templum Viocentij, io quo & Concilium Cabillonenſe celebratum eſt. Conciliorum tomo ſecundo.

In Italia ſimiliter longus catalogus templorum recitari poſſet: ut Papiæ templum Agathæ,apud Blondum. Taurini,Baptiſtę templum & Michaelis: Naucletus Generatione uigeſimatertia. Ticini, Petri templum, in quo Petrus cantor fulmine ictus eſt. Paulus Diaconos de Geſtis Longobardorum libro quarto, capite decimo. Baſilica Romani martyris:idem libro ſexto, capite tertio. Item, Oraculum Saluatoris,quòd conſtruxit Ariperthus rex Longobardorũ.

Venetijs fuerunt templa Petri, Raphaelis, Saluatoris,Mariæ formoſæ,Baptiſtę,Bragetæ,Zachariæ,Iuſtinæ,duodecim Apoſtolorum. Chronicon Palmerij. Item nouem templa, quæ Magnus Altinas Opiterginorum antiſtes,circa Riuum altũ extruxit.Sabellicus Enneadis octauæ libro 6.

In Germania item plurimæ Eccleſiæ nominantur:ut Coloniæ Pipious ex Capitolio caſtro fecit eccleſiam beatæ Mariæ. Faſciculus temporum,Chronicon Iordanij de trāſlatione imperiorum. Extra moros eſt eccleſia Clementis, quæ nunc Guniberti ab autore nuncupatur. Iacobus Curio. Erfordiæ Dagobertus eccleſiam Gangolfi ditauit. Hartmannua Schedel ætate 6. Saltzburgij, Rupertus eccleſiam Petri. Apud Oſtrofrancos Gotbertus baptizatus à Chiliano, paſsim eccleſias ad Menum extruxit & inſtituit.Iacobus Curio de Origine Francorum.

In Anglia Heduinus rex Northanymbrorum Eboraci,antequam baptizaretur,tēplum Petri citato opere conſtruxit. poſtea illud ipſum Auguſtinus fecit de lapide,præparatis fundamentis per quadratos lapides: ſed in opere illo extinctus, perficiendum Oſuualdo reliquit.Beda libro ſecundo, cap. decimoquarto Anglicę hiſtoriæ.

In Berniciorum regione, Oſuualdus ſanctam crucem erexit, & adiecit eccleſiam, cũ antea nulla apud illam gētem fuiſſet. poſtea ſubinde plures ſunt ibidem extructæ. Beda libro 3.cap.2 & 4.

Londooiæ fuit templum Pauli, ubi & ſedem epiſcopalem habuit Mellitua.

Dorouerni eccleſia Andreæ. Beda libro ſecundo,capite tertio.

Io monaſterio Petri Cātuę extruxit Cadbaldus templũ Marię. Beda libro ſecundo, capite ſexto.

In monaſterio Lentiſgeu fuit eccleſia Mariæ.Beda libro 3.capite 23.

In monaſterio Stenuelſpach, templum Petri.Beda libro 3.capite 24.

In inſula Lindisfarnenſi,Finan epiſcopus ædificauit templũ de robore ſecto:idq; texit arundine. poſtea ab Eartbrecht plũbi laminis parietes cum tecto ſunt ornati. Beda lib. 3.capite 25.

Vintoniæ rex Ceuoualchius condidit tēplum opere magnificum, in quod ſedem epiſcopalem locauit,quæ poſtea Sarisberiam eſt translata. Polidorus Vergiliua hiſtoriæ Anglicæ libro quarto,pagina 88.

Portò antequam res ſacræ in illis templorum ædificijs fierent, ſolebant epiſcopi ea conſecrare & dedicare certis quibuſdam ritibus & ceremonijs, orando uidelicet,pſalleodo, miſsificando, benedicendo, exorciſcando,& id genus alijs. Sicut in Cabillonenſi Concilio idem decernitur,propoſita excommunicationis pœna, ſi quis aliud agat:præſertim ſi quæ mulierculæ inhoneſtas,obſcœnas ac amatorias cantiones,ibi ſonent. Ac inter conſecrandum ſolebāt tēplis nomina uel Saluatoris,uel angelorũ, ut Michaelis,Raphaelis, uel ſanctorũ Apoſtolorũ, uel martyrũ,io quorũ honorē ea dedicabāt, imponi.

imponi.

imponi. hine ſunt Mariæ, Petri, Pauli, Iohannis, Stephani, Dionyſij, & aliorum cognomina.

Ac ut ea res plus admirationis & autoritatis haberet, ad ſuperſtitiones confirmandas de cultu ſanctorum, & ad explendam auariciã ſacrificorum, ſigna mendacia cõficta ſunt, quibus magno ſtudio applauſum eſt. Sic, cum quidam epiſcopus prædæ inhians, Pariſijs templum à Dagoberto ædificatum, dedicare cuperet, alij ſacerdotes qui inuidebant illi conſecrationis aucupium, ſubornabant quendam qui diceret, ſe noctu in eo tẽplo uidiſſe Chriſtum, & apoſtolos Petrum & Paulum, & Dionyſium, Ruſticum & Eleutheriũ, id cõſecrantes: ac ſe leproſum à Chriſto in eius rei teſtimonium eſſe ſanatum, impreſſo ueſtigio manus in parietem. atque ita altera conſecratio fuit impedita. Vincentius libro 23. capite 36. Robertus Ganguinus lib. tertio de Geſtis Francorum.

Sic in dedicatione templi, quod Andoinus in Burgenſi ſaltu ædificarat, inter dedicandum, Parium marmor quod debebat in altare conſecrari & erigi, delapſum, & in partes comminutum, precibus conſecrantium, Andoini, Pharonis, Amandi & Eligij, concreuit in unum, ut nulla fractura animaduerti in eo poſſet. Vincentius libro uigeſimotertio, capite decimonono.

De Meldenſi epiſcopo idem refert, quòd cum uoluiſſet templum aliquod, ex ſtudio auariciæ conditum, conſecrare, illud non ſuſtinẽs uim diuinorum uerborum, totum corruerit. libro uigeſimotertio, capite uigeſimo quinto. Et quod idem Hildentius Meldenſis, ſuam eccleſiam, quam ſeptem milliarib. ab urbe cõdiderat, cõſecraturus, chirothecas ſuas in radios ſolares proiecerit, illæque ita in aere pependerint per integras horas tres, donec is preces & miſſas confeciſſet. Cap. uigeſimoquinto.

Adrianopoli, cum Alipius templum Euſemiæ conſecraret, conſpecti ſunt diaboli magnis turmis auolare, uel potius inuolare ad cultum idololatricũ & ſuperſtitioſum exercendum, & ſeducendum impios. Metaphraſtes, in uita eius.

Erant autem templa ubiq; locorum plurimis imaginibus & ſtatuis exornata: ut de Mauritio imperatore ſcribit Nicephorus, quòd illi imago quædam in templo 40 martyrum ſito apud Bizãtinos, mortem ſuam & miſerabilem exitum, qui poſtea ſecutus eſt, prædixerit clara & euidẽti uoce. libro 18. capite 42. Et Alexãdriæ per ſtatuas, hoc eſt per diabolos, qui in ijs ſtatuis habitarint, ea ipſa hora qua Mauricius eſt interemptus, rem totam ut geſta erat, indicatam eſſe ciui obambulãti; idem refert libro decimooctauo, capite quadrageſimoprimo.

De Sulpitio Bituricenſi epiſcopo in Aquitania, Vincentius dicit, quod is aliquando domo ſua ardente, & rebus omnibus deſperatis, uexillum crucis ex templo arripiens, contra ignem ſteterit: eumq́ue ita quaſi largo imbre, aut cum magna undarum ui repreſſerit. libro uigeſimotertio, capite uigeſimooctauo.

Hieroſolymis, Beda ſcribit, in tẽplo martyrum inuẽtam fuiſſe crucem Chriſti, ab Helena matre Conſtantini, eamq́ue adhuc ibi reſeruari cum magna religione.

In eccleſia Golgathana, conſpici rupem illam, in qua Chriſtus fuit cruci affixus, & adhuc ibi ſtare pergrandem crucem. Beda lib. quinto Anglicę hiſtorię, ca. decimo ſeptimo.

Secundo anno Conſtantis, Aſiatici Chriſtiani, ex ſuperſtitione multas paſsim cruces erexerunt, propterea quòd templum idolatricum ab Haumaro Saracenorum principe in urbe Hieroſolymitana extructum, diu nõ potuerat cõſiſtere, ſed aliquoties corruerat, donec crux quæ ſtabat ſupra templum montis Oliueti, eſſet ſublata. Paulus Diaconus libro uigeſimoprimo.

Conſtantinus item quintus, in ſexta Synodo Conſtantinopolitana, multas imagines & picturas fecit, & propoſuit populo: quarum magnam etiam partem Romã miſit, & in eccleſijs reſeruari mandauit, ut habet catalogus epiſcoporum Treuirenſium.

Polydorus ſcribit, in hac ſynodo ſtatutum fuiſſe, ut imagines diuorum in templis haberentur, magnaq; ueneratione colerẽtur, utpote quæ imperitioribus loco ſacrarum literarum forent: ad quas etiam Romanorum ritu, thus & cærei incenduntur. Factum eſt hoc anno Chriſti 681. ſub Agathone papa.

Neq; in templis ſolùm, ſed etiam in alijs locis imagines habuerũt. Sic in nauibus Heraclij Mariæ imago ſculpta fuit. Paulus Diaconus libro 18. rerum Romanarum.

Habebant & altaria in templis. Sic Beda refert, quòd Hieroſolymis in eccleſia Golgathana fuerit altare, in quo pro defunctis ſacrificium ſoliti ſint offerre, poſitis interim in platea corporibus defunctorum: ita in eccleſia Reſurrectionis, dicit fuiſſe tria altaria, in tribus locis parietis, uerſus Auſtrum, Boream & Occaſum. Item ante oſtium monumenti Chriſti, quod ibidem fuit petra exciſum, ſtetiſſe quadratũ altare, factũ ex minori parte illius lapidis, qui monumẽto fuerat impoſitus: alterũ quadrangulum, ex eiuſdẽ lapidis maiori parte fuiſſe uerſus Ortum. Aliud quoq; ſub linteaminibus Chriſti. Sic in monte Oliueto altare ſtetiſſe uerſus ortũ ſpectans, aſſeuerat idem libro 5. hiſtoriæ Anglicæ, cap. 17 & 18.

In Gallijs item,in monaſterio Sitthin, q. Berthinus extruxerat, altare ſtetiſſe in medio templi, aſſerit Vincentius libro uigeſimotertio,capite 111.

In monaſterio Kala, altare fuit conſecratum Mariæ uirgini deiparę.Idem cap.116.

Ticini in templo Petri, extructum eſt altare in honorem Sebaſtiani,tempore Conſtantini quinti:& ceſſauit peſtis in eo loco.Chronicon ſuonis in Conſtantino.

De Redualdo Orientalium Anglorum rege Beda dicit,quòd in eodē fano altare Chriſti & dæmonum habuerit:libro ſecundo hiſtoriæ Anglicæ,capite decimoquinto.Idem in Lindecolinda ciuitate, dicit extructum eſſe templum de metis lapidibus,in quo aliquot altaria numerari potuiſſent: capite decimoſexto.

In Campo Dono, ubi Heduinus baſilicā erexerat,quæ poſtea à Paganis incenſa fuit, ſolum altare dicit ignem euaſiſſe:idq; adhuc reſeruari in monaſterio,quod eſt in ſylua Elmete,magna cum religione.Beda libro ſecūdo,capite 14.

Diſcum argenteum librarum ſeptuaginta duarum,Arnulphus Meteuſiū epiſcopus, ac eiuſdem quantitatis Gœricus ſucceſſor eius,in eccleſiam illam collocarunt:ut patet ex geſtis Metenſium.

Baptiſterij in templo Iohannis Baptiſtæ Taurini,meminit Nauclerus Generatione uigeſimatertia.

Candelis quoq; uſi tum noctu,tum interdiu paſsim leguntur.Hieroſolymis in Eccleſia Golgatana,dicit Beda,duodecim lampades diu noctuq; arſiſſe: quatuor intra ſepulchrum Chriſti,& reliquas octo exterius ſupra ſepulchrum.libro quinto Anglicæ hiſtoriæ,capite 17.

In Gallicia & Hiſpania idem fuit moris, id quòd ex Toletano Concilio quarto colligitur,ubi capitulo octauo hoc ipſum præcipitur & commendatur, his uerbis:Lucerna & cæreus infra uigilias à nobis ſolenniter benedicitur, propter glorioſum noctis ipſius ſacramentum, ut ſacræ reſurrectionis Chriſti myſterium,quod tempore huius noctis uoti'ue aduenit, benedictione ſanctificati luminis ſuſcipiamus.Et in Cōſtantinopolitano ſexto inquiunt Patres: Conueniēdum eſt Sabbato die cum luminaribus, cuilibet Chriſtiano,ad Eccleſiam: conueniendum eſt ad uigilias,ſiue ad officium matutinum.Conciliorum tomo 2.

Ac in templis, diſtincta loca clericorum & laicorum fuerunt: & inter clericos uiciſſim alij in primo choro,ut presbyteri :alij in ſecundo, ut diaconi, ſeſsiones ſuas habuerunt:ut patet ex canone 38.Toletani quarti. Habuerunt etiam epiſcopi ſuas cathedras, ut patet ex Sabellico Enneadis octauæ libro ſexto:& Bedæ libro tertio,capite decimoſeptimo Anglicæ hiſtoriæ,ubi ſedem epiſcopi in Farne inſula,templo bis conflagrato, illæſam manſiſſe narrat.Ac inter epiſcopos ipſos, ordinem quendam obſeruatum eſſe, inde conſtat,quòd in Conſtantinopolitano ſexto teſtatur Conſtantinus presbyter magnæ Eccleſię,quòd aliquando Photiuus epiſcopus Carthaginenſis Conſtantinopolim ueniſſet, & acturus Miſſas in templo Mariæ, quæſiuiſſet,ubi deberet ſedere, utrum ante Metropolitanos qui ibi morabātur, an poſt eos. Ibi inuentum eſſe in bibliotheca librū quinti Concilij Latinum,qui ſingulis ordine ſua loca & ſedes diſtribueret. Conciliorū Tomo ſecundo.

Tempus uerò publici conuentus indicat Cæſarius,fuiſſe antelucanū, ubi inquit Homilia prima folio ſeptimo : Ad uigilias frequenter conuenimus.

In Antiſiodorenſi Concilio,canone undecimo,decretum legitur de uigilia Paſchatis, quòd ea ante ſecundam horam noctis non ſit expedienda.

In Toletano quarto,canone ſecundo, fit mētio veſpertini quoq; officij & cōuentus.

Inter dies plurimùm nominatur Dominica. Nam die Dominica Lupus apud Senonenſes peregit ſacrificium.Vincentius libro 23.capite 10.

Apud quoſdam etiam dies Sabbati inuenitur.Erat dies Sabbati,hora tertia,cum populus in foro Popilio à Grimoaldo in templo opprimeretur:Sabellicus Enneadis octauæ libro 2.

Conuenerunt tamen extraordinariè quoque, quoties aliquis anguſtia ipſos circumuenit.Nam precationes fiunt à clero populoq; tempeſtatis tempore: Blondus decadis primæ libro nono.

Ad conuocandum populum campanis utebantur.De Lupo ſcribit Vincentius,quòd is pulſando campanas, in templo Stephani apud Senonas,quo ſigno conuocare ſolebat populum,exercitum Clotharij, qui muros obſidione cinxerat, adeò terruerit, ut omnes ſeſe in fugam uerterint. libro uigeſimotertio,capitibus 9 & 10.

Sabinianum pontificem tintinnabula inueniſſe & ordinaſſe,Polydorus, libro ſexto, capite duodecimo indicat.

Cū aūt conueniſſent, cantabāt, orabāt,lectiones ſacras & conciones audiebant,ſacrā Synaxin adminiſtrabant & uſurpabant,eleemoſynas conferebāt, & ſimiles ceremonias exercebant.

De cantionibus paſsim extāt teſtimonia. In Toletano quarto expreſsè Pſalmi & hymni in laudem Dei, Apoſtolorum & martyrū compoſiti,

cōpoſiti, cani iubētur: & ſtatuitur, ut in fine nō tantū, Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto, &c. dicatur: ſed addatur, Gloria & honor Patri, Filio, &c. idque ſub pœna excommuoicationis. Item, ot in lætis cantionibus tantum ſubijciatur Gloria, in triſtioribus uerò repetatur principium. Capite 12. 13. 14 & 15.

In Bracarenſi adduntur quædam circumſcriptiones: ut uidelicet Lectores in Eccleſia non pſallant io habitu ſeculari: ut ex ueteri Teſtamento nihil pſallatur poeticè. Capitibus 29 & 30.

De modo pſallendi, Iſidorus in libro de Diuinis officijs inquit: Primitùs Eccleſia ita pſallebat, ut modico flexu uocis, faceret reſonare pſallentē, ita ut pronunciaoti uiciniot eſſet quàm canenti: propter carnales aūt in eccleſia, nō propter ſpirituales, cōſuetudo caneodi eſt inſtituta, ut qui uerbis nō cōpunguntur, ſuauitate modulaminis moueātur.

Hymnos, hoc eſt carmina in laudem Dei & aliorū compoſita ab Hilario Pictauienſi, & Ambroſio Mediolanenſi epiſcopo, iouētos per totius Occidentis eccleſias cātari, Iſidorus lib. eodem indicat.

Antiphonas primùm à Græcis inuentas, & ab Ambroſio in Latinas eccleſias iotroductas, in cunctis Occidētis regionibus in uſu eſſe, idem narrat lib. eodem.

Reſpooſoria ab Italis inuenta, & ſic dicta quòd uno canente, chorus cōſonando reſpōdeat: nūc interdū ab uno, interdū à duobus, interdùm à tribus cantari, choro in plurimis reſpondeote, idem refert lib. eodem.

Alleluia in Affricanis regionib. tantū Dominicis diebus, & 50. post reſurrectionē cantatur: in Hiſpania uerò præter dies ieiuniorū, alijs dieb. omnib. canitur. Iſido. de Officijs.

In Toletano quinto præcipitur, ut idibus Decembris quotannis per triduū peragatur Litania, pro indulgentia delictorum. cap. 1.

Io Eccleſia ſeculares cantiones prohibeotur. in Concilio Antiſiodoreoſi, canooe 9.

Omnia uerò in eccleſijs Latino ſermone fieri uoluit Vitalianus papa: idq; cœpit anno 666, ut collegit Baleus Ceoturia 1. pag. 81.

Ante lectionem Diaconus clara uoce de ſilentio populū admooebat: & populus adorans Dominum, præſignata fronte, aures accōmodabat. Lector uerò ita lectionē diſpenſabat, ut ædificaret audiētes, & corda eorum emolliret, ut pinguior oratio fieret. Iſidorus ab. de Officijs.

In Toletano Cōcilio 4. decretū legitur, ut poſt Apoſtolō oō laudes, ſed Euangeliū legatur: ut à Paſchate uſq; ad Pētecoſten miſſarū tempore lectio fiat ex Apocalypſi. canone 16. Et Iſidorus dicit, nihil in Eccleſia legi niſi ex Scripturis ſanctis, hoc eſt ex Septuaginta duob. canonicis libris. lib. de Officijs.

In Bracarenſi concilio 1. præcipitur, ut omnes eaſdem lectiones legant. Vt omnes uno modo populū ſalutent, his nimirum uerbis: Dominus oobiſcum. Et ut reſpondeat populus, Et cum ſpiritu tuo.

Poſt lectionē ſecuta eſt concio, & recitata prius ſunt uerba textus antè, quàm explicatio eius cœpta: ut apparet ex uerbis Cæſarij Arelatenſis, cuius cōcio ſic incipit: In lectione Apoſtolica, quæ nobis paolo antè recitata eſt, fratres chariſsimi audiuimus, &c. Homil. 12. & alibi.

In Cōcilio Spalēſi cōcionādi mnnns ſolis epiſcopis iniūgitur, ſicut & dedicatio tēplorū, erectio altariū, benedictio eccleſiæ, ſalutatio & exhortatio populi, &c. act. 8. pag. 188.

Cōciones ſacras magno ſtudio plebs audire ſolebat. Dieb. Domioicis certatim cōfluxerūt, audiēdi uerbū gratia. Itē ſi quis ſacerdotū in uicū fortè deueniret, mox cōgregati uicioi concionē petiuerūt. Ipſi enim ꝓpter hāc onā cauſam, ut cōcionarentur, baptizarēt, infirmos uiſitarēt, & animas curarēt, exierūt ſæpe. Beda lib. 3. hiſtoriæ Anglicæ, cap. 26.

Ac ſolebāt ad eam rem epiſcopi ſuos auditores cohortari, ut patet ex Cæſario, qui in Hom. 33. pag. 201. inquit: Iterū atq; iterū rogo uos, ut qui ad Eccleſiæ aluearīū, quaſi ad dulciſsimi Chriſti fauū, plena deuotione cōcurrunt, uelot apes prudentiſsimæ de diuerſis diuinarū Scripturarū florib. intrare cellulas præparent, ubi ſancta & cœleſtia mella ſuſcipiant, perſeuerent in opere bono: & ocioſas fabulas reſpuentes, magis pſallere & orare conentur.

Finita aūt cōcione, plurimi exijſſe legūtur, qoi noluerūt eſſe ſpectatores idolomaniæ, quæ in miſſarū pōpa perpetrabatur: ſicut Beda de ſuis Anglis teſtatur lib. 3 Anglicæ hiſtoriæ, cap. 26. inquiens: Potentes ſeculi nūquā ad eccleſiā, niſi orandi & audiēdi uerbū cauſa ueniebāt. Rex ipſe cū opportunitas exegiſſet, cū quinq; aut ſex miniſtris ueniebat, & expleta cōcione rurſus diſcedebat. Similiter paſsim in alijs locis factū eſt: ideoq; tot ubique obiurgationes & exhortationes in concionib. inueniūtor, quæ hūc zelū dānant & improbant: ut Cæſarius aliquoties hanc ipſam ob cauſam in ſuos auditores inuehitur Hom. 33. Qui diſcedunt, nec uolunt ſpectare diuina myſteria, illi non ſunt inter Chriſti examina reputandi, quia nō ſpiritualia mella conficiunt. Item: Qui abſcedunt, in eo loco ſibi præparant mortem, ubi inuenire poterant uitam. pagina 201 & 202. Et Iohannes Eleemoſynarius cū uideret aliquādo omnes abire, ipſe ſimul relicto ſacrificio exijt, inquiens: Sibi nihil opus eſſe hoc labore, ſed ſe ſynaxin celebrare ꝓpter populi utilitatem.

utilitatem. Cum illi igitur non uellét intereſſe, inanem opetam ſe ſumere. Metaphraſtes in uita eius, pagina 77 & 78.

De orationibus Cæſarius Homilia trigeſima inquit: Venientes ad Eccleſiam, hoc ſolum quòd in Eccleſia expedit fieri, agite: id eſt, aut orate, aut pſallite, ut orando peccatorum ueniam accipere, & pſallendo ad ſpiritualem poſsitis læticiam peruenire.

In Sexto Conſtantinopolitano Concilio ſtatutom eſt, ut ſingulis diebus in templia mane & ueſperi precationes fierent, & præ reliquis Symbolum, oratio Dominica, item Qui plátaſti me, Miſerere mei, uel Deus eſto propitius mibi peccatori. Item, ut Deo gratiæ agerentut pro quotidianæ uitæ cõmeatibus. Item, ur ſancti inuocarenrur pro intercesſione apud Deum, &c. id quòd in ſacris literis uon præcipitur. Conciliorum tomo ſecundo, pagina 416. cap. 7.

Soliti autem ſunt flexis genibus, aut inclinatis capitibos, & eleuatis manibus illas prę catiunculas recitare, ut Cæſarius Arelatenſis teſtatur Homilia trigeſima: Adelhelmus in Præfatione.

De Euchariſtiæ adminiſtratione & communione, in quarto Toletano, capite decimoſeptimo ſtatuitur, ut Oratio Dominica reciretut, & poſtea populo benedicatot, & terriò communio fiat. Iſidorus iu libro de Officijs, ordiuem otationum, quibus oblata Deo ſactiſicia couſectentur, in huuc modum refert. Prima oratio, qua exercitantut omnes ad orandum. Secuuda iuuocatio ad Dominum, & ſuſcipiat prętes. Tertia pro offeten tibus, & pro defunctis. Quarta, pto oſculo pacis. Quinta, in ſanctificatiõe oblationis Chriſti, & Oſanna cantatur. Sexta, confitmatio ſacramenti. Septima, oratio Dominica. Has ſeptem otationes dicit præfigutate ſeptem dona Spiritus ſancti in Eccleſia.

Tempore illo nondom Miſſas habuerunt in Anglia, ſed tota fuit ſollicitudo Doctorib. ſeruiendi Deo: ideoq; & in magna uenetatioue runc fuit religiouis habitus, ita ut ubicunque clericus aliquis, aut monáchus adueniret, gaudenter ab omnibus tanquá Dei famulus exciperetur. Sed anno demum Chriſti 664, poſt diſputationem illam de Paſchatis obſeruatione, ſacerdotium cum tonſura ſimul induerunt Anglorum prælati. ná antea apud Bedam tantum presbyteri, uon ſacerdotes nuncupati leguntur. Tandem anno 666. in pleno numero nominis Beſtię Apocalypſis 13, cantum Latinum cum otganis eccleſię à Vitaliano pontifice ſuſceperút, Miſſamq; deinde Latinam cõflare, altariaq; cum idololatricis imaginibus etigere cœperunt: unde & mortuorum inuocationes, exotciſmi, atque alia Papiſtarum pottenta ſuut ſec uta. Hæc Baleus ad citatum locum Bedę addit, in Centuria 14 Scriptorum Anglicorum, cap. 21. in Appendice.

Deniq; & oblationum meminerunt paſſim ſcriptotes: ut in Conſtantinopolitano ſexto, capite octauo, iniungitur omnibus auditoribus, ut cum oblationibus coucurrant ad Miſſarum ſolennia. Idem Cæſarius monet, inquiens: Quando ad Eccleſiam ueneritis, ſecũdum ueſtras uires eleemoſynas pauperibus exhibete: qui poteſt, offerat argentum: qui non poteſt, offetat uinum. Si nec hoc babear, exhibeat eſurienti buccellá. ſi non habeat integram, ſaltem patticolam exiguam, ut impleat illud, Frange eſorienti panem. Homilia decimaquinta, pagina 98 & 100.

Inter offerendum ſolebant cantilenas occinete, quas Offertoria uocat Iſidorus in lib. de diuinis Officijs.

De Gtegorio Agrigentino Metaphraſtes ſcribit, quòd is ſacrificijs peractis in templo, uiduas ac pupillos pauerit, illiſque adminiſtrauerit ad menſam, ac pedes deinde ipſorum lauerit.

Oblationes uerò omnes apud fidelẽ quẽdam clericum ſunt collectæ, ut eſt in Bracarenſi Cõcilio primo, capite trigeſimouono, tomo ſecundo, pag. 218.

Benedictionis, qua ſacerdotes ſolebant cœtui iam iam dimirtẽdo bona precari, meminit etiam Iſidorus in lib. de Officijs.

DE RITIBVS CIRCA Baptiſmum.

Qui baptizarint.

BAptizandi officium in omnibus ferè eccleſijs fuit penes epiſcopos & preſbytetos. Sic Sergius epiſcopus Couſtantinopolis filium Heraclij baptizauit. Paulus Diaconus rerum Romanarum libro decimooctauo. Rupertus Theodouem ducem Bauariæ, Vilfridus regẽ Euildach apud Mercios in Anglia, alioſq; eiuſdem ptouinciæ duces, reliquam uerò plebeculam presbyteri. Viucentius libro 23. capite 116. Beda libto tertio, capite quarto, & lib. quatto, capite decimotertio. Acoluthis uerò, Diaconis, & Subdiaconis non fuit licitum baptizare quenquá, ut eſt in decretis Bonifacij in libro pontificali. Presbyteris quoq;, & Chorepiſcopis, in Concilio Spalenſi actione ſeptima, idem interdicitur. Monachis tamen ſingulari priuilegio cõceſsit Bonifacius 16. q. 1. ut refert Antonios titulo 13. cap. 1. §. 1. Et Vincentius exẽplum allegat, ubi Monachus mulierem Hebręam baptizauit: libro uigeſimoſecuudo, capite decimo.

Vbi?

Baptizabant autem ferè in templis. Hetaclij fi-

clij filium Sergius baptizauit, Bizãtij in Blacernis. Ceduałdum Sergius papa, in templo Perri & Pauli Romæ. Chtonicon Iuonis in Iuſtiniano. Adalualdum filium Agilulfi regis Longobardorum, epiſcopus Modoetiæ in templo Iohannis Baptiſtæ. Paulus Diaconus de Geſtis Longobardotum libro quatto, capite octauo. Foro Popilij quoq; in templo trucidati leguntur ſacetdotes cum infaubus, intet baptizandum. Sabellicus Enneadis octauæ lib.6. pagina 180.

In priuatis ramen domibus eriam interdum, cũ neceſsitas poſtulabat, baptizatũ eſt. Nam Iudæum quendam conuerſum, Heraclius cũ Tyberiadem rrãſirer, in hoſpitio baptizari curat. Paulus Diaconus libro decimooctauo rerum Romanarum.

Sic in initio naſcentis Eccleſię apud Britãnos, ubi ram cirò tẽpla nõ potuerunr extrui, paſsim ad flumina rurba baptizata eſt: ut Beda de Northanymbris libro ſecundo Anglicæ biſtoriæ, cap.14. refert.

Ad eam uerò rem baptiſteria in templis habebanr in promptu, quorũ paſsim fit mentio apud Paulum Diaconum lib. quarto, eapire decimooctauo de rebus geſtis Longobatdorum: & apud Bedam libto 2. ca.14 Anglicæ hiſtoriæ.

Paſchali autem ſolennitate plerunq; id fieri ſolebat, id quòd exemplo probant. ut Cedualda Romæ baptizarus eſt die Paſchatis: Chronicon Iuonis in Iuſtiniano. Itẽ Adalualdus: Paulus Diaconus de geſtis Longobardorum lib.4. cap. 8. Heduinus in Anglia: Beda lib.2. cap.14. Extat quoq; decretũ in Concilio Antiſiodorẽſi, ne extra tẽpus Paſchę baptizetur quiſquã, niſi qui morti ſir uicinus.

Leo Papa tamen cõceſsit neceſsitare urgẽte, omni die baptizari: ut refert Harrman Schedel ætate ſexta, pagina 176. Sic quadrageſima die poſt partum, quoſdam infantes baptizatos legimus, ut Dagoberti filium in Gallijs: Regino libro decimo. Quinquageſima uerò Heduini filiam, quæ nata fuit in die Paſchatis, & baptizata in die Pẽtecoſtes. Beda lib. 2. capite nono.

Paulinum in meridie iuxta ciuitatẽ Troulfingam, plurimos in fluuio Trehenra baptizaſſe, Beda narrat libro ſecundo, capite decimoſexto.

Baptizarunt aũt tam adultos quàm infantes. Hieroſolymis Anaſtaſius Perſa baptizatut: Bèda de Ratione temporum, pagina 62. Conſtantinopoli regina Perſarum Cæſarea, cum marito & ſexagintra millibus hominũ, quos ſecũ adduxerant. Paulus Diaconus de geſtis Longobardorum lib. 4. cap. 17.

In Bauaria Theodo dux cum proceribus, & magna populi frequentia. Hartmannus Schedel, pagina 172.

In Hiſpania ſub Siſebutho Gotthorum rege, nonaginta millia Iudæorum: Iohannes Magnus de hiſtoria Gotthotum libro decimoſexto, capire decimoquarto. In Neuſtria exercitus Frãcicus, cum duce Boſone, à Lupo epiſcopo. Vincentius libro uigeſimotertio, capite nono.

In Anglia Eduinus: Chronicon Sigeberti. Occidentalium Anglorũ rex cum ſuis: Beda libto tettio, capite 7. Pæada meditertaneorũ Anglotum rex cum mulris nobilibus, comitibus ac militibus: Sigebertus Orientalium Saxonum rex: Siudhelm ſucceſſor Sigeberti: Oſuuius apud Northanymbtos: Euildach in prouincia Metciorum. Beda libro tertio hiſtoriæ Anglicæ, capite 21. 22. 25. & libro 4 capite 13.

Infantum uerò mentio fit in Cõcilio Toletano octauo, cap.7. & in Decretis ſexti Cõſtantinopolitani, cap.2. ubi inter alia ſic habetur: Infantes etiam nondum tationis capaces baptizamus. Et: Paruulo ægrotanti nullo modo baptiſmus denegetur: ſi quis neglexerit eius morientis animam, ille pro ea redder Deo rationem.

Ad baptiſmum tamen nemo fuit admiſſus, præſertim ex adultis, niſi qui in doctrina Chriſtiana prius fuit medioctiter inſtructus: ideoq; præceſſerunt catechizationes & examina. Sic in Concilio Bracatenſi ptimo, capite primo, decretũ extat: Viginti diebus ante baptiſmum carechumeni conueniant cum clericis, & diſcant, Credo in Deum patrem, &c. omnes ſpecialitet & ſeorſim. Item in ſexto Cõſtantinopolitano, cap. ſecundo, conſtitutum eſt, ut nullus chriſmetur, neq; baptizetur, niſi Symbolũ & Orationem Dominicam fitmiter teneat, exceptis his qui propter æratem loqui nondum poſſunt. Idem etiam in exemplis indicarut. nam Amandus Dagoberti filium antequã baptizaret, catechumenon fecit: Regino libro primo, pagina decima. Apud occidentales Saxones Birinus eundem morẽ ſeruat, regẽq; cum populo non niſi catechizatum baptizat. Beda lib. tettio, cap. ſeptimo. Sic Cedualda in inſula Vecta duos regios pueros occidendos, prius per Cynibrechtam presbyterum ſiuit in doctrina Chriſti inſtrui & baptizari. Beda libro quarto, capite decimoſexto. Monachus itidem quidam Hebræã puellam, antequam baptizat, catechiſmo infotmat. Metaphraſtes pagina 74.

Patrinos itẽ baptizandis tum Infantibus, tũ adultis affuiſſe legimus. ut Perſicę reginæ patrinus Cõſtãtinus Imperator fuit: Regino li.1. Occidentaliũ Saxonũ regis, Oſuualdus apud Northanymbtos, Euildach Metciorũ regis Vulferus rex. à quo idẽ in filiũ poſtea adoptatus, duas prouincias Vectã & Meãna

rotum inſulam accepit. Beda libro qnarto, capite decimotertio. Pharonis epiſcopi Meldēſis, rex Lothatius. Vincētius libro uigeſimotertio, capite decimoſeptimo. Idem & Meroueum, regis Theodetici filium, infantem de baptiſmo ſuſcepit. Nauclerua generatione 21. Heribertus, Dagoberti filium. Regino lib. primo.

Nemo tamē ad munns pattini ſeu fideiuſſotis eſt admiſſus, niſi qui Symbolum & orationem Dominicam firmiter tenuit, ut eſt in decretis ſexti Conſtantinopolitani, capite ſeptimo. Sic neque abbates neq; monachi admiſsi leguntur. Antiſiodorenſis Concilij canone decimonono, pagina 185.

Fuitq; huius ſacramenti magna ueneratio, adeò ut patrinis nō licuerit coniugali copulatione miſceri. Cōciliorum Tomo ſecūdo, pagina 184.

Forma uerborum non expreſsè ponitur: qnare conſentaneum eſt, illos nſitatam inſtitutionē Chriſti retinuiſſe, ut in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti fieret baptiſmus. In ſexto tamen Conſtantinopolitano mentio fit peculiaris confeſsionis de Reſurrectione carnis. Conciliorum Tomo ſecundo, pagina 356.

Exorciſmi, quo infantes baptizandi purgari debeant, meminit Synodns Bracarenſis ſecūda, capite nono. & Iſidorus in lib. de Officijs inquit: Propterea exorcizātur pueti, ut relicti à diabolo, ſecutiter neniant ad baptiſmum.

Soliti ſunt inſuper plurimi homines huic ceremoniæ intereſſe. Siquidem in publicis congreſsibus, & plerunque in ſolenni feſtiuitate peragi conſueuerat. Exemplum Zonaras allegat de Heraclij filio, quòd ad eius baptiſmū totus Senatus Conſtantinopolitanus fuetit inuitatus. tomo tertio, pagina 68.

Appellationes quę baptizatis fuerunt impoſitæ, plerunq; uel ſanctorum uel amicorum memoriæ inſeruierūt. ut Anaſtaſius Perſa, antea Magundat dictus, in baptiſmo id nomen accepit. Metaphraſtes. Dagoberti filius, Sigebertus nominatus eſt: Chronicon Sigeberti. Cedualdæ baptizato nomen Petri fuit impoſitum à Sergio papa. Beda libro 4. capite 7.

Peculiari quoque ueſtitu utebantur, tum baptizantes, tum illi qui baptizabantur. Sic de Heduino Beda tradit, quòd poſt baptiſmum fuerit cum ſuia procetibus in albis poſitus: libro ſecūdo, capite decimoquarto. Et de Cedualda Chronicum Iuonis ſub Iuſtiniano memorat, quòd Romę baptizatus, cum adhuc in albis ſtaret, mortuus ſit. Et ſacerdotes baptizantes in ſacro amicto in Foro Popilij interfectos eſſe, dicit Sabellicus libro 6 Enneadis octauæ.

Iudæorum liberi baptizati, aut in monaſteria, aut cuidam Chriſtiano tradebantur, à quo tam in motibus quàm in uita rectè inſtituerentur. Toletanum concilium quartum, capite 59.

Illos deniq; quos nō rectè baptizatos putarunt, denuò rebaptizādos eſſe ſtatuerūt. Et narrat Beda exemplū de quodā Iohanne Hagulſtadenſi epiſcopo, qui miniſtrum ſuum Herberd nomine de integro baptizatit, cum audiſſet eum antea à presbytero quodam baptizatum, cui munus baptizādi fuerat interdictum: propterea quòd præ ſtupiditate & tarditate ingenij catechiſandi & baptizandi ritum non rectè potuiſſet adminiſtrare. libro quinto hiſtoriæ Anglicæ, capite ſexto.

DE CONFIRMATIONE.

BAptizatis inſuper ſoliti ſunt imponere manus, chriſmateque ipſorum frontes ſignare, ut eſt in Cōcilio Spalēſi: ubi illud ipſum presbyteris interdicitur, ac ſolis epiſcopis demandatnr, actione 7. In Bracarenſi ſecnndo additur, ut modicum balſami conſecrati & benedicti in eo ritu uſurpetur: capite quarto. Neq; potuit ullus presbyter illod chriſma aut facere, aut conſecrare: ſed fuit illud penes epiſcopos ſolos, ut ibidem decernitur. Nec minor fuit huius ceremoniæ reuerentia & dignitas, quàm ipſius baptiſmi. Nā Deuſdedit ſanxit, de ſeptem donis baptiſmatis, à primo pabulo ſalis ſacrati, uſque ad cōfirmationem Spititus ſancti per chriſma, quòd ab illo primo dono uſque ad ſeptimū nulli Chriſtiano licnetit commatrem ſuam in coniugium recipere. Luthprandus in uita eius, & Sigebertus in Chronico.

Ad hoc quoque officium nemo eſt admiſſus, ut coram epiſcopo ad cōfirmandū quēlibet teneret, niſi qui in catechiſmo erat inſtructus, aut ſaltem Symbolum ac Orationē Dominicam memoriter tenebat: ut patet ex ſexti Conſtantinopolitani capite ſeptimo.

VARII CASVS.

¶ Caſus præterea uatij circa baptiſmum ſæpe accidiſſe leguntur. Vt de Dagoberti filio, Regino ſcribit libro primo, quòd is quadrageſimo die poſt partum, ab Amando baptizatus, finita precatione, cum reliqui omnes tacerent, ipſe reſponderit Amen, clara & expreſſa uoce. Idem Sigebertus annotat.

De Arnulpho item refert Vincētius, quòd ab eo leproſus qnidam baptizatus, ſtatim inter baptizandum cœperit ſanari, et aliam induere carnem. libro 23. capite 76.

Sæpe etiam Catechumeni ante baptiſmū ſunt extincti: & illis neque oblationis cōmemoratio, neque pſallendi officium eſt impēſum. Concilium Bracarenſe 2. cap 35.

De Hildentio Meldenſium epiſcopo Vincentius habet, quòd is aliquando puerum ſi

ne

ne baptiſmo murtunm, reſuſcitarit ex murtuis, & tandem baptizarit, & nomen fecerit Adelberti patris ſui. lib. 23. capite 25.

DE RITIBVS CIRCA *claues.*

CLanium quuq; pureſtatē hac ætate in uſu fuiſſe apud Chriſtianus, tū Canunum ſtatura, tum exempla abundè teſtâtur.

Fuit autem hęc puteſtas penes Epiſcopus & ſacerdutes ſulos, niſi quòd puſtea munachis quoq; Bunifacius eam cunceſsit, anno Domini 618. Sigebertus in Chrunico. Preſbyreris uerò & chotepiſcupis nō licuir quē quam uel ligare uel abſoluere: ut eſt in Conciliu Spalenſi actiune ſeptima, Cōciliotum tumo ſecundu.

In ipſo autem excommunicationis actu adhibiti ſunt plurimi tum ſacerdotes, tum clerici: eſtque facta renunciatio publicè coram pupulu, ut teſtatur Cæſarius Homilia prima, foliu 7.

Excommunicati à cunuentibus Chriſtianorū penitus ſunt excluſi & ſegregari, adeò ut neq; cum illis conuerſari, neq; cibum capere cuiquā qui Chriſtiani numinis eſſe uuluit, licuerit. Tale decretum extat in Antiſiudurenſi Concilio, canone uigeſimooctauo his uerbis: Excummunicatis non cummunicetur, neq; cibus cū ipſis ſumatur. Irem canune 29. Omnis recipiēs excōmunicatū ſciens, eandē excōmunicatiunis pœnā ſubeat.

Agenres pœnirentiā quandu ſufficienter, ut illi loquunrur, duluerunt uel planxerunt peccara; rurſus ſunt recepti. Sic plurimi ſunt canones, qui tārum de excummunicatione ad certum rempus loquuntur. ut: Quicunq; paganutum cunſuetudine utitur, uel maleficia inuenit, is excōmunicatus ſit ad annos quinq;. Antuninus titulo decimurertio, capite primu. §. 3. Item: Qui Eccleſiaſticis perſonis iniuriam facit, excommunicatus ſit, donec legirimè ſatisfaciat. Cunciliu Tuletanu 11. capite 6.

Illa quuq; receptio publicè facta eſt, ut Cęſarius reſtarur inquiens: Iuſtum eſt, ut qui cum multorum deſtructione ſe perdidir, cū multurum ædificatione ſe tedimat. Humilia prima, fuli o 7.

Abſulutiunem pręceſsit confeſsiu, in qua poſtulata eſt enumetatiu umnium peccarorū, tam à cętera turba cunfitentiū, quàm ab excūmnnicatis. Sic in Geſtis epiſcopurū Metenſium, Amatus coram fratribus ea quę meminerat delicta omnia, in cilicio & cinere publica uuce recitaſſe dicitur. Sic præcipirur in Tuletanu undecimo, cap. 7. Quotieſcunque quilibet ex ſubditis corrigendus eſt, aut publica debet à ſacerdote diſciplina curari, aut duurum uel trium fratrū ſpiritualium reſtimonio adhibitu, & modus criminis agnoſcatur, & modus pœnitētiæ irrogetur: ita tamen ut is qui ſententiā pruſert, ſi exilio uel terruſione dignum ſit factum, ſua manu ſententiæ ſubſcribat.

Canones ſatisfactionum uarij legūtur, & innumeri, quibus creditum fuir peccatorū mulem expiari puſſe. Capita tamen præcipua tecenſentur à Cæſariu; ut Hom. 1. folio 7. Viſitatiune infirmurū & captiuorum, ieiunandu, et pedes huſpiribus abluendu, minuta peccata redimunrur. Pro capitalibus uerò criminibus hæc nō ſufficiunr, ſed addendæ ſunt lachrymæ, rugitus & gemirus, cōtinuata ieiunia lungo tēpore, largiores eleemuſynæ, ultrò nus ipſos à cōmuniune remuuentes, in luctu & triſticia lungu tēpure permanentes, & pœnitenriā etiā publicè agentes. Item: Opurtet unumquemq; ſuper ſeipſum quaſi ſuper mortuū conclamare, & magnus ſuper extinctā animā dare planctus, & quomudu ſulet marer ſuper unicum mortuum filium lamenrari, ita ſuper uuicā animā noſtram criminis gladio interfectam upurtet totum pōdus duloris effundi, ſi furtè pulsit lachrymatum fumentis & calure fidei ſuſcitari. Hum. 10. folio 62. Item: Omne peccatū quud hic pœnitendo nun corrigirur, in futuro ſeculu punietur. Homil. 28. foliu 171.

Aliqui hurum rurſus de perpetua pœniteuria, aliqui de finita, & ad certum tempus præſtanda luquuntur. ut: Qui ſemel puſt ſuā ordinationem in lapſum inciderit, depunatur, & deinceps nullam nnquam Eccleſiaſticam dignitatem adipiſcatur, ſed ſufficiat ei lamētatiunibus, fletibusq; aſsiduis quuadusq; uixerit, in pœnitentia perdurare, ur cōmiſſum delictum exringuere ualeat. Martinus papa in epiſtola ad Amandum. Et: Qui deprædationes fecerint, quadraginta dies pane & aqua contenti ſint. Toletano undecimo, capire 7.

Exrant etiā exempla, ubi pru delictis ſpunte quidā ſibi huiuſmudi exercitia couſtituerunt, ſpe uana de ſatisfactione faſciuati. Anrea abbatiſſa prupterea, quòd aliquando ſacrificulu ineptè prununciante uerba interlegendū, ipſa ſibi munus ſacerdotis rapuerat, ſponte hanc pœnitentiam ſibi irrogauit, ut per annos ſeptē in paruu oratoriu incluſa, ſeorſim ab hominibus uiuerer. Vincērius lib. 23. cap. 75. Hildērius, prupterea quòd apud Meldenſes templum uuluerat cunſecrare, auariciæ ſtudiu extructum, Rumam profectus coram Puntifice culpam eſt cunfeſſus, & poſtea ſpōte in exilium migrauit: in quu tam diu nagatus eſt, prędicans uerbum Dei, dunec diuiuitùs per angelum reuocaretur. Vincentius libro 23. cap. 25.

Muribūdos tamen agentes pœnitentiam receperunt, licet anni quibus pœnitētię fue-

rant deſtinati, nōdum eſſent exacti: ut habet Toletanum Cōcilium undecimum. In mortis periculo pœnitens manuum impoſitione reconcilietur, & memoria talium in Eccleſia commendetur, oblatio quoq; pro eorum delictis accipiatur, &c. capite duodecimo. Impœnitentes uerò & pertinaces eodē loco habuerunt poſt mortem, quo uiuos: id quod Sabellicus teſtatur Enneadis octauæ libro ſexto, pagina 182.

CASVS.

¶ Epiſcopus quidam Anglus, nobilē prædiuitem Comitem, propter illicitum coniugium excommunicarat: & prohibuerat, ne quis Chriſtianus domum iſt.us intraret, aut cibum cum eo caperet. Contempſerat uerò Sigebertus rex præceptum Epiſcopi, & intrauerat epulaturus cū Comite. Id ubi reſciuit Epiſcopus, ſola imprecatione effecit, ut ſubita morte rex extingueretur. Beda hiſtoriæ eccleſiaſticæ Anglicæ libro tertio, capite uigeſimoſecundo.

RITVS CIRCA COEnam Domini.

ADminiſtrarūt cœnam Domini omnes Epiſcopi, ſacerdotes, presbyteri, & monachi, idq; palàm in templis, ac publicis cōgreſſibus, ut paſsim eſt uidere in hiſtorijs.

De loco decernitur in Cōcilio Toletano quarto, ut in choro clerus, extra chorum populus communicet: capite decimoſeptimo. In monaſterijs uerò peculiarem locum huic rei deſtinatum fuiſſe, Beda refert: eum uideli cet, ubi ægroti morituri quieuerunt. lib. 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite 24.

Altaria ad eum uſum in templis extructa fuiſſe, eaq; mirificè ornata, Polydorus teſtatur libro quinto, capite ſexto, folio 321. Et de Eualdo Albo ac Nigro Beda narrat, quòd in Saxoniam proficiſcentes, altare portabile, aliaq; uaſcula ſemper ſecum tulerint. libro 5. capite 11.

Vaſa, ut calicem & patinam auream, paſsim habuerūt. De Paulino enim Beda dicit, quòd is interfecto Heduino rege Northanymbrorū, Cantuam reuerſus, plurima uaſa aurea ad miniſterium altaris cōſecrata ſecū attulerit: hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro tertio, capite ſecundo. Et in Synodis aliquoties decretum legitur, ne quibuſuis liceat uaſa illa contrectare, portare, nedum ad profanos uſus adhibere. Bracarenſi prima, capite 28. Et Conſtantinopolitana 6. capite 3.

Quo tempore, quibus ue diebus ac feſtis cœnam Dominicam diſtribuerint, nō ſatis conſtat: niſi quòd Paſchatis mentionem facit Cęſarius, ubi inquit: Paſchali tempore oi dete ut libera conſcientia ad altare Domini accedatis, ut corpus & ſanguinem eius non ad iudicium, ſed ad remedium poſsitis accipere. Homilia 18. folio 116. Ante meridiē autem ieiunis diſtribuerūt: Iſidorus in lib. de Officijs. & quotidie licere cœna uti, niſi intercedat peccatum aliquod: idem aſſerit.

Rauennæ Theodorus in natali Chriſti, & quidem ante exortum ſolis, Euchariſtiā celebraſſe dicitur: apud Nauclerū generatione 23. pagina 589. Et in Antiſiodorenſi Cōcilio uidetur ſingulis Dominicis adminiſtrata. Inter alia enim ibi Canon extat, ut mulier cōmunicans habeat ſuū Dominicale: ſi nō, differat communionem in proximā Dominicam. Canone quarto.

Admiſsi autem ſunt ad huius cœnę uſum, quotquot Chriſtianam doctrinam fuerunt amplexi, niſi qui baptiſmi lauacrum nondū acceperant: ut habetur exemplum apud Bedam, ubi Epiſcopus regijs adoleſcentibus apud Orientales Saxones, licet à religione Chriſtiana non admodum diſſentirent, tamen quia non uellent baptizari, cœnam Dominicam negauit. Beda lib. 2. cap. 5. Coniuges aliquot dies ante cœnę uſum à cōſuetudine connubij abſtinere, & continentius uiuere, Iſidorus iubet lib. de Officijs.

Materia qua uſi ſunt in cœna, nuſquam alia inuenitur, niſi azyma, & uinū cum aqua mixtū. Iſidorus de Officijs. Præterquā quòd de ſolis Armenijs Nicephorus ſcribit, illos azymam & uinum abſq; aqua uſurpaſſe: lib. 58. cap. 54. Alioqui paſsim hoc decernitur, ut uinum mixtum cum aqua offeratur: ut in Antiſiodorenſi concilio, canone 8. & in Bracarēſi 3. cap. 1. ubi ſimul damnātur quidā, qui lac pro uino uſurparant. Itē alij, qui uuis expreſsis uinum obtulerant. Conciliorum Tomo ſecundo.

Ratio utriuſq, materiæ in ſexta Conſtantinopolitana, interrogante Conſtantino, exponitur his uerbis: Oblatio quæ in ſacrificium altaris offertur, nullam commixtionē fermenti debet habere. Siquidē Chriſti corpus fuit ſine corruptione genitum. In calice uerò debet uinum & aqua offerri: nam ſi ſolum uinum offerretur, ſanguis Chriſti inciperet eſſe ſine nobis: ſi ſola aqua, plebs ſine Chriſto, ideo miſcetur utrūq;, &c. ut patet ex epiſtola Humberti aduerſus Nicetū. Et Antoninus inquit: Nō oportet aliud dari, niſi uinum & aquā: quia ex corpore Chriſti fluxit ſanguis & aqua. titulo decimo tertio, cap. primo. §. 3.

In cōſecratione nō tā inſtitutionis uerba, quàm alias precationes obſeruaſſe uidētur. ideoq; innumeræ cantionū & precationum formulę ſubinde à Pōtificib. & epiſcopis inuentæ ſunt, & auctæ: ſicut harū lōgum catalogum recitat Sigebertus in Chronico. Et Cęſarius Homilia quinta hūc ordinē ponit, ut in conſecratione ſacerdos dicat, Surſum

corda,

cotds, &c. Reſpondeat populus, Habemus ad Dominũ. Item: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Benedictus qui uenit, &c. Poſtea recitetur oratio Dominica, ſequatur benedictio in populum, & tãdem corporis et ſanguinis Chriſti ſactamentum ſumatur. folio 33.

Eleuationem quoq; in uſu fuiſſe, Iohãnes de Oppido teſtatur, ubi de Iſidoro Hiſpalenſi epiſcopo diſſerens, inquit: Quando leuatur Sacramẽtũ, canit, Videte in quẽ creditis.

Veſtimenta quibus diſtribuentes cœnam fuerunt amicti, hac ætate nõnihil cœperunt uariare. Plurimi enim ſolam ſtolam induerunt, ſecuti conſtitutionem Syluestris pontificis, qui neq; in ſerico, neq; in panno tincto, ſed tantum in lineo terreno euchariſtiã celebrari uoluit. Siquidem & Chriſti corpus nõ niſi in ſyndone fuiſſet ſepultum: ut habet liber Pontificalis de Syluestre, & epiſtola Humberti contra Nicetam.

Neq; uerò mutilatè Cœna Domini, ſed integra omnibus ex æquo eſt adminiſtrata: ſicut id probatur tum ex hiſtoria Conciliorũ, præſertim ex Toletano undecimo, ubi capite undecimo claris & perſpicuis uerbis utraque pars exhiberi præcipitur: tum ex ſcriptoribus, qui exempla eorũ qui hoc modo cœnam acceperunt, referunt. Nam de Banone quodam ſcribit Vincentius, quòd is moriturus utramq; partem ſumpſerit: libro 23. capite 7. Sic de Furſeo & Richario Pontinenſi idem aſſerit, libro 23. cap. 81. & 97. Et de Ceadda rege Anglorum, Beda libro quarto, cap. 3.

Quomodo autem & quibus ritibus communicantes acceperint cœnã, non certò traditur. Conſentaneũ tamen eſt, illos manibus accepiſſe, nec paſſos ſibi per miniſtros in os inſeri aut infundi. In Antioſiodorenſi enim Concilio habetur, ut mulier manu nuda euchariſtiam nõ ſumat: canone uigeſimo ſeptimo. Sic de Cedmonno Beda tradit, quòd ægrotans ſibi allatã euchariſtiam, ipſe in manus acceperit: libro 4. capite 24.

Poſt exhibitionẽ cœnæ benedictio ſuper populum recitata eſt, & peracta fuerunt ſacra, ut habet Cęſarius Homilia quinta. Interdum etiam ſecutũ eſt conuiuium in ipſo tẽplo, ſicut de Ausberto Rothomagẽſi epiſcopo Vincentius ſcribit, quòd is expletis cœnæ Dominicæ ſolennibus, cunctos ciues in templum duci iuſſerit ad præparata conuiuia: libro 23. capite 100.

Aegrotantibus etiam domum miſerunt cœnam euchariſticam: ut habetur in Toletano Concilio undecimo, cap. undecimo. ubi inter alia hæc uerba extant: Sacramentum ægrotis domum portetur.

DE SACRIFICIO MISSAE.

MIſſa à Romanis pontificibus inuenta, & ſubinde aucta hoc ſeculo, alijs paſſim Eccleſijs uel obtruſa eſt inuitis, aut ſtudio nouitatis ultrò recepta. Nã Britannicis eccleſijs Agatho miſit Iohannem monachũ, archicantorem Romanum, ut celebrationũ & ſacrificiorum ritum eas doceret, circa annum Domini 679. Beda libro 4. capite 18, de geſtis Anglorum.

Et anno Domini 681, in octaua Paſchæ Iohannes Portuenſis legatus Papæ Conſtantinopoli coram imperatore & patriarcha, & plebe, primus in templo Sophię Latinã miſſam celebrauit: approbãtibus omnibus, qui tum aderant, illam nouitatem, aut nuper inuentũ prodigiũ. Beda de Ratione tẽporum.

Sic de duobus Eualdis idem tradit, quòd in Saxoniam migrantes, quotidie miſſas celebrarint, habentes ſecum altare portabile & uaſa ſacra: Eccleſiaſticæ hiſtoriæ gẽtis Anglicæ libro quinto, capite undecimo. Idẽ & Goericus Metenſium epiſcopus factitauit: & Vitalis monachus in ſua cellula, quæ dicebatur Porta ſolis: ut habẽt geſta Metenſium epiſcoporum.

Sed quibus ceremonijs uſi ſint in illa theatrica geſticulatione, infrà dicemus de Romanæ eccleſiæ ritibus.

RITVS CIRCA *Orationes.*

QVòd Chriſtiani ſoliti ſint conuenire ad preces, ſuprà dictum eſt in genere. nunc uerò ſigillatim, quãdo, ubi, & quomodo, publicè uel priuatim orarint, breuiter ſubiũgemus. Ac primùm iuxta antiquos Canones in Hiſpanijs hoc receptum fuit, ut in ſingulis prouincijs, una & eadem eſſet orandi conſuetudo: id quod repetitur in Toletano Concilio quarto, capite ſecundo.

Geſtibus autem uarijs ac diuerſis uſi ſunt. Quidam enim genibus flexis, quidam proſtrati ad terram, quidã erectis ad æthera palmis, quidam alijs motibus & geſticulationibus preces fecerunt: ut paſsim eſt uidere. Heraclius reportans lignum Dominicæ crucis ad Caluariæ locum, depoſitis precioſis ueſtibus, in uili habitu, & nudis pedibus iter eſt ingreſſus. Inde quotannis in commemoratione paſsionis Chriſti adoraturi crucem, diſcalceati ſoliti ſunt accedere: teſte Blõdo, Decadis primæ libro nono.

Oſuualdus rex Anglorum, propter crebrũ orandi morem, ubicunq; ſedit, ſuper genua ſua manus habere ſolitus eſt. Dicitur et inter precandum circumuentus ab hoſtibus, diem clauſiſſe cũ hac uoce: Deus miſerere animarum noſtrarum: teſte Heinrico de Erfordia capite 56. & Beda libro 3. capite 12.

Trudo Metenſis proſtratus humi, inter orandum multas fundere lachrymas, frontẽ terræ allidere, pectusq; manibus contundere ſępius uiſus eſt. Geſta Metenſium.

Ad orientem orantes ſeſe uertunt, apud Meraphraſten. & eum crucibus circumeunt: apud Vincentium libro uigeſimotertio, cap. ſepruageſimoſexto.

Sic ad aras, ſtatuas & imagines paſsim inuocaſſe legũtur. Hieroſolymis (inquit Blõdus) quotãnis in recitatiõe paſsionis Chriſti, ad lignũ Crucis adorãt. Decadis primæ, li. 9.

Grimoaldus maiot domus in auls Hildeberti, Leodij ad aram Lamberri adorans, à ſatellirs per iuſidias transfoſſus traditur: apud Henricum de Erphordia, capite 60.

Et ad monumenta Sanctorum. Sic monachi ad ſepulchrum Auſtregiſili cum lachrymis orantes, impetrarunr uindictam aduerſus hoſtes: Vincentius libro 23. capite 29. Ira cum Pariſijs aliquando ex Columbę templo furtim ſublata eſſeut ornameuta, Eligium acceſsiſſe nugãtur, & ad Sanctũ oraſſe hæc uerba: Niſi reduxeris ornamenta, obſerabo templum perpetuò, ut omnis tibi cultus detrahatur. & ſtatim altero die omnia ornamenta fuiſſe reſtiruta, Hæc ſunt futioſa, ideo malus ſpiritus eos ira luſit. libto 23. capite 88.

Ad cœnobia etiam & certa templa, quidã precationes ſuas alligarunt: Quidam ad terram Sanctam orandi cauſa profecti ſunt: alij domi in angulis: alij foris in agris inter condenſa ueprium & cõuexa uallium precationes ſuas facere maluerunr: teſte Beda hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libto tertio, capite decimo ſexto. & libto quarto, capitibus 3. et 10. Metaphraſte in uita Eleemoſynarij: & Vincentio libro 23. capite 24.

Certis horis Eccleſias oraſſe, ex geſtis Metenſium apparet: ubi de Goerico Aquitaniæ rege ſcribitur, quòd ſepries in die cum Eccleſia Deo laudem dixerir. Sic ueſpertinarum precum, itemq; marutinarum paſsim fit mẽtio apud Metaphtaſten, Vincentium libro 23. cap. 98. 103. & Bedam lib. 4 capite 19. & Iſidorum in lib. de Officijs.

Quidam dimidias, quidam totas etiã noctes inſomnes duxere orando: ut Furſeus apud Vincentium lib. 23. cap. 81. Philibertus ibidem, capite 95. Gregotius Agrigentinus cũ ſociis in itinere & domi, apud Meraphraſten. Laurentius epiſcopus in Anglia lectũ ſuum habuit in templo, & noctu lachrymas & preces ad Deum effudit. Beda libro ſecundo capite 6.

Daniel & tres pueri Chaldæi ſupplicationibus deuouerunt, ut tres horæ nobis Trinitatis reuereutiam declararẽt, ut ter in die Trinitas togata colarur. Et tertia orandum eſt, eo quòd Spiritus ſanctus hora rertia deſcẽdit ad tetras: ſexta, pro eo quòd hota ſexra Chriſtus in cruce ſuſpenſus eſt: nona, quia patibuli cruciamenta pertulit: & per quaternariũ uſque in ueſpertinum officium, quia quaternis ſignificationibus mũdus quadrifariè diuiſus, iu trinitate ſaluatus eſt, & in nocturnis horis, qua ſepties Trinitatis myſterium ueneramur. Iſidorus de Officijs.

Quidam ad numerum preces recitare ſoliti ſunr, præſertim Pſalmos: ut de Aurea abbatiſſa, Saliberga, & alijs mouialib. ſcribit Vincentius libro 23. capite 30. Heinricus de Erphordia capite 56.

Formæ precationum potiſsimùm fuerũt Pſalmi, aut ex Pſalmis decerpta. Iremque Litaniæ, quibus hoc tempore addita eſt contra Dei uerbum inuocatio mortuorum, ut colligit Balęus Cẽturia prima ſcriptorum Britannicorum, in Houorio.

Priuatarum precum paſsim exempla recitantur, quibus miracula etiam attribuuntur. Sic Bauo mortuum ſua oratione excitauit. Vincentius lib. 23. capire 6. Idem Andoinũ, cum in Hiſpanijs pet ſeptem annos plunia non uiſa eſſet, largiſsimos imbres ſua precatioue impetraſſe dicit libro 23. cap. 28. Similiter Iodocus inuocato nomine Ieſu, aquam ex petra extraxit. libro uigeſimotertio, cap. centeſimo ſexto.

Oidilual d monachus ſæpe precibus inſiſtens, tumida æquota placauit: apud Bedam libto 5. cap. 1.

Fabuloſum eſt quod uarrat Sigebertus in Chronico, anno Domini 613. mulierem gallicanam apud Mauriennam urbem, ſeptẽ dies ieiunaſſe, & aſsidua precatione pollicem Iohannis, quo monſtrauit Chriſtum, ab altari accepiſſe.

Precationum ante cibum, & gratiarum actiouum poſt ſumptum cibum, mentio fit in Chronico Aeditui, de Martino.

RITVS CIRCA VOCATIOnem & ordinationem.

ORdinationem Epiſcoporum & aliorum miniſtrorum, præceſsit electio, quæ facta eſt ſuffragijs populi & aliorum Epiſcopotum in uicinis: teſte Cabilloneuſi cõcilio, capite decimo: & Vincẽtio libro 23. capite 119. qui dicit, proiectum Aruernenſem epiſcopum, à clero & populo fuiſſe electum. A' Magiſtratu tamen neceſſe fuit peti aſſenſum & confirmationẽ, ut inquir Chriſtophorus Gradenſis apud Sabellicum de ſua prouincia: Sacerdotia quibus à clero populoq; decreta fuerint, dux Venetus per manus tradat. Enneadis octauæ libro ſexto. Ita in electione Pharonis epiſcopi Meldenſis, populus eligit, & aſſenſum perit à Lothario rege. Vinceutius lib. 23. cap. 17.

Romani põtifices ſuũ quoq; uoluerũt requiri aſſenſum, ut infrà in loco de Politia dicemus. Rauuennati tñ eccleſiæ Leo papa conceſsit, ut electio cleri & populi eius loci ſine

pone-

pontificis Romani autoritate ualeret: teſte Nauclero, Generatione uigeſimatertia.

Electionem ſecutum eſt examen eorum, qui ordinationem peterent: ut habet Bracarenſe Concilium ſecundum, cap. 3. Oportet ergo non per gratiam munerũ, ſed per diligentem prius diſcuſsionem, & deinde per multorum teſtimonium clericos ordinari. Et Honorius iuſsit, ut illi quibus munera Eccleſiaſtica cõmitterentur, uenirent Romã ad expoſitionem fidei ſuę: Luithprandus in uita eius. Et de Aidano presbytero Beda ſcribit, quòd poſtquã prudenter in cõuentu ſeniorũ reſpondiſſet, electus ſit ad epiſcopatũ: hiſtorię Eccleſiaſticæ Anglicę lib. 2. cap. 5.

Facta electione, ordinatio ultrà tres mẽſes non differebatur: iuxta decretum Honorij, quod extat apud Luithprandum.

Facta autem eſt ea uel per pontificem Romanum, uel per alios epiſcopos, quibus ille poteſtatem dederat: ut exemplis eſt uidere. De Iohanne pontifice in libro pontificali ſcribitur, quòd pleroſq; epiſcopos presbyteros & diaconos ordinarit ipſe. Sed Bonifacius multis epiſcopis eam poteſtatẽ dedit, ut poſſent alios ordinare, quo felicius Euangeliũ ad gentes ſpargeretur: Beda lib. 2. ca. 8. Sic Auguſtinum, Mellitum, Iuſtum, Laurentium, Paulinum, Sinanum, Ceddam, Theodorum, & quoſdam primarios epiſcopos in Anglia, plurimos coepiſcopos, miniſtros & collegas ordinaſſe, teſtatur Beda hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 2. capitibus 3. 4. 8. 9. 18. & lib. 3. cap. 22. libro 4. capit. 1. 3. 5. 6. 12.

Conuocati ſunt & alij epiſcopi eius prouinciæ ad ordinationem. ut de Chuniberto Hagulſtadenſi epiſcopo Beda dicit, quòd in præſentia ſeptem epiſcoporum ordinatus ſit: libro quarto, capite 28.

In ipſa autem ordinatione, ſoliti ſunt ad ſacram mẽſam aſsiſtere omnes, ubi primùm ordinandus iuramento teſtatus eſt, ſe nullo præmio mercatum eſſe illam dignitatem. Si quid enim tale innotuit poſtea, ipſe ordinandus cum ordinatore ſuo omnibus ſuis bonis eſt exutus. Toletanum Concilium 6. capite quarto.

Deinde ſub cautione promiſit, quòd uellet iuſtiſsimè uiuere, & obedire epiſcopo ſuo iuxta canones. Toletanum Concilium undecimum, capite decimo.

Edidit perſpicuam confeſsionẽ fidei ſuæ coram omnibus. ibidem.

Impoſitæ ſunt ipſi manus ab aſtantibus, & data benedictio. Conciliũ Spalenſe actione quinta.

Tandem baculum accepit in manus, & cõſtitutus eſt in cathedram: cœperũt cani hymni, orationes & gratiarũactiones. Geſta Metenſium. Exorciſtæ cum ordinantur, accipiunt de manu epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, accipientes poteſtatẽ imponendi manus ſuper energumenos, ſiue catechumenos. Iſidorus de Officijs.

Peculiari pallio uſus eſſe uidetur is qui ordinauit epiſcopos: ſicut de Honorio papa Beda ſcribit, quòd Paulino in Angliam aliquot eius generis ueſtimenta ad ordinationes miſerit. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 2. capite decimooctauo.

Tonſuram denique in uſu fuiſſe, Vincentius tradit libro 23. capite 91. & Iſidorus in libro de Officijs oſtendit, eam in capite debere fieri, quia in mente debet eſſe religio.

Ordinati autem ſunt ad Eccleſię adminiſtrationem, qui ea maximè uiſi ſunt digni. In Toletano Concilio ſeptimo ſtatutũ fuit, ut nulli officium docendi committeretur, niſi qui prius in monaſterijs eſſet inſtitutus, & ſecundum regulas monaſticas planè eruditus: capite quinto. In octauo Toletano extat, ne quis cuiuſcunq; dignitatis Eccleſiaſticæ gradum percipiat, qui non totum Pſalterium, cantica uſualia, hymnos & morem baptiſandi perfectè norit. cap. 8.

Ex laicis tamen nonnulli interdum in miniſterium recepti leguntur: ut Arnulphus, qui fuit maior domus in aula Theodeberti, in epiſcopum Metenſem ordinatus eſt. Geſta Metenſium. Landelinus ex prædone conuerſus à Martino papa, ad prædicandum ordinatus eſt. Chronicon Sigeberti. Tolganes rex Viſigotthorum tonſuram clericatus accepit. ibidem.

Cum reliquis uerò plerũq; Bracarẽſis Cõcilij primi ſtatutum obſeruarunt, quod pręcipit, ut ex laico ad gradum ſacerdotij nemo ueniat, niſi prius anno integro in officio Lectorum uel Diaconatus, diſciplinã Eccleſiaſticã diſcat: & ſic per ſingulos gradus eruditus ad ſacerdotium ueniat. cap. 38.

Neq; etiam quiſquã uxoratus, aut homicidij reus, aut qui ſibi ipſi uirilia amputarat, ordinatus eſt: ut teſtantur Antoninus titulo 13. §. 3. capite 1. Liber pontificalis in Eugenio & Leone. Chronicon Æditui in Martino. Neque qui manu miſſus, ſi non omnino liber eſſet. Toletanum Cõcilium quartum, capite 72.

Eleemoſynarius, ut ſcribit Metaphraſtes, aliquando clericum qui ſecundas nuptias contraxerat, etiam magnam ſummam auri & frumenti pollicentem, ad Diaconatũ admittere noluit.

Sic & uiduarũ mariti ad Leuitarũ ordinẽ ſacrati, rurſus gradu ſuo deiecti ſunt. ex edicto Concilij Spalenſis, actione 4.

Probarunt & iuſtam ac cõpetentem ætatẽ doctoris ita: ut Leuitę ante uigeſimũquintum annũ, presbyteri uerò ante trigeſimum

non ordinati fuerint, iuxta Conciliũ Toletanum quartum, cap. 19.

Per gradus deniq; iuſto ordine, ad officia Eccleſiaſtica ſingulis fuit aſcendendum. Vt Vuandragiſilus primùm ſubdiaconus fuit, deinde leuita factus, tandẽ ſacerdos cõſecratus eſt: Vincentius lib. 23. cap. 130.

Beda anno decimonono ætatis factus eſt diaconus, anno 30. presbyter. Heinricus de Erfordia, capite 59.

CASVS CIRCA ORDINATIONEM.

¶ Metaphraſtes de Gregorio Agrigentino nugatur, quòd propter eximiam eius pietatem, pontifex Romanus uiſione quadam iuſſus ſit eum ad epiſcopalem dignitatem uocare, & quòd inter ordinãdom columba in capite eius uiſa ſit.

RITVS CIRCA EXORCISATIONEM.

PResbyteri fuiſſe exorciſmum dicere: Beda libro tertio, capite undecimo teſtatur, ubi hunc caſum cõmemorat. Abbatiſſa cum presbytero ibat ad hominem, qui nocturnis horis grauiſsimè ab immundo ſpiritu uexabatur. Dicebat presbyter exorciſmos, & quicquid poterat pro ſedando miſeri furore agebat. Sed nihil ualebant illa. Tãdem puluere pauimenti, ubi aqua qua Oſuualdi regis corpus lotũ fuerat, effuſa erat, liberabatur.

Quibus preterea uerbis aut ritibus facta ſit exorciſatio, nõ fit mentio, niſi q Iſidorus de Officijs meminit libellorũ in quibus exorciſmi ſunt ſcripti, qui ſoleãt exorciſtis tradi in ordinatione. Item dicit exorciſmũ eſſe ſermonem increpationis cõtra immundum ſpiritũ in energumenis, ſiue in catechumenis, à quo per inſufflationem expellitur diaboli malicia. lib. eodem.

RITVS CIRCA IEIUNIA.

IEiunia hac ætate magna cũ religione ſeruata eſſe, adeò etiã, ut non leue peccatum æſtimatum fuerit ieiunia ſoluere, Cæſarius teſtatur Hom. 6, ubi inquit: Inter peccata refertur, ieiunante Eccleſia prandere.

Quando autem & quibus diebus ieiunarint, uarijs modis traditur.

Triduani ieiunij Beda meminit libro ſecundo, capite 2. idq; in Toletano undecimo Concilio ſeueriſsimè obſeruari præcipitur. Et Iſidorus in lib. de Officijs, triduanũ ieiuniõ dicit à Ninioitis originem ducere.

Feriam ſextam ieiunari, Martinus papa ordinauit, ut ſcribit Æditiuus in Chronico ſuo. Idq; in Toletano Concil. 4. hiſce uerbis repetitur: Die ſexta feriæ paſsionis Domini, dũ paſsio prædicatur, ante peractas indulgẽtiæ preces, nemo ſoluat ieiuniũ. cap. 7. Ibidem etiã, cap. 10. decernitur, ut in Calendis Ianuarij, præter piſcem & olus nihil comedatur.

Quadrageſimale ieiunium diuerſo tẽpore apud diuerſas gentes obſeruatum eſt. Earcombarechtus Cantuatiorum rex ante Paſchatis feſtum illud obſeruari præcepit. Ecbrecht monachus illud ter in anno, ante Paſcha, Pentecoſten, & Natalem Domini, cum ſuis obſeruauit. Eadbrecht epiſcopus bis in anno, ante Paſcha & Natalem, celebrari uoluit. Beda hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gẽtis Anglicæ lib. 3. cap. 8 & 28. & lib. 4. cap 30.

Apud pleroſq; tamen ante Paſchatis feſtũ tantum obſeruati conſueuit. idq; ab omnib. ſuperſtitioſiſsimè, ut ſcribit Blondus de Heraclio Imperatore: quòd contra Choſroen bellum moturus, per quadrageſimam ieiunio ſumma diligentia fuerit intentus, & ad omnes ſacras ędes oratum profectus ſit: Decadis primę lib. 9. Et Cæſarius inquit: Alijs diebus ieiunare remedium eſt: in quadrageſima non ieiunate peccatum eſt. uerùm non id probat ex uerbo Dei. Hom. 18.

Iſidorus in libro de Officijs inquit: Ieiuniorum tempora quatuor ſunt. Primum ieiunum quadrageſimarum, quod à ueteribus cœpit per Moyſen, & quòd tot diebus Dominus ieiunauit, &c. Secundum, quod poſt Pentecoſten in alia die incboat. Tertium eſt, quando agebatur à Iudæis primùm tabernaculorũ ſolẽnitas decimo Septembris. Quartum ieiunium, eſt Calendis Nouembris. Hæ legitima ieiuniorum tempora: Sexta feria, propter paſsionem Domini: & Sabbathum, eo quòd Dominus iacuit in ſepulchro, ieiunium conſecratum habetur.

Abſtinuerunt autem ieiunij tempore à carnibus, ut in Toletano octauo decernitur. Quicunque intra quadraginta dies carnem guſtauerit, ille reus erit reſurrectionis Dominicæ, alienus erit à ſancta communione eiuſdem diei, & inſuper per totum annum illi interdictus erit eſus carnium: niſi quos ętas incuruat, aut languor extenuat, aut neceſsitas coarctat, illis à ſacerdote impetrantibus permiſſum ſit. capite nono. A' prandio prorſus abſtinuerunt. Cæſarius Homilia decimaoctaua.

Quidam etiam à uino abſtinuerunt. Toletanum quartum, capite 10.

Ecbrecht monachus, qui quadrageſimam ter in anno celebrauit, tantum ſemel in die guſtauit panem, ac lac tenuiſsimum cum menſura. Beda libro tertio, capite uigeſimooctaoo.

A' coniugali deniq; conſuetudine itidem ſibi temperabant. Cæſarius Homilia decimaoctaua, pagina 116.

Finis autem horum exercitiorum is fuit, ut eſſent ſatisfactiones quædam pro peccatis,

catis, ſicut expreſſè docet Cæſarius : Ieiunio ab Ecclesia indicto minuta peccata redimūtut. Hom. 1. folio 7. cōtra illud: Fruſtra me colunt mandatis hominum.

Priuatorum inſuper ieiuniorum plurima paſsim exempla occurrunt. Gregorius Agrigentinus, ut ſcribit Metaphraſtes, ſæpe totā ſeptimaoam ieiunus traoſegit. Vualaricus in tota ſeptimana, niſi in die Dominica, à cibis abſtinuit prorſus. Vuandragiſilus ranrū io prima & quinta feria cibum guſtauit: idē Adamannus monachus factitauir. Vincētius lib. 23. capitibus 24. & 130. Et Beda lib. quarto, capite 25.

Edildrina regina rarò amplius quàm ſemel mandocauit io die. Hennigil monachus in Hybernia, tantum pane & aqua uſq; ad mortem uictitauit. Beda libro quarto, capite decimo nono: & libro quinto, capire decimo qoarto. Cedda uolens ædificare cœnobium, ieiunijs prius & oratiooibus locum purgare cœpit: ideoque pet quadraginta dies quotidie, excepta Dominica die, ieiunium uſq; ad ueſperam pertraxit: nec tunc quidē quicquam niſi modicum panem, & ouum gallinaceum, com paruo lacte aqus mixro guſtauit. Beda libro tertio, capite uigeſimotertio.

Triduanum quoque ieiuniū Gregorius Antiochenus, Thomas Hieroſolymitanus, & Iohannes Byzantinus obſeruarunt, antequam tunicam Domioi ex Zaphat, Hieroſolymam tranſportare auſi ſunt. ut eſt in Chronico Vrſpergenſis, pagina 157.

Arnulphus pane hordaceo, et lymphę pocolo totam uitam tranſegit. Vincentius lib. 23. cap. 74. & 75.

RITVS CIRCA
Feſta.

Dominicum diem, ptopter memoriam reſurrectionis, ſolennem fuiſſe Chriſtianis, pater ex Concilio Antiſiodorenſi: in quo præcipirur, ne liceat die Dominica arare, aut alia opera exercere. canone decimoſexto. Repetitur idem io ſexto Cōſtantioopolitano, capite octauo: Domioicæ diei tanta debet eſſe obſeruaotia, ut præter orationes, & Miſſarum ſoleonia, & ea quæ ad ueſcendum pertinent, nihil aliud fiat. Quod ſi autem neceſsitas fuerit nauigendi, aut irer faciendi, licentiā damus, modò Miſſæ & Orationes nou negligantur. Diei Dominici Iſidotus quoq; in lib. de Officijs meminir.

Sic & alia feſta religiolè ſunt obſeruata, ut in Cęſario paſsim eſt uidere: qui Homilia trigeſimatertia, diss feſtos uocar animæ medicinales. Diei Palmarum, & Quinræ feriæ, qua Cœna eſt à Chriſto ioſtituta, & Sextæ feriæ ſeu Paraſceues, qua Chriſtus crucifixus eſt, & Sabbathi meminit Iſido. de Officijs.

Circa Paſchatis obſeruationem Britanni à Romanis eccleſijs uariabāt. Et ſcribit Beda in Anglia, ioter Scotos & Anglos facta diſſenſione cootigiſſe, ut ſæpe bis in uno anno celebraretur. libro tertio, cap. uigeſimoquinto. Extant & duæ epiſtolæ, quarū altera Honorij, altera Iohānis ad Scotos, in quib. Scoti proptet eam diſſooantiam reprehenduntur. Regino libro primo, & Beda.

In Synodo uerò quam Theodorus in Anglia poſtea coegit, ſtatutū eſt, ut Paſcha ubique ſeruaretur Domioica poſt decimāquartam lunam primi mēſis. Beda libro quarto, capite quinto.

Sic in Hiſpania etiam aliquaodo accidiſſe, ut diuerſo tēpore celebraretur Paſcha, quartum Toletanom Concilium refert cap. 4. Ideoq; io Bracarēſi ſecūdo decretū eſt, ut unuſquiſq; epiſcopus in Natsli feſto, populo denūciet, quota luoa Paſcha celebrari debeat.

Honorius papa iuſtituit, ut in Sabbato Paſchæ fieret benedictio cærei, Heinricus de Erphordia capite quinquageſimoſexro.

Cęſarius de Præparatione ad hoc feſtum, inquit ad ſuos auditores: In Paſchate quoque caſtitatem, ſicut in quadrageſima, ſeruate, abſtinenres ab uxoribus, caſtitatis luce ueſtiti, eleemoſynis dealbati, orariooibus, ieiunijs & uigilijs ueluti quibuſdam margaritis cœleſtibus ornsti, pacifici cum amicis & inimicis, ut poſsitis libera conſcientia ad altare Domioi accedere. Homilia 18.

Aſcenſionis Domini meminit Iſidorus de Officijs, & Vincentius 23. cap. 100.

Retiouit & Pentecoſtes feſtiuitatem hoc ſeculum, itemq; Natalis Domioi, quas eadē ſolenoitate celebrarunt, qua Paſcha: ut meminit, Beda, qui hæc feſta Maiora ſolennia oocat, libro quarto, capite decimooo: & Iſidorus de Officijs.

Epiphaniarū mentio fit in Toletano Cōcilio quarto, cap. 4. Et apud Bedam lib. 4. capite 19. Apud Paulum Diaconum hæc dies Luminū feſtum appellatur, libro 18. & apud Iſido. lib. de Officijs.

Feſtum Dominicę cœoæ in Aprili obſeruari papa Leo præcepit. Liber pontificalis in Leone.

Crucis feſtum Hetaclius inſtituit, ob memorism crucis, Choſroę Perſico regi ereptę, & Hieroſolymam teductæ, anno Domini ſexcēteſimotrigeſimo primo, ioxta Sigebertum. Otrho Phryſingenſis lib. 5. cap. 9.

Sergius etiam repertam portionem ligni Dominicæ crucis erexit Romæ, eamq; oſculari & adorari anoiuerſatio die præcepit. Regino libro 1.

Annunciationis Mariæ Platina meminit in uira Sergij: quē ioſtituiſſe refert, ut à ſancto Hadriano quorannis per urbem die anūciationis Marię, ac Simonis, litanię cāten-

tur. Et in decimo Toletano, capite primo prę cipitur, ut octauo die ante natalem Chriſti celebretur.

Natiuitatis & aſſumptionis Mariæ meminit Sigebertus in Chronico, ſub Sergio: & Iſidorus in lib. de Officijs.

Dedicationis feſti meminit Iſidorus ibid.

Martyrum porrò feſtiuitates, in omnibus Eccleſijs plurimæ fuere ſolennes, de quibus Polydorus Vergilius in hũc modum ſcribit: Sancti patres huiuſmodi ſacrorum dierũ rationem edocti, ut commodius plebs Chriſtiana cõueniret ad ſacram cantionem, & ad cultum diuinum celebrandum, habito Lugduni antiſtitum conuentu, & illos ſanxerũt eſſe dies colendos: & alios complures conſtituerũt, qui Chriſtianis perpetuò feſti eſſent: quibus aut ſancti è uita hac calamitoſa in cœlum migraſſent, aut aliquid in religione ſanctum eſſet geſtũ, qui nempe dies his ſunt diuis ſacri: Stephano protomartyri, Innocentibus, Syluestri, Baptiſtæ, duodecim Apoſtolis, Paulo gentium doctori, Deiparæ uirgini, Laurentio, Martino, Michaeli, & communiter omnibus ſanctis, quod Bonifacij quarti eſt, qui Pantheon conſecrauit. Item cruci ex qua pepẽderat ſalus noſtra, ſolennis dies data eſt. libro ſexto, capite octauo.

Fuerunt & natales, & laudatorum quorũdam uirorum memoriæ ſolennes. Anaſtaſij Perſæ dies celebrata eſt decimo Calendas Februarij. Supplementum Chronicorum. Iſidori Hiſpalenſis, decimooctauo Calendas Februarij. ibidem. Vendregiſili, Ausberti, & Vulfranij, pridie Calendas Aprilis: Vincẽtius libro 23. capite 131. Dies natalis Richarij Pontinenſis, quarto Calendas Maij. Idem lib. 23. cap. 97. Furſei, quarto Nonas Maij. libro 23. capite 83. Leonis papæ, quarto Calendas Iunij. in Supplemẽto Chronicorum. Eutropij epiſcopi apud Hiſpanos, ſexto Idus Iunij. ibidem. Arnulphi, decimo ſeptimo Calendas Septembris: Vincentius lib. 23. capite 78. Lupi, Calendis Septembris: Vincẽtius libro 23. capite 10. Salabergæ abbatiſſę, decimo Calẽdas Octobris. libro 23 capite 30. Aureæ abbatiſſę, quarto Nonas Octobris. lib. uigeſimo tertio, cap. ſeptuageſimoptimo. Magnobodi Andegauenſis epiſcopi, decimoſeptimo Calendas Nouembris: Vincentius libro 23. capite 19. Pheronis epiſcopi Meldenſis, 5. Calen. Nouẽbris: Vincentius lib. 23 cap. 19. Martini Papæ, quarto idus Nouembris, libro 23. capite 84. Eligij, pridie Calendas Decẽbris. Supplementum Chronicorum.

Non licuit autem Chriſtianis feſta gentilium uel Iudęorum celebrare. 26. q. 5. ex Cõcil. Martini: Antoninus titulo 13. capite 1. §. 3.

Fuerunt & Calendarum obſeruationes ipſis interdictę. ibidem.

Quo fine denique feſta coluerint, in geſtis Metenſium his uerbis traditur: Sancti ſtola immortalitatis induti, non indigent noſtra ueneratiõe, & noſtris annuis ſolẽnitatibus. ſed prouiſa ſunt noſtræ infirmitati hæc diuina ſubſidia, ut quotieſcunque per tempora reuoluta, perque aſsignatos dies ſanctorum merita recordamur, & in recordando dulces uenerationis affectus exhibemus, eoſdẽ ſanctos nobis ad euitanda mala, & ad acquirenda bona dulces patronos & pios exoratores apud Deum mereamur.

RITVS CIRCA NVptias.

COpulationes ſeu initiationes coniugum publicas fuiſſe & ſolẽnes, cõſtat ex Martini decreto, diſtinct. 24. capite Sponſus. ubi iubentur ſponſi & ſpõſæ ante candelam conſuetudinem in templum uenire, & à ſacerdote benedictionem accipere. Bergomenſis libro decimo, in Martino primo. De nuptiarũ conuiuijs, Antiſiodorenſe Cõcilium innuit, ubi abbatibus & monachis ea frequentare prohibet: canone 25.

RITVS VISITANDI *ægrotos.*

QVod miniſtri uerbi tã Epiſcopi quàm inferiores, ſoliti ſint ægrotantes uiſitare, paſsim in hiſtorijs eſt uidere. Ad Beuonem decumbentem presbyter uenit: Vincẽtius libro 23. capite ſeptimo. Ad Sebbin monachum, Valdherus epiſcopus Londoniæ, cum duobus miniſtris: Bede libro quarto, capite undecimo. Sic de Iohanne Eleemoſynario Metaphraſtes ſcribit, quòd magna cura acceſſerit ad ægrotos, ac ſæpe oculos moriẽtium ſuis manibus condiderit.

Quid porrò egerint apud ęgrotos, ex iiſdẽ colligi poteſt. De Adunato, in geſtis Metenſium ſcribitur, quòd aſtantes circa lectũ eius Euangelia legerint, & Pſalmos hymnoſque cecinerint. Apud Andomerum uerò preces fecerunt ad Deum, quibus animam ægrotãtis Deo commendarunt. Vincentius libro 23. capite 108. Sic quoq; confeſsiones interdum flagitarunt ab ægrotis, illiſque cœnam Domini exhibuerunt: ut Vincentius libro 23. cap. 95, de Philiberto tradit. Et in geſtis Metenſiũ extat formula confeſsionis, quam Amatus ante agonem recitaſſe dicitur, his uerbis: Amatus antequam animam exhalaret, iuſsit ſibi prælegi epiſtolam papæ Leonis ad Flauiam, in qua fides catholicæ continetur. & pręlecta, dixit: Sic credo, Trinitas ineffabilis: ſic cõfiteor, Deus omnipotens: ita de te ſentio, fili Dei Ieſu Chriſte, qui pro noſtra ſalute dignatus es uenire in hunc mũdum: ſic de te intelligo, Deus ęterne Spiritus ſancte: unum Deum in trinitate, trinumque in unitate confiteor. Ita edoctus de tua ſentio in-

tio incarnatione piiſsime Chriſte, quòd aſſumpta carne ſint duæ naturæ unitæ in unā perſonam.

RITVS SEPVLTVRAE.

¶ Magna cura corpora defunctorum unxerunt, & aromatibus condierunt: ut Annonius lib.4.cap.33.teſtatur. Secuta eſt deinde funerum deductio, cū multorū lamentatione, eiulatu & planctu, teſte Metaphraſte: & in Geſtis Merenſium Goerici funeri interfuiſſe dicitur infinita multitudo peregrinorū, monachorum, clericorum & laicorum, uirorum ac mulierum. Et in Toletano Concilio præcipitur, ut quicunq; clericus ad humāda Epiſcopi ſui membra tardius ueniat, per annuum ſpacium ab officio ſuſpēdatur. cap.3.

Campanis populus ad deductionem funeris uocabatur. Beda libro quarto, cap. uigeſimotertio.

Moris etiam fuit, mortuis præferre faces, aut lampades: ut de exequijs Vitalis monachi ſcribit Metaphraſtes.

Vicinum epiſcopum oportebat funus alterius curare, a cpro eo labore recipiebat certum precium: ut eſt in Toletano Concilio nono, capite nono.

In Antiſiodorenſi decernitur, ne mortuis eucharistia aut oſculum detur, nec uelo aut pallijs corpora eorum inuoluantur: canone duodecimo.

Loca ſepulturæ erant publica cœmiteria, templis adiuncta aut uicina. Quidā in templis etiā ſepulti tradūtur, ut de Chiliano interfecto apud Herbipolim Franciæ, Baleua ſcribit, quòd cum ſocijs in Eccleſiā ſit deportatus: Centuria 14 Scriptorum Britannicorum. Sic Clotharius rex Francorum in Baſilica Vincentij conditur Pariſijs. Regino libro primo. Brunichildis in tēplo Martini apud Heduam. Chronicon Iuonis in Phoca. Gundiberga Ticini in tēplo Baptiſtę: Paulus Diaconus in Geſtis Longobardorum libro quarto, capite decimoſexto. Iohannes Hagulſtadenſis epiſcopus in porticu ſancti Petri: Bōfinius libro octauo Decadis primæ, pag.125.

In Bracarenſi tamen primo Concilio decretum legitur, ne corpora defunctorum intra baſilicas ſanctorum tumulentur, ſed fiant omnes ſepulturæ extra ciuitatem: capite trigeſimoſexto.

Antequam funus in ſepulchrum fuit depoſitum, habita eſt oratio de uita defuncti pro concione. Vincentius libro uigeſimotertio, capite 116.

Secutæ ſunt ſepulturam Cantiones & orationes, quibus animam Deo commendarunt. Beda libro quarto hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite uigeſimoquinto. Et de Glodulpho Merenſium epiſcopo, geſta eorundem habent, quòd ipſi ſepulto, clerici per dies triginta Miſſarum ſolennibus, orationibus continuis, uigilijs & pſalmodijs iuſta fecerint, more Ethnico, ſine uerbo Dei.

Impijs uerò neq; in loco ſolito iuxta cæteros Chriſtianos tumulus datus, neque quicquam talium ceremoniarum fuit exhibitū: ſicut ſcribit Beda libro quinto, capite 15, de fabro quodam, quem fratres eius monaſterij in quo mortuus erat, in ultimis monaſterij locis humarūt: nec Miſſas facere, aut Pſalmos pro eo canere uoluerunt, ꝓpterea quòd in deſperatione mortem obijſſet.

Memorias defunctorum uel cantionibus, uel orationibus quotannis celebrarunt: ut de Dagoberto Ganguinus ſcribit, quòd poſt mortem eius omnes ſacerdotes illius, quib. beneficia contulerat, per annos tres ſingulis ſeptimanis ter rem diuinam pro eo, quiſque ſuo loco fecerit. Sic ad crucē quam Oſuualdus in Anglia erexerat, fratres Hagulſtadenſis Eccleſiæ, quotannis pridiè ante illū diē quo is occiſus fuerat, uigilias cum plurima Pſalmorum laude continuare, & uictimā ſacræ oblationis pro ſalute animæ eius offerre ſoliti ſunt. Beda libro tertio, capite ſecundo. Oſuuius quoq; rex in loco ubi Oſuinū regem interfici curarat, eo nomine monaſteriū extruxit, ut quotidie preces pro utriuſque anima ibi fierent: teſte Beda lib.3. cap.2. Sic de monialib. idem ſcribit, quòd expletis matutinis horis, quotidie ad fratrum ſepulchra, certas Deo laudes canere ſoleant: libro quarto, capite 7.

Epitaphia paſsim monumentis affixerūt. ut Auguſtini ſepulchro inſcriptum fuit: Hic requieſcit diuus Auguſtinus Dorouernenſis epiſcopus primus, qui olim huc à Gregorio Romano pontifice directus, & à Deo miraculorū operatione ſuffultus, Edilbertum regem, & gentem illius ab idolorum cultu ad fidem Chriſti perduxit. Beda libro ſecundo, capite tertio.

In Mauricij Imperatoris, quē Phocas interfecerat, monumēto tale Epitaphiū legitur:

O ego mille modis regum miſeranda duorum,
Mauricij coniux, filia Tiberij, &c.

Nicephorus libro 18. capite 41. Zonaras tomo 3. pagina 68.

Amarus monachus antequā mortuus eſt, perijt ut in introitu baſilicæ Mariæ ſepeliretur, addita hac inſcriptione: Omnis homo Dei, qui in hunc locū ad orandū introieris, ſi obtinere merearis quæ poſtulas, pro anima Amari pœnitentis, hic ſepulti, Dominī miſericordiam deprecari digneris, ut ſi quid mea paruitas de meis multis peccatis obtinere nō potuit, tepidè pœnitēdo, obtineat noſtra tantorū charitas, ſedulò Domini miſericordiā deprecādo. Geſta Metēſiū. Sed hęc ſuꝑſtitioſa fortè ab autore inferioris ſeculi ſunt admixta.

admixta.nam apud uetuſtiores & probatiores ſimilia haud reperias.

Longobatdi io locis defunctorum perticas,id eſt trabes etexerunt, ut quiſq; ſciret, quo loco ſui iacerent: teſte Paulo Diacono de Geſtis Longobardorum libro quinto, capite decimotertio.

CASVS.

¶ Cum Iohannes Eleemoſynarius eſſet ſepultus,mulier quædam per triduum ſepulchro aſsidēs,cōtinuò fleuit, propterea quòd ttadidiſſet ei ſchedam,in qua grande peccatum ei aperuiſſet:indeq; metueret, ne illa ad alienas manus deueniret, ut facious fieret manifeſtum. Ibi Eleemoſynarius apparuit mulieri, reddiditque ſchedam obſignatam, cui deleta priori ſcriptura, ita erat inſcriptū: Propter Iohaonem ſeruum meom,deletum eſt peccatum tuū.Metaphraſtes in uita eius.

Alius.

Com Dagohertus rex Francorum obijſſet,uiſa eſt anima eius à dæmonihus deportari:& ruſus per Dionyſium alioſq;, quos charos hahuerat dum uiueret, ex ipſorum manibus eripi,& ad cœlum deduci. Sigebertus in Chronico, ex uiſione cuiuſdā refert. Ganguious libro tertio,pagina 41. Sed Regino eius rei nullam mentionem facit: & alij plura, quàm Sigehertus hahet, de his rebus nugantut.

Alius.

Bauooe moriēte,ſpiritus eius, imò potius malus, Gertrudi uirgini procul à ſe diſsitæ apparuit,& petijt ſibi ueſtem ad ſepultoram mitti. Viocentius lib. 23.capite 7. Signum ſoperſtitioſum & meodax. contra illud: Magnus eſt hiatus inter nos & uos, ut qui uelint hinc ad uos ire, nequeant. Locæ 14.

Alius.

Cum tumulandum eſſet corpus Sebhi regis orieotalium Saxonum, qui monachus factus etat,& feretrum lapideū iuſto minus eſſet ad palmi latitudinē, uiſum eſt ſuh manibus aſtantium feretrum dilatari, ut cadauer capere poſſet. Beda libro 4.capite 11. Miraculum ficticium.

Alius.

Cum Rhomaricus abhas mortuus eſſet, deoſiſsima nubes cellā eius operuit, in qua uiſus eſt glohus igneus penettare ad cœlos, quem animam eius eſſe ſomniarūt. Poſtquā uerò corpus fuit ſepultum,in tumha auditū eſt murmur,& quaſi colloquium quoddam defunctorum ſeſe excipientium. Viocentius libro uigeſimotertio,capite 73. Mirū qoomodo aoima,quæ ad cœlum uolare uiſa fuerat, iterum io ſepulchro cum manihus ſubterraneis colloqui potuerit.

Alius.

In tranſitu Agili audierunt choros uirginum in aere canentium hæc uerba: Hodie Agilus com ſummis laudibus pergit ad prēmia. ſcilicet quæ debentur uanis & ſuperſtitioſis hominihus. Apocalydſis 22. Incredulis & idololatris, & omnibos mendacihus pars illorum erit in ſtagno ardenti igne & ſulphure. Vinceotius libro uigeſimotertio, capite 103.

Alius.

Andregiſilus poſt qnadraginta annōs in ſepulchro, carne & ueſtihus adhuc integer inuentus eſt. Vincētius libro 23.cap. 131. Auſbertus poſt undecim annos, Vulfranius poſt nouem. ibidem. Edildrida abbatiſſa poſt decem annos. Beda libro 4.capite 19. Chidberechtus poſt undecim annos. Beda lih. quarto,capite 30.

Alius.

Cum Arbogaſtus Argentinenſis epiſcopus eſſet in agone,petijt ut iuxta patihulum ad imitationē fati Chriſti ſepeliretur: quod etiam factum eſt.ſed melius fortè feciſſet, ſi uiuum ſeſe ſuſpendi curaſſet: refert Balæus Centuria 14.cap.81.ex Coſmographia Munſterj & Bruſchij.

DE RELIQVIIS SANCTORUM, *earumq; translatione & cultu.*

HOc ſecolo ex nimia ſanctorum prædicatione,et falſa ſuperſtitione de ipſorū interceſsione apud Deum, magna cum ueneratione eorum reliquiæ ſuot collectæ, & ab hominihos cultæ.

Oſuualdi regis reliquiæ, cutis uidelicet, nerui,& brachia, in monaſterium Beardam prouinciæ Lindiſsi tranſlatæ ſunt, & ibi magna cum ſopetſtitione cultæ. Beda libro tertio,capite 11.

Corpota Dionyſij & ſociorum eios, prope oicum Catulianum condita fuerunt, & ibi per 530 annos religioſè obſerusta: tandem uerò à Dagoherto in templū, cuius tectum argento condidit, tranſlata,& in aoreū feretrum poſita leguntur, apud Nauclerum Generatione 23.pagina 578. Reſerusta quoque fuit in illo templo cutis leproſi cuiuſdā, propterea quòd ab ipſo Chriſto in dedicatione templi attrectata crederetur, Vincentius libro 23.capite 37

Caſsinenſi monaſterio diruto, Galli corpus Benedicti & Scholaſticæ eius germanæ ſecum traoſtulerunt in monaſterium Floriaceoſe. Regino libro 1.

Goar in ſuburbio Treuerenſi eccleſiam extruens, omnes angulos eius loci ſanctorū reliquijs impleuit. Hartmannus Schedel, pagina 171.

Britones quoque, diſperſi in Britanniam & Galliam, multas ſecum reliquias ſanctorū deportarunt. Sigebertus in Chronico.

Deicolus

Deicolus abbas, ea de cauſa Romam profectus eſt, ut ſanctorũ reliquias inde ad ſuũ monaſterium deferret. Vincentius libro 23. capite quinto.

In translatione autem reliquiarum, uſi ſunt prorſus ijſdem ritibus, quibus & in funeribus. Nam & hic cantiones, preces, uigiliæ, miſſæ, & oblationũ diſpẽſationes factæ ſunt, perinde ut ibi. quod ex Geſtis Metenſiũ, in translatione corporũ Arnulphi ac Metini, & de Adelphico abbate Luxouienſi apparet. Item præcedebant ieiunia triduana. nam Floriacenſes translaturi reliquias Benedicti, triduum ieiunaſſe ſcribuntur.

Miracula ſuperſtitioſa circa reliquiarum translationes, multa finguntur. Vt, cum corpus Vigilij Antiſiodorenſis epiſcopi per urbem Senonum ueheretur, dicuntur undiq; uincti carceribus ruptis accurriſſe, & exequias eius celebraſſe. Vincentius libro uigeſimotertio, capite 126.

De Chidberechto Beda ſcribit, quòd indumenta eius multos ſanarint: libro 4. capitibus 30. 31 & 32.

De Ceadda idem nugatur, quòd nonnihil pulueris de tumba eius, cum aquæ potione ſumptum, pręſentiſsimum remedium ſit pro omnibus morbis, tam pecudum quàm hominum. lib. 4. cap. 3. Quis dubitat de illo? Ex pijs certè nemo hoc credit.

DE MONACHATV, EIVSQ; *ritibus.*

MOnaſticã uitam, hoc ſeculo, magno in precio fuiſſe apparet. Nã ut rectè quidã inquit, Vitaliani tẽpore tria magna mirabilia fiebant: Monachorum cœnobia erigebantur, reges in monachos tondebantur, & quotidiana ſcortatio erat in ſanctum ſtatũ canonizata. Centuria prima, in Vitelliano. Idem uerò res ipſa confirmat. Nam monaſterijs paſsim omnia loca repleri cœperunt, mira hominum ad ſuperſtitionem promptitudine, & prodiga liberalitate. Vnde apparet, quantam uim error de traditionibus humanis habeat.

Dagobertus rex Francorum, monaſteriũ Vueiſenburgenſe extruxit in diœceſi Spirenſi: idque eximijs priuilegijs, immunitatibus & alijs conceſsionibus dotauit. Idem Dologienſe in diœceſi Treuirorũ ordinis Benedictini fundauit: teſte Trittenhemio. Idem Erphordiæ ſancti Petri cœnobium, unde mõs hodie nomen habet. Hartman Schedel, pagina 175.

Sigebertus rex de poſteritate prolis deſperans, duodecim monaſteria extruxit, inter quæ Stabulaus & Malmudariũ pręcipua æſtimantur: ut eſt in Chronico Sigeberti. Idẽ monaſteriũ Vueſt, ut quidã uolunt, cõdidit: quamuis alij Lucio regi adſcribant, teſte Polydoro libro quarto, pagina 71.

Trudo cõdidit in Gallicano regno, Halbaſienſe monaſterium.

Madelgarius, qui ex duce factus eſt monachus, Cellenſe, Altitonenſe, Sonogenſe & Melbodiẽſe extruxit: eaq; omnia Benedictini ordinis eſſe uoluit. Trittenhemius.

Landelinus Lobienſe, Alnenm, Vuaslare, Criſpinenſe. Chronicon Sigeberti.

Batildis regina Corbeiam. Chronicon Sigeberti.

Vulfradus maior domus Hilderici, monaſterium S. Michaelis in parochia Virdunẽſi erexit. Sigebertus.

Leodeboldus abbas Floriacenſis cœnobij autor creditur, in quod Benedicti & Scholaſticæ corpora fuerũt ex monte Caſsino deportata. Regino & Sigebertus.

Furſeus Latiniacum, Foillanus Foſſenſe condiderunt. Chronicon Sigeberti.

Eligius primùm aurifaber, deinde monachus, multa paſsim cœnobia extruxit: deditq; exemplum, ut inde in Gallijs infiniti monachi fierẽt. Supplementũ Chronicorũ.

Columbanus Luxouienſe & Bobiẽſe monaſteriũ in mõte Apennino fundauit. Sabellicus Enneadis octauę lib. 6.

Vuandregiſillus Fiſcanũ & Fontinellam conſtruxit. Sigebertus, Berthinus Sittdin: Vincentius libro 23. cap. 110.

Gallus, diſcipulus Columbani, qui primus Alemannorum gentem ad Chriſtum cõuertit, anno 630 abbatiam Sangallenſem in Heluetia inſtituit primus. Bruſchius de monaſterijs.

Theſſalonus in lacu Chinino Noricorũ, duo monaſteria condidit Benedictini ordinis, quæ poſt annos 500. Auguſtini regulam ſunt amplexa. Auentinus lib. 3. Annalium, pagina 278.

Theodo dux Bauariæ, ad placandos manes Haimerani epiſcopi, quem filius eius interfecerat, extra mœnia Saltzburgij cœnobium ædificauit Benedictini ordinis. Auentinus libro 3. pagina 280.

Boiorum principes Variopagum, Vindeliciæ inferioris monaſterium, prope arcem ſuam Neoburgum condiderunt, in quo ſepeliri uoluerunt. Auentinus libro tertio, pagina 281.

Compertus Longobardorum rex, Papiæ monaſterium Georgij martyris conſtituit. Supplementum Chronicorum, pag. 251.

Pipinus ſenior Francorum dux, Heptinaerianum cœnobium Vuillibrodi apud Treuerim anno 696 fundaſſe legitur, apud Bruſchiũ de Monaſterijs, pagina centeſima quadrageſima prima.

Troanus frater Gotberti ducis Oſtrofrancorũ, à quo Chilianus interfectus eſt, condidit mo-

dit monaſterium ante uaſtam ſyluam quòd Holtzkitchen beim Oedenuuald germanicè appellari conſueoit. Valentinus Muntzer, pagina 51.

Iohannes Gerundenſis, in patria ſua monaſterium cōdidit, rationemq; uiuendi monachis præſcribit. Platina in uita Bonifacij 4.

In Anglia, poſtquam Romanæ ſuperſtitiones receptæ ſunt, creoeruot etiam cœnobia. Benedictini monachi cum Auguſtino archiepiſcopo Cātuarienſi anno Chriſti 596 irrepſerāt, quos & Canonici regulates cū Birino archiepiſcopo Dorceſtrenſi ſecuri ſunt, anno Chriſti 636. ut colligit Balæus Centuria prima capite 82.

Maildulfus Scotus beneficio Elentherij Muſæom cōdidit, quòd poſtea in magoum monaſterium excreuit, & Malmesburia dictum eſt. Eodem tempote & Pharenſe monaſterium eſt extructum. Baleus Cētura prima, capite 84.

Botulpho & Adolpho ab Ethelmundo regulo Auſtralium Aoglotum in Iuanno locus datns eſt, non procul à principe Lindorum urbe, ubi monaſteria uterq; coodiderunt. Concidit tamen paolo pòſt Botulphi monaſterium, crudelitate Danici exercitus. Baleus Centuria 10. capite 9. ex Lelando.

Oſuualdus rex multas poſſeſsiones et territoria donaoit ad inſtitnenda monaſteria. Aidanus totam inſulam Hu dono accepit, ibique multa cœnobia extruxit. Beda lib. 3 capitibus 3 & 5.

Oſuuius tex ptoptet cædem Oſuini, quā perpetrarat, monaſteriū Engethlingū ædificauit, nt ibi quotidie preces pro interfecto & interfectore fierent. Beda libro 3. cap. 14.

Colmānus relicto epiſcopatu Lindisfarnenſi in Hebridis, collegiū Apoſtolici ordinis extruxit, in quod ſe cū ſuis Scotis & triginta Anglis recepit. Baleus Centuria decima quarta, capite uigeſimoprimo.

Ediluah Vilfrido epiſcopo inſulam Vitnli Marini octogiota ſeptem familiarum donauit, ad monaſterij locum. Beda libro quarto, capite decimotertio.

Sexuulfus monaſterium Medeſchamſtedi in regione Giruiotum fundauit. Beda libro quarto, capite 6.

Apud auſtrales Saxones in Boſanham ſyluia & mari circondatom, ſeptem fratres monaſticam uitam exercuerūt, nemine prouincialium eos curante. Beda libro quarto, cap. decimotertio.

Benedictus abbas quidam duo monaſteria condidit, in quibus monachos ſexcētos congregaſſe traditur. Chronicon Sigeberti.

Nominantur & alia paſsim compluta monaſteria, quorum autores non adduntur: ut monaſterium Seleſeu. Beda libro quarto, capite decimo quarto. Monaſteriū Reichford: libro quarto, capite decimoſexto. Tumiacenſe: libro qoarto, cap. uigeſimoſecundo. Monaſterium Claſconiæ, Mailroſa, Raiculſi. Beda libro quinto, capitibus nooo & decimo. Barchonaburg, lib. ſecondo, capite ſecūdo. Portaneu: libro ſecundo, cap. decimoſexto. Monaſteria in ſylua Elnete: libro ſecundo, cap. decimotertio. Caprecaput, Lentiſgeu: libro tertio, capitibus uigeſimoprimo & uigeſimooctauo, &c.

In tanto autem ptecio erat oita monaſtica, ut nonnunquam principes & reges, relictis ſplendidiſsimis regnis, ſeſe in monaſteria reciperent. Sic Sigberechtus rex Anglorum Orientalium relicto ſeptro, uitam monaſticam ſuſcepit. Beda libro tertio, cap. decimoqnatto. Idem de Edilred rege Merciorum ſcribit Heinricus de Erphordia, capite 61. ſic Bamba 32. Rex Veſtgotthorum & Trebellus primus Bulgarorum rex, monaſticā uitā ſunt ſecuti: teſte Sabellico Enneadis octauæ libro ſexto, pagina 181. Leontius quoque imperator Romanus, tandem ab Abſimaro in monaſterium detruſus eſt. Paulus Diaconus libro 19. de rebus Romanis.

Monaſteria etiam quædā fuerunt, in quæ non niſi nobiles ſunt recepti: ut Rathutelſigi apud Scotos. Beda libro tertio, capite uigeſimoſeptimo.

Monialium cœnobia plurima teperiūtur. Dagobertus Irminæ filiæ ſuæ in palatio antiquiſsimo, quod Horreō dicebatur, apud Treuetenſes monaſterium puellarum extruxit, inſtinctu Modoaldi Treuirenſis epiſcopi, qoi & ipſe duo monaſteria in eadem urbe monialibus conſtruxit. Trittenhemius de geſtis Francorum.

Batildis regina uxor Clodouei, Calenſe monaſterium ampliauit, & ibi facta eſt abbatiſſa. Ganguinus libro tertio, pagina quadrageſimaſecunda.

Eligius aurifaber monaſterium uirginum in Nooionio in honorem Aureę ædificauit: teſte Platina in Bonifacio quinto.

Amatus infra Voſagi caſtrum, monaſterinm inſtituit, ubi duodenæ uirgines per ſeptem turmas pſallerent: ut eſt in geſtis Metēſium.

Sub Childerico Francorum rege Hohenburgenſe Odiliæ cœnobium, anno Chriſti 690 inchoatum eſt. Bruſchius de monaſterijs pagina 154.

Nominantur & alia ſine autoribus, ut Niualenſe, in quo temporibus Cōſtantis, Gertrodis filia Pipini mortua eſt abbatiſſa, teſte Chronico Sigeberti, Item Benedicti & Scholaſticę in Aurelianenſium regione, apud Paulum Diaconum libro ſexto, capite ſecundo de geſtis Longobardorum.

In

In Italia. Pertharith rex Longobardorum, in urbe Papia monaſterium Agathæ condidit. Blōdus Decadis primæ libro nono. Chunibertus intra Ticinum monaſterium condidit, in quod puellam à ſe ſtupratam detruſit: teſte Paulo Diacono in geſtis Longobatdorum libro quinto, capite decimoquarto. Theodorera coniunx Romualdi ducis Beneuentanorum, extra muros cœnobium Petri extruxit, ubi multas ancillas Dei congregauit. Paulus Diaconus libro ſexto, capite primo, de Longobardis.

In Anglia. Theodorus Cilix à Vitaliano papa miſſus, Veſtales uotarias multis in locis fecit, ac Mildredam primùm cum ſeptingentia mulierculis in inſula Taoetos ſuperſtitioſè uelauit. Baleus Centuria decimatertia, capite ſexto.

Oluinus rex, ad pagum Vuittbi, in ioſula Cerui, cœnobium monialium condidit, cui præfecit Congildam, eiq́ue in diſciplinam tradidit Edelfredam filiam: teſte Polydoro libro quarto, pagina ſeptuageſimaſecunda. In hoc cœnobio poſtea congragata eſt Synodus de Paſchate, teſte Beda lib. tertio, capite uigeſimoquinto.

Præſul Lindisfatnenſis cœnobium Carlidi condidit, teſte Baleo Centuria prima, capite 81. Carcanualdus apud Oriētales Saxones in Bericingo mooaſterium extruxit, In quo ſoror eius abbatiſſam egit. Beda libro 4. capite ſexto.

Nominantur præterea Strenuelſpach, Ebetcurn, Vatadum, & alia apud Bedam lib. quarto, capite uigeſimoſexto: libro quinto, capite tertio, & alibi paſsim. Suptà etiā in loco de ampliationibus Eccleſiæ plurima cœnobia commemotata ſunt, que huc poſſuot referri.

Atq; hęc de monaſterijs, ubi, qnādo, & quibus autoribus cœperint: nunc de generibus & ſtatutis, ſtudijs, ceremonijs, habitu monachorum, & alijs quibuſdam pauca monebimus.

De uarijs monachorū ordinib. Iſidorus in lib. de Officijs ſic ſcribit: Vnde prius monachorum ordo ſiue ſtudium creuerit, ſi quis inquirere ſatagit, ſciēdum eſt, quia ab Helia & Heliſæo, nec non & Ioanne ſiue Paulo ſeu Antonio, Macario quoque & Hilatione hæc ſancta prius inchoata iuſticia extitit. Secundum genus eſt heremitarum, qui ab hominibus recedētes, deſerta loca & uaſtas ſolitudines ſeqountur, & habitant ad imitationem Heliæ & Iohannis qui heremum penetrauerūt. Sola ſolitudine delectantur, herbis agreſtibus ntuntur, pane tātum & aqua contenti ſunt, ſecretiſsimè à conſpectu hominum remoti, diuino tātum eloquio perfruuntur, hominum conſortia reliquerunt. Tertium genus eſt Anachoritarum, qui dū cœnobialem connerſationem perficinnt, includunt ſemetipſos in cellulis, procul ab hominum conſpectu remoti, ſe in ſola contemplatione Dei uioentis perſiſtunt. Quartum genus eſt, qni ſibi in Anachoritarū imagine blādiontur, in primordijs ſuis feruore quodam breui in cœoobij perfectione uidentur: ſed cōtiouò tepefacti, priſtinos mores ac uitia reſecare contemnunt, nec iugum humilitatis ac patientiæ diutius ſuſtinere contenti ſunt, ſubdiq́; ſeniotum imperio dedignātur: ſeparatas experunt cellas, & ſolitarij ſedere deſiderant, ut nemine laceſſente manſueti uel humiles exiſtimeotur. Quorum inſtitutio, imò tepor, hos quos ſimiles infecerit, ad perfectionem nunquam permittit accedere: non ſolùm quòd uitia non abſcinduot, ſed in deterius uadunt, & in uitia conualeſcunt: & dum animi prouocati, quod iā letala & inteſtinum uirus eſt, quantum amplius cælatum fuerit, tātum profundius ſerpens, inſanabilem morbum generat ægrotandi. Pro reuerentia ſingularis cellæ nullus iam uitia ſolitarij audet argoere, quæ ille ignorare maluit quàm ſuperare. Quintum genos eſt Circumcellionum, qui ſub habitu monachorum uſquequaque nagantur, uenalem circumferentes hypocriſin, circumeuntes prouincias, nuſquam miſsi, nuſquam fixi, nuſqoā ſtantes, nuſquam ſedentes, habentes pro Deo membra martyrum, eaq́ue plerunque uenditant alijs: fimbriaa & phylacteria ſua magnificant, gloriam capantes ab hominibus: alij comam non incîdunt, ſicut antiqui pattes: honores quos non acceperunt, habere ſe dicunt. Sextum genus eſt monachorum, & ipſum teterrimum & neglectum, quod per Ananiam & Saphiram in exordio Eccleſiæ pullulauit, qui ſe à cœnobiali diſciplina ſequeſtrant, ſuasq́ue liberè appetunt uoluntates: Aegyptiorum lingua Sarabitæ, ſiue Rennuiiæ nuncupati ſuot. Conſtruunt ſibi cellulas, quæ falſo oomine monaſteria nuncupant: libereq́ue ab imperio ſeniotum, arbitrio ſuo uiuunt, certant in operibos laborantes, non ut indigentibus tribuant, ſed nt quætant pecunias, ſicut Hieronymus dixit: quaſi ars ſit ſancta, non uita. Solent certare ieiunijs, & uentrem ſecreto uictu reficiunt. Apud hos affectata, inqnit, ſunt omnia, fluxæ manicæ, caligæ follicantes, ueſtis groſsior, crebta ſuſpiria, uiſitatio uirginum, detractio clericorum. Et ſi quando dies feſtus uenerit, ſatiantur uſq; ad uomitum.

Bono conſilio & fine ab initio cœnobia extructa eſſe, dubium oon eſt. Sic enim de Luxouienſi monaſterio Vincentius ſcribit. Adducebantur Columbano multi paſ-

ſim diſcipuli in monaſterium. unde apparet, monaſteria nihil aliud fuiſſe quàm ſcholas: libro uigeſimotertio, capitibus decimoſeptimo, decimooctauo & decimonono. Sic Tholegienſe cœnobium ſub ueteri Schaumburgo, Lotharingiæ ducum caſtro, anno Chriſti ſexcenteſimouigeſimoſeptimo, hoc uno fine conditum fuit: ut eſſet ſchola & Eccleſia Theologorum: teſte Bruſchio de Monaſterijs.

In monaſterio Haimerani Saltzburgi, Sacras literas & bonas artes interpretati ſunt monachi: teſte Auentino de Geſtis Boiorum, libro tertio, pagina ducenteſimaoctuageſima.

Sic Maildulfus Scotus philoſophus, Malmesburienſe cœnobium anno Chriſti 685 fecit, in quo ſcholam tam Græcæ quàm Latinæ linguæ aperuit, & artes prælegit: teſte Baleo Centuria decimaquarta, capite uigeſimoſexto. qui ibidem addit: Habebant in monaſterijs ſolennioribus priuatas ſcholas tunc prælati, futuris commodis proſpicientes, cum adhuc non eſſent in Anglorum gente gymnaſia publica, propter ſibi contrarias Britannorum & Scotorum opiniones. Et Beda teſtatur, in Angliam ueniſſe Scoticos monachos, & informaſſe iuuentutem: hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro tertio, capite tertio.

Exempla quoque teſtantur, aliquos non parum profeciſſe in monaſterijs. Anaſtaſius Perſa Græcam & Latinam linguam calluit. Sic frater quidam illi aſtans in martyrio, exterum regem aduenientem Græca lingua allocutus eſt, & prolixam ad eum orationem habuit: teſte Metaphraſte, in uita Anaſtaſij.

Gregorius Agrigentinus, poſtquam ab Hieroſolymis reuerſus eſſet, in monaſterio quodam Grammaticam, Rhetoricam, Poeſin, Græcam linguam, & alia initia philoſophiæ mediocriter percepit. Idem in uita eius.

In Pharenſi monaſterio Cedmannus didicit carmina ſcribere, cum antea fuiſſet bubulcus. Beda libro quarto, capite uigeſimoquarto.

In Calliſtrati monaſterio, monachus quidam ex aſtrologiæ cognitione prædixit Philippico amiſsionem imperij. Zonaras tomo tertio, pagina 80.

Virgines quoque Veſtales eo nomine commendat Adelhelmus, quòd ſacris literis incumbant, quòd hiſtorias euoluant, uariasque patrum expoſitiones, Chronographos, Poetas, & Grammaticos legant: in libro de Virginitate.

Statuta porrò, quibus in monaſterijs fuerunt aſtricti, multa recenſentur, & uaria. Primùm ſingulos oportuit eſſe ſubiectos abbati, isque in ſingulis monaſterijs tantum fuit unicus: teſte Cabillonenſi Concilio, capite duodecimo. Deinde ſemel facta deuotione, non licuit ad mundum redire. Si qui autem egreſsi ſunt, & nuptias contraxerunt, illos reuocarunt, & in monaſterio perpetuæ pœnitentiæ deputarunt. In Toletano Cōcilio quarto, capitibus quadrageſimooctauo & quinquageſimoprimo. Neque ex uno loco in alium migrare conceſſum fuit. Beda libro quarto, capite quinto.

Nuptiarum ſolennitatibus monachis penitus fuit interdictum: imò ex clauſtris non licuit exire cuiuis, niſi impetrata uenia ab abbate. Antſiodorenſe Concilium canone uigeſimoquinto. Sic mulierem in monaſterium intrare, planè fuit interdictum. ibidem canone 26.

Scoticis monachis mos fuit, exorto bello ſimul cum rege exire, & orando pugnare: ſicut apparet ex bello inter Edilfredū Northanymbrorum, & Ean Scotorum regem, in quo centum & uiginti monachi trucidati leguntur. apud Bedam libro ſecundo, capite ſecundo.

Pecunias aut alias opes cumulare, aut proprium tenere, monacho impietas erat, ut ex Iſidoro apparet, qui lib. tertio de Summo bono inquit: Qui huic ſeculo renunciant, omnia ſua derelinquant neceſſe eſt, ac ſeipſos abnegent: id eſt, propriis uoluntatibus renūcient. capite decimooctauo. Et Cæſarius: Hunc ſibi ſpecialiter modum religioſus monachus ponere debet, ut tantum habeat, quantum neceſsitas poſtulet. Homilia uigeſima tertia.

Sic in iurgia, lites aut contentiones prorumpere, non fuit impune: teſte Cæſario, Homilia 25.

Semper autem intentum eſſe lectionibus & orationibus oportuit eum, qui probè officio fungi uoluit, ut inquit Iſidorus: Dei ſeruum ſine intermiſsione legere, orare, & operari oportet, ne fortè mentem eius ocio deditam, ſpiritus fornicationis ſurripiat, folio ſexageſimoſexto. Et Cæſarius: Vnuſquiſq; ueſtrûm ſit in opere Dei promptior, in oratione frequentior, in lectione ſollicitior, in caſtitate purior, in ſobrietate parcior, in corpore honeſtior, in corde ſyncerior, in ira mitior, in manſuetudine moderatior, in riſu rarior, in cōpunctione feruentior quàm alij. Homil. uigeſimaſeptima. De Alipio Metaphraſtes ſcribit, quòd ſuis fratribus mādarit ſepties in die laudes & pſalmos cantare in uita eius.

Moniales quoque, ſuas habuerunt leges, hiſce non diſsimiles. Primùm enim ſinguli

gulis cœnobljs una quædam Abbatiſſa præerat,ſub cuius iugo reliquæ puellæ uiuebât. Habuit tamen illa ſuum quoque inſpectorem,& quaſi cœnobij curatorem, ex monachis aliquem uirnm probatum: isq́ne habitauit ſeorſim, cui nec cum alia uirgine ſola, niſi cum abbatiſſa, unquam colloqui licuit. Concilium Spalenſe,actione ſeptima,& undecima.

In quibuſdam tamen cœnobijs ſimul habitabant monachi & uirgines. ut in monaſterio Berincingenſi,tantum hsbitacnla ab inuicem fuerunr diſcreta,matutinas laudes ſimul cantarunt,item ad ſepnlchra mortuorũ ſimul laudes dixerunt, & deniq; etiam in oratorijs uirginum ſimul fuerunt:,teſte Beda lib. 4.capite 7. Sic in monsſterio,quòd erexit Elerius Cambrius circa usllem Clutinam,fuit inſignis numerus uirorum & fœminarum: inter quas Vuenefrida nobiliſſima uirgo,quæ gladium impotentis iuuenis Caradoci abſciſſa ceruice pertulit:ut ſcribit Baleus ex Lelando,Centuria decima,capite decimo.

Reliqua exercitia monialinm,Adelhelmus libro de Virginitate, pagina 8 commemorat:quòd uidelicet in uirginiratis perpetuo propoſito perſeuerent,ſeq́; ad cœleſtem patriam frugalitatis parſimonia,pſalmodiæ cantibus, lachrymarũ fontibus, & crebris ſuſpirijs præparent.

Nec tamen licebat eis in eccleſia loqui, uel docere,uel contingere,uel offerre,uel ullius ſacerdotalis officij miniſterium uſurpare.Iſidorus de Officijs.

Pleriſq; monaſterijs certi reditus aſsignati fuere,ijq́; non exigui: unde communiter uniuerſi nictitarunt.Aliqui tamen manuum labore uictum quæſiuiſſe leguntur. Vt in Luxouienſi cœnobio Baleus dicit, monachos labores manuum ſuarum manducaſſe:Centuria decimaquarta, capite decimoquinto. Idem de Colmanno Lindisfarnenſi epiſcopo,qui apud Hebrides cœnobium condiderat,eiusque fratribus, Anglis & Scotis, recitat,capite uigeſimoprimo.Vincentius ſimilia exẽpla colligit libro uigeſimoſecũdo, capitibus 108.109.110.& libro uigeſimotertio, capitibus 6 & 7.

Habitus porrò monaſticus erat,pannus uilis & exiguus, ut ex Anaſtaſij Perſæ uerbis apparet:qui cum opibus & dignitatibus ſollicitaretur,ut à fide in Christum deſciſceret,reſpondiſſe fertur:Vilis pannus & habitus meus teſtatur,me delicias mundi, ſplendorem & diuitias iamdudum contempſiſſe, &c. Metaphraſtes. Et in Toletano Concilio decimo,capite quarto decernitur, ut uidua quæ petat habitum religionis, ſumpta ueſte,illa utatur ubiq;,etiam in lectulo quiſcens: ſitq́ue ea ueſtis nec uarietate colorũ, nec diuerſitate ſpecierum notabilis,ſed religioſa, & nõ ſuſpecta:pallio quoq; nigro uel purpureo caput tegat ſemper. Adelhelmus tamen aliquoties uidetur in monachis & monialibus reprehendere luxum precioſsrũ neſtium. Vnde apparet,hanc contemptam formam non ubiq; fuiſſe receptam.

Superſtitionibus deniq; & abuſibus hæc uita plena fuit, & ſubinde plures acceſſerunt. Vt quòd impurum cœlibatum faſcinati homines prætulerunt coniugio,quod putarunt ſeſe eiuſmodi exercitijs abolere peccata,promereri ſibi & alijs uitam æternam, & quicquid præterea fuit impietatis: ut paſsim in ſctiptoribus eſt uidere. Nam de Pharone Vincentius tradit, quòd eccleſiaſtico ordini ſociatus, uxorem quoque ſuam in monaſterium detruſerit:& quòd huius exẽplo gens Anglorum inuitata,ſuas quoq; uirgines monaſterijs manciparit:libro uigeſimotertio, capire uigeſimotertio. Sic apud Northanymbros Beda ſcribit, quendam à mortuis reſuſcitatum,noluiſſe coniugem ac liberos recipere,ſed ſe in monaſterium Mailroſam contuliſſe:libro quinto, capite decimotertio.Ecberechtus quidam tam diu petijt uiuere,donec pro peccatis ſuis ſatisfeciſſet, & auctiora merita cumulaſſet.Beda libro tertio,capite uigeſimoſeptimo.Ad eundem modum Cęſarius ſuos hortatur,inquiens: Taliter uos debetis exhibere fratres, tam ſanctè, tam iuſtè, & tam piè, ut merita ueſtra non ſolùm uobis ſufficere, ſed etiam peccantibus alijs in hoc ſeculo poſsint ueniam impetrare.Homilia 11.folio 72.& Homilia decimaſeptima,pagina 108.109.& Homilia 20.pagina 124.

In ritibus quoque ualde fuerunt ſuperſtitioſi. Alipius Cionita miraculoſam uitam in columna egit per annos ſeptuaginta: habuitq́ue ſibi adiunctas tres claſſes canentiũ, duas monachorum,& unam mulierũ, quæ perpetuos clamores ad cœlũ miſerunt. Propoſuit idem ſuis monialibus hanc legem,ut nunquam oculis maſculorum aſpicerentur. Eam illæ adeò ſanctè obſeruarunt, ut etiam in mortis periculo deſtitutæ, noluerint à parentibus uiſitari. Metaphraſtes in uita Alipij.*) Fides ſit penes autorem,alioquin nugacem.

Anaſtaſius Perſa cum martyrio eſſet afficiendus, perijt,ut ſibi liceret habitum monaſticum exuere,ne ille ſimul cum ſuo corpore probro afficeretur. Metaphraſtes in uita eius.

Poſtremò omnes ritus monaſticos Iſidorus in libro de Officijs ſummatim complectitur, his uerbis:Inter cœnobium & monaſterium iſta diſtinctio eſt, quòd monaſte-

rium poſsit etiam unius monachi habitatio nuncopati, cœnobium non niſi plutimorum uiuentium in orationibus, in lectionibus, in uigilijs, in ieiunijs, in ſilentio, nulla ſuperbia tumidi, nulla inuidentia, ſed modeſti, regno Dei placiti, concordes, cogitationes ſuas alterutrum reuelantes: inuicem confitendo, inuicem ſe diſcutiunt & corrigunt, uihil peculiare defendunt: pulchras ueſtes non induunt, ſed uiliſsimas & mediocres: lauacra non frequentant, niſi pto languotis conſultu. Abbatis nunquam ptogrediontur mandata, nihil ſine ſcito Abbatis faciunt, ad poſsibilitatem operantut, ut mens impediti non poſsit. Canunt autem cum laborant, & ubicunque abierunt ſemper pſallunt, diuino celeumate conſolantur. Conueniunt autem omnes nocte dieque dato ſigno, & in feſtinatione properãt ad orationem ſolennium horatum, celebrantes, fixa intentione cordis, & uſque ad conſummationem Pſalmorom ſine faſtidio perſiſtentes. Cõueniunt diebus ſingulis interpoſiti, dum adhuc ieiuni ſunt in collatione audientium patrum: audiunt autem cum incredibili ſtudio, ſummo ſilẽtio: affectusq; animorum, prout eos prouocauerint, differunt, orationem autem gemitu uel fletu ſignificant. Cotpus deinde eum magno ſilentio teficiunt, tantum quantum ſaluti neceſſe eſt, cohercente unoquoque pet parſimoniam cibi aut potus concupiſcentiæ gulam, ne grauetur eorũ cor, & ea ipſa quæ præſtò ſunt parca & uiliſsima ſunt. Itaque non ſolùm à catnibus & à uino abſtinent pro ſufficientia damnandæ libidinis, ſed etiam ab omnibus quæ uenttis ptouocant appetitum, & quod neceſſario uictu ſupereſt ex operibus manuom & epularum reſtrictione egentibus diſtribuunt, ut nihil remaneat quod abundauerit. Ad quorum exemplum & cœnobium uirginum ita perſiſtit: & tam cauta debet eſſe eatum teligio, ut neque iuuenis neque ſenex inter ipſas conuerſentut, propter incertas cogitationes, niſi ad ueſtibulum monaſtetij confabulentut quod eis opus eſt.

VARII CASVS IN VITA *monaſtica.*

¶ Vt inuentum illud humanum pro cultu Dei eximio habetetur, oportebat diabolum mendacibus ſignis homines dementare. quod ſanè Dei irati petmiſſu, gnauiter & ſolerter præſtitit per ſomnia, aut uanas uiſiones, aut ſpectra, aut hominum malitioſorum inania commenta: ſicut infrà in loco de miraculis ſuperſtitioſis dicemus, quibus & hæc ſequentia non ſunt diſsimilia.

In monaſterio Seleſeu cum peſtis graſſaretur, uiſi ſunt apoſtoli Petrus & Paulus (ſpectra diabolica fuerunt) qui iuſſerunt per cuncta monaſterij otatoria celebrari miſſas, & ſic proptet Oſuualdi intetceſsionem ceſſaturam eſſe peſtem. Beda libto quarto, capite decimoquarto.

Alius.

In monaſterio cui Amatus præ fuit, puella quædam à diabolo obſeſſa ſuit: eiusque rei cauſam crediderunt, quòd pomum ſine licentia ſenioris comediſſet: liberata tãdem eſt per Amatum, ut habent Geſta Meteuſiũ.

Alius.

Cum Gregotius Agrigentiuus eſſet Hieroſolymis, uidit in monaſterio quodam tẽpore paſsionis Chriſti, quoſdam homines, à terra in cœlum tolli, aliosq; cibi expertes degere: uidit & fluctus lachrymarum, ſontium flumiua ſuperantes. Metaphraſtes.

Alius.

Vuandregiſilus Fiſcani & Foutauellę monaſteriorum fundator, cum eſſet in agone, & uarias grauiſsimasque ſentitet tentationes à diabolo, nihil aliud oppoſuit, quàm ſe Chriſti lauacro tinctum eſſe, & hac uoce omnes diabolos fugauit. Nihil ei profuit monaſticæ uitæ ſplendor & metitum. Vincentius lib. 23. capite 100. At alij quos Deus non ita ſingulari beneficio tãquam per ignem in uiam, & ad uerum fundamentum, uimirum ad fidem in Chriſtum reduxit, illi in deſperationem abierunt, ut eſt exemplum apud Bedam libro 5. capite 15.

DE EREMITIS.

HOc ſeculo non ſolùm monaſticam, ſed etiam eremiticam uítam, ptoptet fucatam pietatis ſpeciem multis placuiſſe, teſtantur hiſtoriæ, ſeu potius monachorũ ſabulæ.

Arbogaſtus in Alſatiam ueniens, in uemore quodam, ubi nunc Haganoa ſita eſt, oratorium ſibi conſtruxit, ibiq; ieiunijs & precib. Deo ſeruijt. Baleus Centuria decimaquarta, capite 81.

Florentius Scotus, ex nobili familia natus, cum Arbogaſto, Theodato, & Hildolpho eremiticam uitam elegit: & condito oratorio ad flumen Haſelum iu deuſiſsimis nemoribus, operam dedit agriculturæ & precibus. Exttuctum tamen eſt poſtea in eo loco ſpleudidum cœnobium à Sigeberto Francorum rege, cuius filiam Rathildiu cæcam & mutam ille ſanitati reſtituetat. Baleus Centuria 14. pagina 22. ex Bruſchio de monaſterijs.

Arnulphus ex maiore domus aulæ regiæ factus eſt primùm epiſcopus, & taudem eremita. Vincentius libro uigeſimotertio, capite 77.

Iodocus Britonum tegis filius, in etemo multis mitaculis claruit. Bergomenſis.

Amatus

Amatus cũ triginta annos monachus fuiſſet, tãdem factus eſt eremita, & ibi uitam finijt. Arbores eradicans conſtruxit ſibi agellum, ad quartam partem modij capientem, ubi ſeminauit hordeum ad uictum: molam fecit, quam agitauit manibus ipſe. Geſta Metenſium.

In diœceſi Treuirenſi Paulus, Vandalini duo, Vualaricus, Ingobertus, Carilephus, Volfricus, Banzius, Volſi, Diſsibodos, eremitas egerunt. Trittenhemius de Geſtis Francorum.

MORES CHRISTIA-
norum.

ETſi hoc ſeculo ueri cultus Dei, ueraque uirtutũ officia humanis traditionibus, earumq; ſuperſtitioſis obſeruationibus, magna ex parte obſcurata erant: tamẽ ſtudium ſeruiendi Deo, & piè iuſteq; uiuendi, miſerę plebeculæ non defuit. Quantus enim fuerit amor pietatis, quantus ardor hominum erga religionẽ, inde æſtimari poteſt, quòd nullus modus fuit cumulandi opes Eccleſiaſticas: ut ſuprà de templis & monaſterijs ſatis eſt oſteoſum. Neq; uerò auidè pro ſe quiſq; tantum dogmata ſacrificulorũ & monachorum arripuit, ſed ſubinde etiam alij alios inuicem erudierunt, & ad religionis amorem inſtigarunt: ut Cæſarius de ſuis auditoribus prædicat Homilia 5. pag. 35. Sic tanta fuit religio locorum in quibus congreſſus facti ſunt, ut etiam mortis rei ſi eò confugerent, tuti eſſent. Apud Dagobertum Francorum regem, legati Vaſconum rebellionis condẽnati, in templo Dionyſij incolumes ſeruantur, & recipiuntur in gratiam. Ganguinus libro 3. pagina 41.

Precationibus porrò adeò fuerunt intenti, ut ferè totum diem illis tribuerint. Nec Chriſtiani nominis fuit ignorare, aut nõ aliquoties recitare uſitatas formulas precationum, præſertim orationem Dominicam, & Symbolum: ut eſt in Cabillonenſi Concilio, canone decimonono.

Plurimùm tamen hac ipſa pietate ab illis peccatum eſt, dum inuocationi ueri Dei ſanctorum interpellationes miſcuerunt: id quòd ibidem conſtitutum legitur, Conciliorum tomo 2.

Sic ab omnibus præſtigijs & deceptionibus magicis oportuit Chriſtianum eſſe alienum, ut pulcherrimè Martinus in Concilio ſuo inquit: Non liceat Chriſtianis tenere traditiones gentilium, obſeruare uel colere elementa, aut lunæ ac ſtellarum curſus, aut inanem ſignorum fallaciam, pro domo facienda, uel propter ſegetes ac arbores plantandas, uel coniugia ſocianda. Nec in collectionibus herbarum quæ medicinales ſunt, aliquas incantationes attendere, niſi tantum cum Symbolo & oratione Dominica. Item: Nemo inueniat maleficia, aut faciat luſtrationes paganorum: qui fecerit, quinque annis pœnitentiæ ſit deputatus. Mulieres quoque in lanificio ſuo non obſeruent uanitatem. 26. q. 5.

Cum Iudæis aut hęreticis conuerſari, ſub anathematis uinculo prohibitum fuit, in Toletano Concilio 4. cap. 57. In Hiſpania quoque nouum regem oportebat ſacramento confirmare, quòd ſub ſe Iudæos non uellet tolerare. Toletanum ſextum, capite 3.

Quanta fuerit reuerentia erga miniſterium & miniſtros, quantus concurſus ad conciones publicas, dictum eſt ſuprà de cõgreſſibus. Anathemate enim damnati ſunt, quicunque miniſtrum iniuria aut contumelia affecerunt: in Antiſiodorenſi Cõcilio, canone 42 & 44.

Magiſtratibus honorem & obedientiam exhibuerunt debitam. Eſtque in Toletano quinto conſtitutum, ut excommunicaretur quicunq; principi malediceret: capite quinto. Et Corbulum quendam nominat Bonfinius, qui læſa maieſtate regia ſibimetipſi effodit oculos. Decadis primæ libro octauo, pagina 126.

Amicitiæ, concordiæ & ſocietatis erant ſtudioſiſsimi, adeò ut iniurias & offenſas citra negocium remitterent. ac memorat Vincentius de Magnobodo quodam Andegauẽſi epiſcopo, quòd is æmulum quendam, qui ſubornarat ſibi ueneficium, re cognita, humaniſsimè tractarit: & non niſi blandis uerbis monuerit, ut à propoſito deſiſteret. libro 23. capite 38.

Coniugij dignitas, nonnihil quidem per impurum cœlibatum cœpit deformari: ſed fuerunt tamen, qui rem altius introſpicientes, pluris fecerunt ordinem diuinitùs ſancitum, quàm humanum cõmentum. ut Cęſarius Homilia trigeſimaprima, pagina 191. inquit: Multo melior eſt humilis cõiugalitas, quàm ſuperba uirginitas. Idem aliquoties grauiſsimè inuehitur in illam impiam conſuetudinem, quòd ſacrificuli nonnulli cõcubinas alerent: ut Homilia 9. & alibi.

Alioqui magna laus fuit, in uel extra coniugium tueri caſti pudoris decus: & in Toletano duodecimo ſtatutũ eſt, ne quis citra culpam adulterij, ulla alia de cauſa uxorem dimitteret. Sic in contrahendis matrimonijs honeſtatem maximè ſpectari oportebat. Nam Aimonius exemplum recitat, quòd comes Burgundiæ nouercam ſuam ducens, coactus ſit eam repudiare: libro quarto, capite decimoquarto.

In honeſta quoque uocatione & labore uerſari ſingulis ſtudio fuit, ne exercerent artes ludicras.

Neq; etiam militiam exercere Chriſtianis interdictum fuit, modò cum pietate, & propter cauſas neceſſarias ſuſciperetur. Sicut eius rei inſigne exemplum proponit Paulus Diaconus in Heraclio. Is enim ante expeditionem Perſicam, in qua crucem Domini recuperauit, in omnibus templis cum populo uota prius fecit ad Deum. Poſtea parta uictoria, redeunti populus cum patriarcha obuiã proceſsit, eumq; cũ hymnis & gratiarum actione excepit: ipſe quoq; Imperator ad terram procidit, Deoq; gratias egit: libro 18, rerum Romanarum.

In egenos & peregrinos maximè fuerunt humani & liberales. Oſuualdus rex Anglorum peculiarem miniſtrum conſtituit ad curam pauperum. Beda libro tertio, capite ſexto. Eleemoſynarius ſine diſcrimine omnib. mendicantibus ſtipem diſtribuit: teſte Metaphraſte. Plurimi etiam more Apoſtolorũ, omnia bona uendiderunt, & diſpenſarunt pauperibus. Alipij Cioniræ mater iniquum putauit, ſi duos aſſes poſsideret. Metaphraſtes. Oborta fame in Gallijs, rex Clodoueus tectum argenteum de templo Dionyſij auferri, & pauperibus diuidi mandauit. Annonius libro quarto, capite 41, de rebus Francorũ. Sic Cæſarius ſuos auditores paſſim prædicat à frugalitate in cõuiuijs, à temperantia, uiſitatione infirmorum & captiuorũ, & liberalitate in pauperes. Homilia prima, pagina tertia. In ſexto quoq; Concilio Conſtantinopolitano ſtatutũ fuit, ut Chriſtiani eſſent hoſpitales, & nihil acciperent ab hoſpitibus, niſi quis ſpõte aliquid daret: capite nono.

In iudicijs denique & contractibus, maximè ueritatis fuerunt amantes. Et in Bracarenſi ſecundo, capite octauo, lex promulgata fuit, ut accuſans aliquem de delicto, ſi non poſſet probare, ipſe actor pœnam accuſati pateretur.

DE RITIBVS ET CEREMOnijs *Romanæ Eccleſiæ.*

DE PVBLICIS CONgreſſibus.

Roma multis templis exornata fuit, in quę nõ tam ad cultum Dei, quàm ad ſuperſtitiones peragendas conuentum eſt.

Pantheon hactenus occluſum, conceſſu Phocę Bonifacius aperuit, & pro dijs Ethnicis, Mariam & omnes martyres ſeu ſanctos, Ethnico more ibi coli inſtituit, iuxta uaticinium Danielis undecimo. Sigebertus & Regino. Fuit idipſum laminis argenteis tectum, ſed illas poſtea abſtulit Cõſtans Imperator, ut refert Sabellicus Enneadis octauæ libro ſexto.

Honorius addidit eccleſiam Agnetis, Pancratij, quatuor martyrum, Vaticanam, quam ęneis tegulis texit. Apollinaris martyris, Cyriaci, Seuerini, in Tybutti uigeſimo ab urbe miliario, Petri & Marcellini, Adriani in tribus foris: & in aquis Saluijs ad Pauli decollationem Anaſtaſij martyris, cuius corpus ex Perſide delatum, Romam miſit Heraclius, & Luciæ uirginis. Liber pontificalis in Honorio, Sabellicus, Platina. Blondus addit, horum operum hodie nullum cerni, uiſi tectum in baſilica Petri, quòd ex tabulis aureis fuit totum: Decadis primæ libro nono, pagina 123.

In eccleſia Petri Seuerinum papam, pulcherrimum Muſæum condidiſſe, refert Onuphrius.

Iohannes Dalmata fecit eccleſiam Venantio, Anaſtaſio, Mauro, alijs martyribus, quorũ reliquias ex Dalmaria & Hiſtria acceperat: eaſque recondidit in eccleſia Lateranenſi iuxta oratorium Iohannis Euangeliſtæ, quam ornauit arcubus argenteis, quorum ſinguli ad libras quindecim penſabant. Liber pontificalis in Iohanne.

Theodorus primus templum Stephani in monte Cœlio: oratoria duo, unum Sebaſtiani apud Lateranenſem eccleſiam, alterum Eupuli in uia Hoſtienſi, & ante portam templum Pauli extruxit. libro eodem: & Platina in uita eius.

Theodatus in uia Hoſtiẽſi reſtaurauit eccleſiam Apoſtolorum, & in uia Appiana Eufemiæ templum extruxit. Platina.

Donus marmoribus ſtrauit ueſtibulum beati Petri quadriporticum, quod Paradiſum nominat. Liber pontificalis de eodem: & Platina.

Leo fecit eccleſiam Pauli ad ſanctam Bibianam, in quam corpora Simplicij, Fauſtini & aliorum martyrum repoſuit. Damaſus de eodem. Benedictus Barionæ templum in Vaticano, Laurentij martyris in Lucina, Valentiniani in uia Flaminia, Deiparæ Virginis ad Martyres magno ſumptu reſtituit, ophtico atque porphyritico lapide, & parietum incruſtatione, opereque uermiculato. Contulit idem ex auro & argento uaſa, ueſtem holoſericam & auro intextam ad ſacrorum uſum. Platina de eodem, Sabellicus Enneadis octauæ lib. 6.

Sergius fecit tugurium in Coſmæ & Damiani baſilica. Item patinam auream, fumigatorium aureum, uela & ornamenta alia: renouauit & oratoria Suſannæ, Eufemiæ & Aureæ. Liber pontificalis in Sergio.

Multas quoque paſsim in templis imagines habuiſſe leguntur Romani, tum Chriſti, tum Apoſtolorum, martyrum, & aliorũ, qui bene meriti fuerunt de ipſorũ dignitate.

Nam

Nam impij Phocæ imperatoris & coniugis eius Leontiæ imagines in ipſo oratotio Lateranenſis eccleſiæ collocarunt Romani pōtifices: quod non feciſſent iſti patricidæ, niſi eis ptiuilegiom de principatu ſuper omnes eccleſias dediſſet. Blondus lib. nono Decadis primæ. Setgins imaginem Petri auream feciſſe ſcribitur, in libto Pontificali.

Altatia quoq; in templis fuiſſe, inde patet, quòd Honorius tnguriolū ex argento 287 libtarum, ſupet altate in templo Panctatij feciſſe dicitur: libro eodem.

Simile quiddam de Iohāne legitur, quod in baſilica Petri ſuper altare Marci operculū fecerit: in Supplemento Cbronicorū lib. 10.

Candelæ item in uſu apud illos fuetunt. Nam Sabinianus intet alia boc decretum reliquit, ut lampades in templis cootinoè arderent. Supplemētum Chtonicorum libro 10. Sic Honorius tria candelabra templo Pāctatij deſtinauit, ex ſolido auro fabrefacta. Liber pontificalis. Et Agatbo ad luminaria eccleſiæ Apoſtolorum & Mariæ, cui nomē Ad præſepe, bis mille centum & ſexagiota ſolidos erogauit: libro eodem.

Sic quoq; diſtinctas fuiſſe ſedes in tēplis apparet. De Pyrrho enim hęretico in Lib. pōtificali dicitur, quòd cum damnaſſet ſuos errores, curſuerit ei Theodorus papa catbedram ad altare poni, ſummum illi locō præ cæteris tribuens.

Dedicationes porrò omnibus tēplis, quę hac ætate extructa eſſe, longo catalogo ſupra oſtēdimus, ſont adhibitę: ut in Lib. pontificali paſsim de Honorio, Seuetino, Iohanne, Theodoro, Vitaliano, Dono, Leone, Benedicto, & aliis, qui templa nona coodiderunt, eſt uidete.

De Pantheo. quod antea fuerat idololatricum templum, Pettus Pręmonſtratenſis tefert, quòd ante dedicationem eius, Chriſtiani ſępe à dæmonibus percuſsi ſint in illo tēplo: id uetò deinceps, poſt conſecrationē eius, noo amplius eſſe factum. Addit Baleus, ideo ceſſaſſe illa phātaſmata, quòd tunc Romaoi ea mutatione amici diabolorū eſſent facti, dum neglecta & corrupta doctrina, omnia replerent ſuperſtitioſis ceremonijs, & traditionibus humanis. Baleus de Scriptoribus Britannię Ceotutia ptima, in Bonifacio quarto.

Quando uerò conuenetint, & quoties, nō expreſsè iodicatut. Sabbati tamen & Dominici diei plurimum fit mentio. ut de Cōſtante imperatore ſcribitur in Libro pontificali, quòd ueniens Romam quarta feria, ea ipſa die iuerit ad templum ſancti Petri orationis cauſa, & die Sabbati ad ſanctam Mariā, Dominica item ad Petrum, &c. In Vitaliano.

Campanis quoq; in conuocandis populis ad cōciooem uſi ſunt: ſicut illud Sabinianus in decretis reliquit, ut horæ diei cū campanis pulſarentur. Bergomenſis libro 10.

In cantionibus hac ætate, nihil admodū motatum fuit ab illo ordioe, qoem ſuperioribus annis Gregorius Magnus inſtitoerat: niſi q; Honorius adiddit, nt omni Sabbato fieret proceſsio ſolennis à templo Apollinaris ad Petri uſq;, cum litanijs: & quòd Sergius litaniā io omnibus feſtis cani ooluit: & inſtituit, ut in fractione Corporis Dominici, Agnus Dei cantaretur. Liber pontificalis, in Honorio & Setgio.

Præter certas fotmulas precationū, quas quotidie in templis recitare ſoliti ſunt, extraordinariè quoq;, quoties neceſsitas poſtulauit, ad preces confluxerunt in templa. Sicut de Theodaro papa ſcribunt, quòd ad auertenda mala, quæ prodigijs denunciabātur, freqnenter populum conuocarit ad precationes. Platina & Liber pontificalis.

Oblationes denique & eleemoſynas, magno ſtudio collectas eſſe, multis in locis eſt uidere: ptęſertim in exēplis Imperatorum, regum, principum & nobilium, qui liberaliſsimè ad fouendos impios cultus contulerunt & cumularunt opes: nt de Conſtante extat, quòd Romam delatus, obtulerit Vitaliano in templo pallium auro textum, cum alijs multis ac uarijs donis. Item quòd miſerit paulo antè Petro apoſtolo Euangelia aurea, albis gemmis miræ magnitudinis ornata circumcircà. Beda de Ratione temporum. Liber pontificalis in Vitaliano.

Sub Paſcbali quoque, aotequam Sergius eſt electus & confirmatus, Italiæ exarchus centum libras auri obtulit. Libro eodem in uita Sergij.

DE CEREMONIIS ROMANAE *Eccleſiæ circa Baptiſmum.*

¶ Ritus Baptiſmi, quos ſuptà recēſuimus, etiam Romanæ eccleſię fuerūt communes: ut facile eſt colligere ex ſuperioribus.

RITVS CIRCA POTESTATEM *Clauium.*

Clauium poteſtatem, præſertim excōmunicationem, Romę io uſu fuiſſe, dublum nō eſt. Adminiſtrata autem eſt tum pet pontificem ipſum, tum per ſacetdotes ſolos: niſi quòd poſtea Bonifacius monachis quoque eam poteſtatem cōceſsiſſe legitur: in Chronico Sigeberti.

Ex cōmunicatio facta eſt publicè & ſolenniter: ut exempla teſtantur. De Pyrrho hæretico Conſtātinopolitano Beda ſcribit, quòd eum Theodorus papa publicè conuocatis omnibus ſacerdotibus, & omni clero, in eccleſiam Petri, condemnarit ſub uinculo anathematis: de Ratione temporum.

Sic & receptio eorum qui egerunt pœnitentiam cum ſatiſfactione impoſita, eodem modo facta eſt publicè. Nam idem Pyrrhus palinodiam canens, ubi Romam uenit, & Theodoro obtulit libellum, in quo errores ſuos cōfeſſus eſt, & damnauit, honorificè receptus, & in cathedram ante altare collocatus eſt. Liber pontificalis.

Sic & Leontius cū Anaſtaſio receptus eſt, ubi Leoni papę ſcripta retractationum obtulerunt. libro eodem, in Leone.

In receptione uerò certas ceremonias uſurpabant. Nam pontifex cum clero imponebat manus pœnitentibus, orabant pro ijs, & cœnam Domini adminiſtrabant: ut patet ex libro eodem.

RITVS CIRCA MISSAM *Romanam.*

¶ Vt cœnam Dominicam, in miſſam & ſacrificium pro uiuis et mortuis, Romani pontifices ſeculo ſuperiori transformare cœperunt: ita in eo opere perrexerunt, ſuperſtitionis & idolomaniæ artifices & noui uituli fuſores ſubinde magis magisq́; . Nam Boniſacius tertius autor fuit, ut altaria candidis ac lineis pannis operirētur: teſte Polydoro Vergilio libro 5. cap. 6.

Benedictus duos calices aureos, itemq́ue ueſtem holoſericam auro gemmisq́; intextam, ad Euchariſtię uſum cōtulit. Liber pōtificalis: & Sabellicus Enneadis 8. lib. 6. pagina 181.

Sergius patinam dedit habentem in margine gemmas, & in medio crucē ex hyacintho & ſmaragdo, penſantem libras uiginti. Item rhymiaterium aureū, in quo odor ſuauitatis in miſſarum celebrationibus incenderetur. Liber pōtificalis, in Sergio. Idem Agnus Dei, & Miſerere nobis, cantari præcepit: teſte Sigeberto in Chronico, & Platina in uita eius.

De Leone ſcribitur, quòd inſtituerit in omnibus Chriſtianorum eccleſijs, pacem circumferri & exoſculari: apud Sabellicum Enneadis octauę lib. ſexto. Platina in uita eius.

Symbolum etiam cantari ſolitum, apparet ex Tolerani octaui capite primo.

Nec licebat uno die duas miſſas celebrare in uno altari: neque presbyter aut alius quiſquam ſumpto cibo uel miſſam tractare, uel ſaltem eius celebrationi intereſſe in templo potuit. ut eſt in Antiſiodorenſi Concilio, canone 10 & 19.

Oportuit & ſacerdotem ſemper ſimul ſumere communionem, nec aliter accedere, quàm oratorio utroque humero circumſeptum, ita ut dependente oratorio utrinque quaſi ſignum crucis in pectore uideretur geſtare: teſte Toletano Cōcilio 12. cap. 5. & Bracarenſi tertio, cap. 3.

Denique quicquid præterea harum ineptiarum fuit, id omne ſub pœna excommunicationis quàm ſtudioſiſsimè obſeruari oportuit: ut extat in Antiſiodorenſis Concilij canone 45.

De oblatione pro uiuis & mortuis.

¶ In tantum etiam progreſſa eſt audacia, ut pro uiuis & mortuis, contra inſtitutionē Chriſti, celebraretur miſſa. Sic enim de Iohanne Eleemoſynario traditur, quòd pręce perit impigrè fieri oblatiōes & ſacrificia pro defunctis: apud Metaphraſten. Sic de Tuma presbytero Beda ſcribit, quòd in monaſterio Tumiaceſtir, pro fratre ſuo quē in bello interfectum putarat, ſæpius Miſſas celebrarit pro abſolutione animæ eius: ſicq́ue factum, ut is in bello à nemine uinci poſſet. Hac rei nouitate permoti alij, ſimiliter pro illis qui de ſeculo migrarant, oblationis ſacræ uictimas tulerunt, putantes ſacrificium miſſæ ad redemptionem animę & corporis ualere. in hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro quarto, capite uigeſimoſecundo.

Collectas pro defunctis fecerunt, eas que mortuis ad redemptionem animæ prodeſſe impiè crediderūt: ut impudēter docuit Eleemoſynarius, teſte Vincentio libro uigeſimo ſecundo, capite 110.

VARII CASVS CIRCA COENAM *Domini, & miſſam.*

¶ Cum Olympius exarchus Italiæ in mādatis haberet, ut Martinum patriarcham interficeret: eo nomine ad ſacram ſynaxin acceſsit, ut id facinus perpetrare poſſet. Sed is ſumpta cœna ſtatim excæcatus eſt. Liber pontificalis, in Martino.

Alius.

Quidam ex diſcipulis Sulpitij, cum fuiſſet noctu in templo à diabolo cædibus exanimatus, ſtatim infuſo ſacrificio ſurrexit incolumis. Vincentius libro uigeſimotertio, capite decimonono.

Alius.

Quoſdam lac & uuas expreſſas, pro uino uſurpaſſe in cœnæ adminiſtratione, patet ex Bracarenſis Concilij tertij cap. 1.

Alius.

De Theodoro Rauennate ſcribit Nauclerus, quod ipſum aliquando miſſas inchoantem, omnis populus & clerus deſtituerit. Idē Eleemoſynario aliquoties accidiſſe, Metaphraſtes commemorat. & addit, ipſum aliquando infecto opere ſimul exijſſe, cum uideret ſe ſolum. Inuehitur & longa concione Cæſarius in ſuos auditores, ob hunc contēptum, Homilia prima, folio 33.

Alius.

De Lupo Senonenſi Vincentius nugatur, quòd illi aliquando miſſam celebranti, gēma

ma de cœlo in calicem illapſa fuerit: lib. 23. capite 10.

Sic inter miſſas Iodoci, regis Britanniæ filij, dextra Dei, & miniſterium angelorum apparuiſſe traditum eſt: ut meminit Gygas, & Chronicon Aeditui in Conſtante.

Alius.

Adelphos Metenſiom epiſcopos, mortuus etiam in monumento miſſas celebraſſe fingitor: in geſtis Metenſium. O' fabulas.

Alius.

Ildefonſo Toletano epiſcopo, Maria aliquando (ſi credere fas eſt) apparuit, & ueſtē attulit, qua uteretur in miſſarum celebratione. Fuit proculdubio cacodęmon aliquis prophanationes cœnæ ſacræ confirmaos. Iohannes Magnus libro 16. capite 21.

Alius.

Vinceotius dicit, presbyterum quendam ab Eligio excommunicatum, cum pręſumeret miſſam celebrare, in ipſo actu ſubitò expiraſſe: libro 33. capite 87.

RITVS CIRCA *orationem.*

¶ Haboiſſe etiam Romanos certas horas, quibus ad preces faciendas in eccleſiam cōuenerunt, dubium non eſt. Pręter illas tamē etiam Adeodatus tempore tempeſtatū aot prodigiorum, peculiares conuentus fieri ordinauit. Platina, & Liber pontificalis in uita Adeodati.

Honorius papa pręter uſitatos ritus inſtituit, ut in Sabbatis fieret proceſsio: unde circuitiones originem duxerunt. Baleus Centuria prima de Honorio.

Sergius præter alias aras, ſtatuas & imagines, quarum non fuit nomerus, in ſacrario Petri capſulā inuenit argēteam, in qua crux fuit auro gemmiſq́ue ornata, quæ adhuc in Conſtantiniana eccleſia adoratur & exoſculatur. Liber pontificalis in uita Sergij.

Vitalianus autor fuit, ut horæ canonicæ Latinè canerentur. Baleus Cēturia prima, in uita eius. Et Honorius litanijs inuocationē mortuorum addidit. ibidem.

Martinus conſtituit, ut clerici com oratione cibum benedicerent, & poſt mēſam Deo gratias agerent. Chronicon Aeditui de Martino.

RITVS CIRCA OR*dinationem.*

¶ Electio ſummi pontificis hac ætate aliquandio, ſicut & antea, foit penes clerum & exercitum ſimul, itemq́; exarchum Italiæ. Liber pontificalis de Conone & Sergio. Poſtea Conſtantinus quiotus ſanxit, ut quē clerus, populuſq́; & exercitus Romanus in pontificem delegiſſent, eūdem ſtatim Chriſti uicarium eſſe omnes crederent, nulla Cōſtantinopolitani principis aut Italiæ exarchi expectata autoritate. Liber pōtificalis in Benedicto: & Sabellicus Enneadis octauæ libro ſexto. Polydoros Vergilius addit, hāc legem haud diu eſſe ſeruatam. Nam cum paucis pòſt annis Gregorius tertius, ac nonnulli alij deinceps pontifices, Longobardorum iniurijs preſsi, oihil auxilij à Conſtantinopolitanis principibus habereot, ad Carolum primò Marcellom & Pipinum, deinde ad Carolum Magnum Pipini filium, Francorū reges, fugere coacti ſunt. Qoas ob res Leo tertius, ipſum Carolum Magnum fecit Imperatorem: cuius ſucceſſores conſueuerunt itidem pontificis electionem confirmare. At qoe ſic oſu uenit, ot tum primùm tutela Romani pontificis, ab imperatoribus Conſtantinopolitanis, ad alios translata ſit. Poſtremò circiter annum ſalutis 1059, Nicolaos ſecundus Concilio celebrato, pontificū electionem ad Cardinales illos qui animarum curam gerebāt, tantum reduxit, idque hodie obſeruatur, &c. Hæc Polydorus libro quarto, capite 10.

Conſecratio ſummi pontificis facta eſt à tribus ad minimum epiſcopis in Epiſcopio, poſtquam in templo fuit electus. Liber pontificalis, in Iohanne pontifice.

Reliquorum uerò epiſcoporum & miniſtrorū ordinatio Romæ facta eſt p ipſos pōtifices, idq; diuerſo tempore. Sergius duas ordinationes habuit menſe Martio, in quibus fecit epiſcopos 97, archipresbyteros 3. presbyteros 18, & diaconos 4. Reliqui plerūque in Decembri ordinationes ſuas inſtituerunt. ut Theodoros, qui ordinauit presbyteros 21, diaconos 4, epiſcopos 46. Eugenius epiſcopos 21. Vitalianus epiſcopos 97, preſbyteros 22, diaconū unū. Donus epiſcopos 6, presbyteros 10, diaconos 5. Agatho epiſcopos 18, presbyteros 10, diaconos 31. Leo epiſcopos 23, presbyteros 9, diaconos tres.

Tertio tamen menſe poſt electionem, Honorius ordinationem epiſcopi fieri uoluit. Luthbrandus in uita eius. Idem inſtituit, ut quibus officia Eccleſiaſtica commeodarentur, Romam prius ueoirent ad Examen, uel ad expoſitionem fidei ſuæ. ibidem.

Idem in ordinationibus pallium uſurpari uoluit. Beda in hiſtoria Eccleſiaſtica lib. ſecundo, capite 18.

Oportuit uerò ordinandos, quotquot uel epiſcopi oel presbyteri, uel etiam diaconi aut ſubdiaconi officium petierunt, eſſe cœlibes: id quod Martinus, Eugenius, Leo, & alij plorimi pontifices ſtrictiſsimè obſeruaruot, ut Liber pontificalis de illis teſtatur.

Ita etiam non niſi uiros integros, doctos, iuſtæ ætatis, liberos, & nullo crimine notatos admiſerunt. Aedituus in Chron. de Martino.

tino.Reliqui titus congruunt cum illis, qui ſuprà ſunt tecitati.

RITVS CIRCA
Ieiunia.

¶ Præter alis ieiuniorũ tempota, quibus ſeſe ſubinde macerarunt, Martinus papa ſextam feriam, in memoriam paſsionis Domini ieiunari inſtituit. Chronicon Aedirui. Die uerò Dominica idem propter gloriam reſutrectionis leinnantes anathematizauit: teſte Antonino, titulo 13. cap. 1. §. 3.

DE FESTIS.

¶ Bonifacius in Pantheo inſtituit Calendis Nouembris celebrari ſolennitatem omnium Martyrum, & poſtea uertit in feſtũ omnium ſanctotum. Chronicon Sigeberti.

Theodorus conſtituit in ſabbato Paſchæ fieri benedictionem cærei. Heinricus de Erphordia cap. 56.

Martinus abrogauit feſta & traditiones gentilium, itemq; Calendarum obſeruationem. 26. q. 5. Inſtituit & feſtũ Martini. Chronicon Martini.

Leo feſtum Dominicæ cœnæ in Aprili ordinauit.

Benedictus feſtiuitates Theophaniæ & natalis Valẽtini inſtituit. Liber pontificalis.

Sergius inſtituit feſtum Natiuitatis Mariæ. Sigebertus. Idem quoque autot fuit, ut die Annunciationis Mariç, & Simonis, quotannis litaniæ per urbem dicerentur. Platina. Adorationem quoque & exoſculationem crucis inuenit. Sigebertus, & Regino libro primo.

RITVS SEPVLTVRAE.

¶ Funerum deductionem Romæ honeſtè fuiſſe obſeruatam, & religioſe, inde apparet, quòd de Gregorio Sabellicus ſcribit, totam ciuitatem eius funus ad Vaticanum templũ magno cum fletu ac planctu deduxiſſe: Enneadis octauç libro ſexto, pagina centeſima ſeptuageſima quarta.

Tumulata autem ſunt mortuorum corpora, uel in tẽplis ipſis, uel in cœmiterijs ſacris ædibus uicinis. ut Gregorius, itemque Sabinianus in templo Vaticano ſepulti ſunt: alij in alijs. Bonifacius uerò Nicomedis cœmiterium feciſſe & dedicaſſe legitur: Iohannes Marcelliani & Marcij, apud Sabellicum Enneadis 8 libro 6.

DE RELIQVIIS SAN-
ctorum.

Romani epiſcopi doctrinæ & conſtantiç ac pietatis ſanctorum expertes, reliquias oſsium eotum (ut aliquid tamen de ſanctis, ſicut ſus de homine ſtetcus) ſummo ſtudio & religione curauerunt. Nam Iohannes Dalmata Anaſtaſij, Mauri, & aliorum mattyrum reliquias de Dalmatia & Hiſtria Romã duci fecit. Liber pontificalis. Simplicij, Fauſtini, Beatricis, & aliorum quorundam corpora à Leone papa in templum ſuum tranſlata ſunt, quod ipſe Paulo dedicarat. Libro eodem.

Sebaſtiani oſſa in baſilicam Petri, quç ad uincula dicitur, tranſportata ſunt. Iuo in Conſtantino.

Anaſtaſij Perſç reliquiç Romã ſunt tranſlatæ. Platina in uita Deuſdedit.

Tempore Theodori leuata ſunt corpora martyrum Primi & Feliciani, quæ erant in arenario uiæ Nomentanæ ſepulta, & adducta in urbem Romam, in baſilicã Stephani: ubi & dona obtulit Theodorus, aureas gabbatas tres, tabulam argenteam, & arcus argenteos duos.

Reliquiæ Domini, quarũ Romæ aliquas fuiſſe creditum eſt, in feſtis magna cum ſolẽnitate per urbem circumgeſtabantur, ut in Bracarenſi Concilio 3. cap. 5 decernitur.

RITVS MONACHORVM.

¶ Romæ monaſticam uitã in magno precio fuiſſe, ex monaſterijs, quæ ibi fuerunt in dies magis magisq; aucta, facilè apparet. Adeodatus ex monacho factus eſt papa, & deinceps monaſterium ſuum in monte Cœlio multis ædibus locupletauit. Platina in uita eius.

Bonifacius quartus propriam domũ ſuam uertit in monaſterium, aſſcripſitq; paterna prædia monachis in alimentum. Sabellicus Enneadis 8. lib. 6. pagina 17. 5.

Eugenius papa neminem cogi ad monaſticam uoluit, ſed ſemel id genus uitæ ingreſſos ſine abbatis uenia ex monaſterio exire uetuit. Hartmannus Schedel pagina centeſima ſeptuageſima tertia, & Supplementũ Chronicorum.

Cœnobij Ceciliæ apud Romanos meminit Metaphraſtes, in uita Gregorij Agrigentini.

CAPVT VIII.

DE POLITIA ET GVbernatione Eccleſiæ.

HOc ſeculum ſuperiori in felicius eſt, ob Doctorum illuſtrium raritatem. Nam pauci admodum celebraotur, qui ſcriptis neceſſarijs & utilibus, Eccleſiæ Dei nauam præſtiterunt operam: inter quos ſunt, Iohannes Cõſtantinopolitanus, Cæſarius Arelatenſis, Maximus Cæſarauguſtanus, Iulianus epiſcopus Toletanus, Ioannes Gerundenſis, Iſidorus, Adelhelmus, Dado, Geolfridus, & pauci alij. Inſuper paucorum monumenta extant.

Cœlibatum autem pletique omnes profeſsi

feſsi ſunt, pro iſtius ſeculi næuo, & uulgari etrore, quem tamen paucisſimi pręſtiterunt integrè. Nam concubinis & ſcortis operam dederunt plurimi. Vitica Hiſpaniæ rex lege permiſit, ut ſacerdotes, quot quiſq; poſſet, concubinas alerent. Phrygio in Chronico. Presbytetis, diaconis & ſubdiaconis ꝑcreationẽ libetorum, & sdulteriũ prohibet Canon 20 Antiſiodorenſis Concilij. Er in ſecũdi Spalenſis Cõcilij actione quarta ptohibetut, ne amplius apud Aſtigitanã eccleſiã ui duarũ mariti ordinẽtut Leuitæ. Et in 8. Toletano cap. 5 & 6, ſacerdotibus, ac etiam ſub diaconis in uitis & contradicẽtibus, ſub graui pœna coniugiũ prohibetur. Et in 9 Toletano, cap. 10. planè prohibetur, ne clerici ab Epiſcopo uſq; ad ſubdiaconũ deinceps procreent liberos.

Aliquot tamen in locis, etiam maritos Ecclesia habuit epiſcopos & miniſtros. Nã ex Arnulpho epiſcopo Metenſi Anchiſes pater Pipini natus eſt, teſte Honorio in Conſtantino. licet Trithemius in Epitome de origine Francorum fingat, Arnulphum poſt ſuſceptum epiſcoparum uxorem ſuã Dodam à ſe dimiſiſſe. Nartat Baleus Céturię 1. cap. 71 Beulanum presbyterum, ex Læta matre Samuelem ſuſcepiſſe filium, cum adhuc Brytannicis ſacerdotibus cõiugia eſſent libera. In Creta quidam Ioannes Eccleſiæ miniſter uxorẽ habuit, ob quam rem à Vitelliano accuſatus eſt apud epiſcopum ſuum, ut patet ex Epiſtola 3 Vitelliani, in 2 Tomo Cociliorum. Et in qoarto Toletano, circa annũ Domini 639 celebrato, clericis legitimum conceſſum fuit coniugium, & uetitum conſorcium ancillarum, & exttanearũ mulierum: Iſidorus. Adelhelmum mulierum conſortia non ſpreuiſſe, Baleus narrat Centuria 1. cap. 83. Et Iohãnes Eleemoſynarius clericũ uxorem & familiam alentem, ordinauit ptesbyterũ: ot indicat Metaphraſtes tomo 5 io oi ta eius. Ex 4 Tolerano Concilio cap. 43 apparet, cleticis licuiſſe cum Epiſcopi ſui conſenſu uxores ducete,

Ex præfectis & gubernatoribus politicis, etiam epiſcopi & presbyteri deſignari ſunt. pattes enim io 4 Toletano Concilio cap. 18. queruntut, in eccleſijs Hiſpanis hactenus quoſdam ſeculari militiæ deditos, ad honorem ſacerdotij perueniſſe.

Nec rarò accidit, ut uel ob munera, aut alias rationes, minus idonei ad epiſcopatus ad hiberẽtur. Vnde Bruoechildis reginæ tẽpore, uſq; ad Dagobertum Simooiacam peſtem in Gallijs uiguiſſe, Vincennius lib. 23 capite 87 indicat, in hiſtoria Eligij. Et in 4 Toletano Concilio, cap. 18 indicatut, io Hiſpanijs eccleſijs alios per ambitũ ſacerdotia appetere, alios oblatis muneribus adipiſci põtificatum, alios ſceleribus implicatos nihilo minus promoueri. Et pattes in 11 Toletano cap. 9 quetuntur, Simoniã quanto plus prohibeatut, tanto magis dominari: & pœnas ſtatuunt graues in eos, qui data mercede epiſcopatum adipiſcantur.

Cœtus eccleſiaſticos Cæſarius in religioſos & laicos diſtinguit, Homil. 6. Iſidorus de Officijs tres gradus facit: Primus eſt catechumenotum: erant aũt illi, qui ptimò de gentilitate ueniebant & habebant uoluntatem credendi in Chriſtum. Secundus eſt competentium, qui petebant baptiſmum, cum eſſent inſtructi de doctrina Chriſti. Teitius eſt baptizatorum.

DE GRADIBVS PER-
ſonarum.

OMnes qui in eccleſiaſticis gradib. miniſtri ordinati ſunt, generalitet clerici nominantur. Iſidotus de Officijs.

Ordines miniſtrorum Eccleſiæ ſuperioribus ſeculis uſu recepti, etiam hoc manſerũt. Nam Epiſcoporum, Ptesbyterorũ, Diaconorum, Atchidiaconorũ, Subdiaconorũ, Acoluthorum, Exorciſtarum, Lectorũ, Cantorũ, Oſtiariorũ, Æditorũ paſsim fit mentio apud Scriptores, & præſettim Iſidotum lib. de Officijs.

Regulatiũ canonicotum meminit Baleus Centur. 13. Scriptorũ Brytannic. ac ſectã eorũ à Berino, circa annum Domini 636 in Angliam primùm eſſe propagatã iodicat. Thomas diacoui & ſacellarij munus obijt in Eccleſia. Nicephorus libro 18. capite 44.

Paſchalis archidiaconus & Theodotus archipresbytet, de poorificatu conteodunt. Blondus Decad. 1. libto 10.

Diaconi Reglonani meminit Leo ſecundus in Epiſtola ſua ad Conſtantinũ, in 18 actione Synodi Cõſtantinopolitanæ. Archicantoris Romani meminit Beda lib. 4. cap. 18 Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

Notariorũ Georgij archiepiſcopi Cõſtantinopoleos, mentio fit in actione 8 Cõſtanti.

Apocriſiariorum Romanę eccleſiæ meminit Beda in libro de Ratione temporum: & Adon Viennenſis ætate 6.

Ærarij Romaoæ eccleſiæ meminit Libet pontificalis io Agathone. Et Onuphrius dicit, Agathonem nouum ærarij officium inſtituiſſe.

Ianitorum & cuſtodum Eccleſiarum meminit Vincentius lib. 23. cap. 36.

Diaconiſſæ mentio fit in uita Alipij apud Metaphraſten, quòd idem ſit eſſe diaconiſſam, aut monacham.

Ac ſolebant fieri promotiones iuxta hos gradus: Sergius, cũ ſub diuerſis pontificib. in multis Eccleſiaſticis officijs ſeſe laudabilitec geſsiſſet, à Leone ptesbyter Cardinalis Ro-

manæ

manæ eccleſię conſtitutus eſt. Antoninus, titulo 13. capite 1. §. 6. Sic Lupus primùm fit clericus, & poſtea epiſcopus: apud Vincentium lib. 23. cap. 9. Et Vuâdregiſilus primùm ſubdiaconus, deinde Leuita, poſtea ſacerdos factus eſt. Vincentius libro eodem, capite 130. Et in quarto Toletano Cõcilio, cap. 19. ſtatuitur, ne ante 25 annum ætatis quiſquã Leuita, aut ante 30 presbyter ordinetur.

Ordinandos oportebat ſub cautione promittere, quòd inſtiſsimè & iuxta Canonicas regulas uiuere uellent: & fidei ſuæ confeſſionem edebant, & debitum honorem atq; obedientiam Epiſcopo pollicebantur. Toletanum 11. capite 10.

Omnes clerici, tam Lectores quàm Leuitæ & ſacerdotes, in Hiſpanijs ita tonderi iubetur, ut ſuperiori parte capitis planè nudi ſint, in inferiori uerò circuli coronã relinquant. canone 40 Concilij Toletani 4. Iſidorus de Officijs.

Duo genera clericorum Iſidorus facit in libro de Officijs: unum eccleſiaſticum, ſub regimine epiſcopi: alterum acephalorum, id eſt ſine capite: qui quæ ſequantur ignorant. Hos neque inter clericos, neq; inter laicos religio recenſet diuina, ſed ſolutos atq; oberrantes ſola turpis uita complectitur, & uagatio, nullam metuentes explendæ uoluptatis ſuæ licentiam, quaſi animalia bruta libertate ac deſiderio ſuo feruntur, habentes ſignũ religionis, nõ religionis officiũ, hypocẽtauris ſimiles, nec equi nec homines, mixtũq;, ut ait Poeta, genus, proleſq; biformis.

Epiſcoporum præ alijs munus erat, altaria conſtituere, & conſecrare diaconos, & uirgines & presbyteros benedicere, manus baptiſandis imponere, aut de hæreſi conuerſis, ut conſtat ex 7. actione Spalenſis Concilij ſecundi, tomo 2. Conciliorum. Et chriſma conſecrare, & ſacros ordines inſtituere, ligare & abſoluere. Toletanum octauum, capite ſeptimo.

Docere. Auguſtinus Laurentio collegæ oues ſuas commendans, inquit: Poſthabitis rebus, quæſo, ut orando & concionando, ſicut bonum decet epiſcopum, ſaluti hominũ tibi conſulendum conſtituas. Polydorus libro 4. Anglicæ hiſtoriæ.

Ordinare presbyteros & diaconos, ut infrà oſtendetur.

Presbyterorum munus erat, baptizare infantes, & ungere. unde in ſexta Conſtantinopolitana, capite ſecundo ſtatuitur, ut ægrotantes paruuli à quibuslibet presbyteris baptizentur.

Aperire Scholas, & docere pueros, in uillis & uicis, ut patet ex ſexta Conſtantinopolitana, capite 5.

Archipresbyterorum munus erat, obſeruare presbyteros, diaconos, & ſubdiaconos, procreantes liberos, aut adulterium cõmittentes, eoſq; indicare epiſcopo aut archidiacono: ut patet ex canone 23. Cõcilij Antiſiodorenſis.

Chorepiſcopis uel presbyteris non licebat altare conſtituere, uel conſecrare, uel benedicere, uel inungere: nec presbyteros, diaconos & uirgines benedicere, nec manus baptiſandis imponere, aut ex hæreſi conuerſis: ut patet ex 7 actione Spalenſis Concilij 2.

Et nõ licebat presbytero in altari eodem, quo epiſcopus die miſſam dixerat, denuò miſſam celebrare: ut patet ex canone 10 Antiſiodorenſis Concilij.

Diaconi officium erat, cum fiebant preces, adhortari populum, ut genua flecterent. Cæſarius Arelatenſis Homilia 30.

Subdiaconorũ officium erat, oblationes in templo ſuſcipere, & uaſa ſacra cum ſanctis muneribus ad altare offerre. Placuit patribus, ut iſti mundi & abſq; uxoribus eſſent: quia ſcriptum ſit, Mundamini qui fertis uaſa Domini. Iſidorus de Officijs.

Lectorum officium erat doctrina & libris imbutum eſſe & ſenſu & ſcientia ornatum, & diſtinctiones ſententiarum intelligere, & ſcire quæ ſyllaba uocẽ extendat: & in ſimplicitate, & nõ in elatione legere. Iſidorus ibid.

Pſalmiſta non tantum uoce, quantum arte præclarus eſſe debet, ut oblectamento dulcedinis animos incendat auditorum. Iſidorus ibidem.

Exorciſtarum munus erat, noſſe ſecreta de Scripturarum ſacramentis & exercere donum à Spiritu ſancto conceſſum, & imponere manus ſuper energumenos & catechumenos. Iſidorus ibidem.

De officijs communibus clericorum hæc in genere Iſidorus in libro de Officijs refert: His igitur, ſicut à patribus iubetur, cauendũ eſt, ut à uulgari uita & uoluptate mundi, & ſpectaculis & pompis abſtineant, & conuiuia publica fugiant, ſed ſimplici habitu corda oſtendant. Viduarum ac uirginum uiſitationes frequenter fugiant, contubernia extranearum fœminarum non appetãt. Caſtimoniam quoque inuiolati corporis perpetuò conſeruare ſtudeant, in doctrina, in lectione, in pſalmis, in hymnis & canticis ſpiritualibus iugiter incumbant.

DE RATIONE GVBERNATIONIS.

SIngulis Eccleſijs unus tantum uulgò præerat epiſcopus, qui cũ presbyteris & diaconis, & alijs collegis gubernabat Eccleſiã. nam Cabillonenſis Synodus, capite 4 uetat, ne in una ciuitate eodem tẽpore duo epiſcopi habeantur.

Sed presbyterorum & aliorum clericorũ

nu-

numerus pro eccleſiarũ amplitudine & neceſsitate uariabat.

Si uerò obſeruentur officia eorum, in hiſtoria huius ſeculi hæc ferè indicantur.

Inſtituere auditores ſuos in doctrina cœleſti.nam Beda lib.4,capite 27 teſtis eſt,clericos & presbyteros egreſſos in uillas,docuiſſe plebem. Audomarus in Taruanenſi oppido populum docuit ueram fidem, & idololatriam euertit. Vincentius libro uigeſimotertio,capite 108. Et Vuilfridus uerbum ſaluris paganos Anglos docet. Beda libro 4, capite 13 hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Gregorius Agrigẽtinus in hoc incubuit maximè, ut ſacris initiatos, tum ad uirtutem, tum ad eloquia diuina meditãda informaret, eorumq́; ſenſus quàm commodiſsimè poſſet, explicaret. Metaphraſtes in uita eius. In quarto Toletano Concilio, capite 24: Sciant ſacerdotes Scripturas ſanctas, & canones meditẽtur, ut omne opus eorum in prædicatione diuina & doctrina conſiſtat, atque ædificent cunctos tam fidei ſcientia, quàm operum diſciplina. Et Cæſarius monet ſuos auditores, ut attentè recolant & retineant, quæ pro ſalute animæ ſuggerantur. Hom.13.

Contradicentes ſeu hæreticos, & errores & corruptelas refutare. Arbogaſtus idololatricos cultus, & fanaticas opiniones reprehendit. Baleus Centuria 14. Scriptorum Anglicorum. Patriarcha Hieroſolymitanus, Gregoriũ Agrigentinum apud ſeſe retinuit, ut Monothelitarum errores refutaret. Metaphraſtes in uita eius.

Vitia & peccata grauiter & liberè taxare, & ad pœnitentiam uocare ſingulos.

Lampertus Tungrenſis epiſcopus Regiã domum, zelo religionis accenſus, grauiter increpat. Regino libro primo. Chylianus Gottbertum principem Vvurtzburgenſem reprehendit, ob fratris ſui uxorem Geilanam, quam duxerat. Sigebertus in Chronico. Et Goericum Metenſem epiſcopum uehementem & acrem fuiſſe in taxãdis uitijs, conſtat ex geſtis eius. Adelhelmus Sergium pontificem, inſimulatum de adulterio, admonuit de pœnitentia: ſed nimis modeſtè. Baleus in uita Sergij. Ioannes Alexandrinus negligentes ſacras conciones, & ſynaxin, obiurgauit. Metaphraſtes in uita eius. Fœminas impia & obſcœna cantica in dedicationibus baſilicarum, aut martyrum feſtiuitatibus canentes, Synodus Cabillon. capite 19 reprehendit, & à locis illis arceri iubet. Cæſarius Homilia 6 & 10, ſeriò ſuos auditores hortatur ad pœnitentiam.

Idem Homilia octaua dicit, ſibi tam pro ſua, quàm pro auditorum ſalute neceſſe eſſe, dura & aſpera prædicare.

Idem Homilia 23. inquit: Grande nobis periculum eſt, aliena peccata non arguere.

Vnumquenque ſui officij admonere. Sic Goericus populum & clerum ad benè agendum ſemper eſt adhortatus: ut patet ex geſtis epiſcoporum Metenſium: & Chunibertum epiſcopũ, plebem ſibi cõmiſſam admonitionibus ſaluberrimis ad cœleſtia uocaſſe, Beda narrat libro 4, cap. 28. Martinus papa iuſsit ſacerdotes docere ſeruos, ne contemnãt dominos ſuos. Antoninus titulo 13, ca.1.& 3. Et Hiſpani epiſcopi in 4 Toletana Synodo regem Siſenãdum ſui officij admonent. Iidẽ in quarta, quinta & ſexta Synodis Toletanis, ſedulò ad obedientiam regi præſtandam ſingulos hortantur, & ſeditioſos damnant.

In die Dominico operas ruſticas facere, patres in Cabillonenſi Synodo, capite decimooctauo prohibent. Et Cæſarius Arelatenſis Homilia quinta, hortatur populum ne exeat templo, antequam ſint peracta ſacra. Homilia ſecunda monet eos, de dandis eleemoſynis. Idem Homilia trigeſima tertia: Ego quòd meum eſt, admoneo: qui deſpicit præconem, timeat iudicem.

Hæreticos obſtinatos & facinoroſos cenſura Eccleſiæ coercere, & excommunicare. Sic Arnulphus cum inceſtuoſum ſæpius de pœnitentia monuiſſet, ac ille nollet redire in uiam, tandem eum neglexit. Vincentius libro uigeſimotertio, capite 78. Eligius ſacerdotem infamem excommunicauit. Vincentius libro eodem, capite 87. Et adulterũ epiſcopus excommunicat apud Bedam, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro tertio, cap.22. Ioannes Alexandrinus Damianum diaconum ab uſu ſacramentorum repulit, donec propinquo ſuo eſſet recõciliatus. Metaphraſtes in uita eius, Tomo 5. Illegitimè ad regnum Hiſpaniæ adſpirantes, aut regi maledicentes, excommunicantur à patribus in, 5 Toletano Concilio, Canone 3 & 5. In Eccleſia aut atrio gladium euaginans, & aliũ uulnerans, communione priuatur: iuxta Canon.17 Cabillonenſis Concilij.

Abſoluere pœnitentiam agentes. Arbogaſtus perturbatas conſcientias, ita uerbo Dei erigebat, ut hilares ab eo diſcederent, qui triſti ac perturbato animo acceſſerant. Baleus Centuria decimaquarta Scriptorum Brytannicorum Angliæ. In quarto Toletano Concilio, capite ſexto, Patres ſanciunt: ut Paſsio Domini in die 6 feriæ paſsionis Chriſti, apertis baſilicarum foribus palàm prædicetur. Et populus clara uoce criminum indulgentiam præſtoletur, ut uenerabile feſtum Dominicæ reſurrectionis, remiſsis iniquitatibus ſuſcipere mereantur, corporiſque eius & ſanguinis ſacramenta mundi à peccato ſumant.

Sacramenta adminiſtrare. Sic Sergius patriarcha Conſtantinopoleos Heraclij filium baptizauit. Paulus Diaconus libro 18. Et Amandus Dagoberti filium ſacro baptiſmate imbuit. Regino libro 1. Vuilfridus in prouincia Auſtralium Saxonū multos baptizat. Beda libro 4. capite 13 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Clericos pro baptiſatione munus exigere uetat, ſed ſpontè oblatum accipere permittit Canon 7. Concilij Bracarenſis ſecundi.

Examinare & ordinare miniſtros Eccleſiæ. Sic Theodotus ordinauit epiſcopos, apud Bedam libro 4, capite 2 & 18. Ioannes Alexandrinus epiſcopus curauit ut ordinationes eſſent immunes à lucris & muneribus, & ne fierēt ſine examine. Metaphraſtes in uita eius. Potamio epiſcopus Gregoriū Agrigentinum totondit, & in numerum clericorum adſciuit: ut patet ex uita Gregorij apud Metaphraſten. Et in Toletano 8. capite 8 ſtatuitur, ne indocti ad ſacra Dei myſteria tractanda admittantur: ſed ij ſolum accedant, quos morum innocentia & literarum ſplendor reddiderit illuſtres.

Nouum eſt, q. ab alijs ordinatos, Pontificiorum mancipia denuò ordinare cœperūt. Sic Theodorus Cantuarienſis Ceaddam ordinatum ab epiſcopo Orientalium Saxonum Vuini, in Paſchate diſſentientem à Romanis, denuò ordinauit. Beda libro quarto, capite ſecundo.

Nuptos ſacris imbuere, ſeu coniugibus nouis benedicere. cuius rei exemplum extat apud Paulum Diaconum libro 18. Rerū Romanarum.

Orare pro eccleſijs, & regibus. Chunibertus epiſcopus commiſſam plebem orationibus aſſiduis protegebat. Beda libro quarto, capite uigeſimooctauo Eccleſiaſticę hiſtoriæ. Sacerdotes Scotiæ oraſſe pro uictoria contra regem Angliæ, indicat Beda libro 2, capite ſecundo Hiſtoriæ Anglorum. Sic Patres in quarta Toletana Synodo, Canone 74. pro rege & regni ſalute precantur. Idem fit in 5 Toletana, capite nono. & in 11 Toletana, capite decimoſexto. Regi Vuanbano poſt hanc uitam coronam regni æterni precantur. Et Cæſarius Homilia 8. dicit, ſe die noctuq; cum rugitu & gemitu Deo pro cōuerſione impiorum ſupplicare. Idem Homilia decimaſexta monet eccleſiam, ut oret pro energumeno, qui ſuperiori Dominica tumultum excitauerit in templo.

Temporum rationem, & feſtorum, & ieiuniorum denunciare, ut omnes presbyteri ante Epiphaniam legatos ſuos dirigant, qui eis de principio quadrageſimæ nuncient, & in ipſa Epiphania ad populum indicent. Canone ſecundo Concilij Antiſiodorenſis, Secundo Tomo Conciliorum. Infantes ferre ad baptiſmum extra Paſchæ ſolennitatem, uetat Canon 18 Antiſiodorenſis Concilij. In quarto Toletano Concilio, capite ſeptimo ſtatuitur, ut is qui ieiunium die paſsionis Chriſti ſoluat, ante peractas indulgentiæ preces, à Paſchali gaudio depellatur, nec ad Cœnam Domini admittatur: exceptis tamē paruulis, ſenibus & languidis, quibus cibus permittitur.

In die natalis Domini, in ſingulis eccleſijs, poſt lectionem Euangelij, clerici iubentur populo denonciare, quota die menſis Paſcha ſit celebrandum. In 2. Cōcilio Bracarenſi, capite 9. Et in 10 Toletano, capite 1, feſtū annunciationis Mariæ octauo die ante Natiuitatem celebrandum indicatur. Et in ſexta Conſtantinopolitana, capite 8, iubentur pij tanta obſeruantia diem Dominicum agere, ut præter orationes, & miſſarum ſolēnia, & ea quæ ad ueſcendum pertinent, nihil aliud agant.

Seditiones excitatas ſedare. Sic duo epiſcopi Parthenium Treuerim deducunt: & populum tumultuantem, ſuis concionibus ad lenitatem & pacem cohortantur: ſed fruſtrà. Annonius libro ſecundo, cap. 26 de geſtis Francorum.

Cæremonias inſtituendi etiam ſibi poteſtatem arrogarunt, maximè uerò Romani. Sic Honorius litaniam omni Sabbathi die fieri, & omnem populum cum hymnis & canticis à beato Apollinari ad b. Petrum ſibi inuicem occurſare iuſsit: ut patet ex uita eius. Toletano ſecundo Concilio. Hiſpani epiſcopi in 12 Toletano, cap. 5. prorſus præcipiunt, ut ſacerdotes Domini cœnam adminiſtrantes, ſemper unà communicent, cum hactenus ea res libera fuiſſet.

Monaſteria & ſcholas Eccleſiaſticas regere. Vnde fit, ut Amual diſcipulus Chiliani Vuurtziburgenſis epiſcopi dicatur apud Reginonem libro primo: & Dolonianus, & Tholmannus, apud Sigebertum in Chronico. Et Landelinus diſcipulos habuit Adolenum & Domitianū. Sigebertus. Vuilfridus in Seoleſeu monaſteriū fundauit, & regulis inſtruxit, & fratres quos ſecū adduxerat eò colloauit. Beda lib. 4. cap. 13. Eccleſiaſt. hiſtoriæ. Et 4 Toletano Concilio, capite 23, pubes & adoleſcentes in clerum adſciti, ſeniori alicui commendari iubentur, ut eum Magiſtrum diſciplinæ & teſtem uitæ habeant. Et libertorum filios ab epiſcopo inſtituendos in doctrina ſacra, monet Canon 10 Synodi ſextæ Toletanæ. Et in ſexta Conſtantinopolitana, capite 4 decernitur, ut presbyteris liceat nepotes ſuos, ac conſanguineos ad ſcholas mittere in Eccleſijs ſanctorū, aut in cœnobijs, quę nobis ad regēdū cōmiſſa ſunt. Et Cæſarius fratres in monaſterio exiſtētes horta-

hortatur ad humilitaté ueram, quam à ſimulata diſcernit. Homilia undecima. Et Adelhelmus uirginibus monialibus librũ de uirginitate inſcripſit, in quo id genus uitę commendat.

Ægrotos uiſitare. Monachos & clericos non adijſſe uicos aliã ob cauſam, quàm prædicandi, baptiſandi, & infirmos uiſitandi gratis, teſtatur Beda lib. 3. capite 26 hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Et Baleus Centuria 14, pag. 195. Ioannes Alexandrinus ſingulis ſeptimanis bis aut ter noſocomia uiſitauit. Metaphraſtes Tomo 5. in uita eius.

Hoſpitales eſſe erga peregrinantes. Sic epiſcopus Carthaginenſis, & Hieroſolymitanus, & plures alij, Gregorium Agrigentinum peregrinantem, paſsim hoſpitio exceperũt, & honorificè tractarũt. Metaphraſtes in uita eius.

Bono exẽplo præire gregi. Sic Chunibertus epiſcopus ea quæ agenda docebat, ipſe prius agendo præmõſtrauit. Beda lib. 4. cap. 28. Eccleſiaſt. hiſtoriæ. Quantæ parſimoniæ Colman epiſcopus fuerit, ipſe cum ſuis prędeceſſoribus, teſtabatur etiam locus ille, quem regebant: ubi abeuntibus eis excepta Eccleſia, paucisſimæ domus repertæ ſunt, nil pecuniarum abſq; pecoribus habebant. Beda libro 3. capite 26 Eccleſiaſticę hiſtorię. Idem narrat Vuilfridum officium epiſcopatus, & uerbo & opere exercuiſſe: libro 4. capite 13. Gregorium Agrigẽtinum ſeſe exemplar uitæ rectæ inſtituendæ præbuiſſe, Metaphraſtes in uita eius indicat.

Sed tamen contraria exempla reperiuntur. Et Patres in 4 Toletano Concilio, cap. 31 queruntur, hactenus ſacerdotes in Hiſpanijs magna ſcandala præbuiſſe alijs, propterea quòd in cõuerſatione nõ bonę famæ extiterint, ob cohabitãtes ſuſpectas perſonas. Et in 8 Toletano, cap. 4., Patres deflent epiſcopum adulterio contaminatum.

Patres in 10 Toletana Synodo, capite 3. queruntur de Epiſcoporum negligentia, cõtra Petri præceptum: Paſcite qui in uobis eſt gregem Chriſti. Iidem, in 11 Toletano, capite 5. enumerant multa ſacerdotum uitia, quòd cum debeant eſſe throni Dei, & iter ad iuſticiam, ſint litis & rapinæ ſeminarium.

Pauperũ curã & rationem habere. Ioãnes Eleemoſynarius Alexandrinus epiſcopus, in pauperes liberalis fuit, & xenodochia, & noſocomia, & ptochotrophia extruxit, eisq; frumentum attribuit. Pauperibus fœminis, quibus non erant habitacula ad pariendum, ſeptem domos præparauit. Metaphraſtes in uita eius. Et Cęſarius Homil. 14. monet auditores, de alendis pauperibus parentibus, & alijs.

Cauſas matrimoniales tractare. Sic epiſcopi Britanni de matrimonio canonem faciunt: apud Bedam lib. 4. cap. 5 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, quòd nulli liceat niſi legitimum habere connubium: & uetant incæſtum & diuortium, niſi ob fornicationem.

Huc etiam pertinent ea, quæ ab ijs præter rationem ſui muneris affectata, & facta ſunt: qualia ſunt.

Quòd neglecto officio docendi populum oberrarunt ad alios, eosq; docuerunt cantare carmina Eccleſiaſtica in templis: quod de Putta Roffenſi epiſcopo narrat Beda libro quarto, capite 12.

Quòd ſuperſtitiones auxerunt. Sic Aidanus presbytero Vitæ nomine, oleum ſanctificatum dedit, ad tempeſtates ſedandas. Beda hiſtoriæ Eccleſiaſt. lib. 3. cap. 15. Et Callinicus oratione Iuſtiniano impetrauit licentiam deſtruendi baſilicã Dei genetricis. Paulus Diaconus lib. 19. Sergius in ſacrario magnam portionem ligni Dominicæ crucis reperit, quæ in baſilicã Conſtantinianã tranſlata, adorari cœpit. Regino libro 1. Patres in 8 Toletano, cap. 9. prohibent uſum carnium in quadrageſima.

Quòd uiſiones & ſomnia uana, uel ſua uel aliorum, ad confirmandas ſuperſtirioſas opiniones inuulgarunt. Sic Anſoaldus ſomnium Ioannis Inſulani, quo uiderat Dagoberti animam à diabolis abreptam, precibus ſanctorum martyrum Martini, Mauricij & Dionyſij, quos honorauerat ædificatione templorum & largitionibus opimis, liberatã paſsim per Gallias ſparſit: & Andoenus id in literas retulit. Robertus Gaguinus libro tertio de rebus Francorum.

Quòd propter auariciam Iudæorum perfidię patrocinati ſunt: ut patet ex canone 57. Concilij Toletani 4.

Quòd ui ad fidem homines cogere tentarunt, quod patres in 4 Toletano Concilio canone 56 prohibent: Ne Iudæi, inquiunt, ui cogantur credere. Qui uerò dudum Chriſtiani facti ſunt, ut fidem quam ſuſceperunt, teneant, cogantur.

Et pœnitentibus impoſuerunt ſatisfactionis loco quædam facienda: ut patet ex Cabillonenſis Concilij capite 8.

Ob uſum rerum indifferentium, & ceremoniarum diſsimilitudinem alios ſchiſmaticos & hæreticos accuſarunt, ut facit Adelhelmus in epiſtola ad Eterunthũ occidentalium Anglorum regem, qui Anglos damnat eo, quòd non imitentur Romanam tondendi & Paſcha celebrandi conſuetudinem.

Maleficos & notoriè peccantes carceribus & ſupplicijs affecerunt. Nam Eugenius pontifex ſtatuiſſe ſcribitur, ut quilibet Epiſcopus carceres habeat ad pœnitentiam delinquentium clericorũ. diſtinctione 81. cap.

ſacerdos. Et in undecimo Toletano, capite ſeptimo præcipitur, ne rectores Eccleſiarum modum excedant in corrigendis fratribus, ne per inconditam diſciplinam ſubeant homicidij notam. Et in 3. Bracarenſi, capite 6. patres conqueruntur de prælatorum crudelitate, quòd tantis cædibus in honoratos efferueſcant, quantas uix latrocinantes poſſent præſtare. Et in 6 Conſtantinopol. capite 1. in clericum per munera acquirentem Eccleſiam alterius, pœna carceris ſtatuitur.

Nouum & enorme eſt, quod Aridius epiſcopus in aula Brunichildis reginæ, Romarico ſupplici pedem in faciem impegit: ut patet ex uita Romarici, in geſtis epiſcoporum Tungreoſium.

Eccleſijs ædificandis, uel reparandis, uel conſecrandis maiorem curam impenderũt, quàm populo docendo, & alijs officijs magis neceſſarijs. Nam de Eccleſiarum ædificationibus paſsim extant exempla. Rupertus ad fluuium Iuoarum, ubi nunc eſt Salisburga, ueniens, baſilicam in honorem ſancti Petri extruxit. Hartmannus Schedel in Chronico. Vigilius Antiſiodorenſis epiſcopus ædificauit eccleſiam in honorem Mariæ, de ſuo peculio. Vincentius libro uigeſimotertio, capite 126. Narrat quidem Beda de monachis & clericis, quòd non niſi coacti à poteſtatibus ſeculi, territoria & poſſeſsiones ad conſtituenda monaſteria acceperint: ſed id de paucis uerè dictum, apparebit conſideranti hiſtorias. Beda libro 3. capite 26 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

De conſecrationibus. Ioannes Hagulſtadenſis eccleſiam in uilla Pieth dedicauit, & aqua benedicta ægrotam ſanauit. Beda libro quinto, capite quarto. Et Andoenum & quoſdam alios epiſcopos eccleſiam in bonorem Petri dedicaſſe, narrat Vincentius lib. uigeſimotertio, capite 19. Et in 2 Cõcilio Bracarenſi ſtatuitur, capite 5, ut non prius Eccleſiam aliquam conſecrent epiſcopi, quàm de dote chartulam ſeu ſcriptum acceperint: & ne exigant munus pro cõſecrationis officio, ſponte tamen datum accipiant.

Reliquias ſanctorum ſuperſtitioſè uenerati ſunt. unde in 3 Bracarenſi Synodo damnantur epiſcopi, qui in feſtiuitatibus martyrum ad eccleſiam procedentes appenſis collo reliquijs, ab albatis diaconis in ſellulis uectabantur. capite 5.

Eremitarum & monachorum ſuperſtitioſa & uana genera uitæ, nimijs laudibus extulerunt & promouerunt. Sic Pharo epiſcopus Meldenſis, Fiacrio Scoto ſolitarium locum donauit. Robertus libro tertio de rebus Francorum.

Matrimonia ſub fuco uoti, pietatis & caſtitatis diſſoluerunt. Sic Vuilfridus perſuaſit Etheldredæ, ut inuito rege marito Egfrido diuortium faceret, & in cœnobium ſeſe abderet. Baleus Centuria prima Scriptorũ Brytannicorum.

Aut ſub prætextu ſpiritualis cognationis. Sic Deuſdedit in epiſtola ad Gordianũ Hiſpaniæ epiſcopũ, ſub anathematis pœna iubet ſeparari coniugia, inter ſpiritualiter coniunctos contracta. Luitprandus in uita eius. Et 2 Tomo Conciliorum.

Aut ob diuerſitatem religionis. Nam canon 62 quarti Toletani Cõcilij præcipit, ut coniuges, quorum alter fidelis, alter infidelis eſt, per epiſcopum ſeparentur.

Aut propter miniſterium Eccleſiæ. Sic in 8. Toletano, cap. 5. epiſcopi iubentur à clericis uxores abigere, & eas uendere.

Et quòd ciuilia negocia tractarunt, & reorum torturæ & inquiſitioni interfuerunt: quod patres in 4 Toletano Cõcilio, cap. 30 uetant, pœna depoſitionis, addita ratione: quia ad miniſterium ſalutis electi ſint, & nõ ad cauſas ſanguinum.

Aut rationem quærendi uictum tradiderunt. Sic Vuilfridus Auſtrales Saxones, qui præter anguillas, nullos alios nouerant capere piſces, docuit piſcari retibus in mari, & omnis generis piſces attrahere. Beda libro quarto, capite decimotertio Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

Memorabile eſt, quòd circa annũ Domini 630. pontifices Brytanni & prælati Angli ci, primòm cœperint equis ire: cum prius pedites, & in neceſsitate nõ niſi ſuper equas uecti eſſent: ut annotant Beda, Ranulphus, Fabianus, teſte Baleo Canturia 1, capite 74 in Appendice. Theodorus Ceaddam Merciorũ epiſcopum, pedibus incedentem, in equũ leuauit, & eo ire cõpulit. Beda lib. 4. capite 3 hiſtoriæ Anglicæ.

Armis etiam, ſed contra uocationem, uſi ſunt. nam Zeno diaconus Ticinenſis Eccleſiæ, cum Alahi congreſſus occiditur. Paulus Diaconus libro 5, capite decimoſeptimo de Geſtis Longobardorum.

Sacra loca uiſitarunt. Gregorius Agrigentinus, & tres monachi Hieroſolymam ad uiſendum montem Sion ſuperſtitione quadam proficiſcuntur. Metaphraſtes in uita eius Tomo 5.

Et Beda libro de Ratione temporum, ſub Theodoſio narrat, inter multos nobiles & ignobiles uiros & fœminas, etiam Ceolfridum abbatem ſuum, ex Brytannia Romam religionis ergò curſitaſſe.

Aut ijs quædam priuilegia ſub decretis compararunt. Sic in 12 Toletano, capite 10 ſtatuunt, ne intra 30 paſſus moleſtentur, quã ad eccleſiam confugiant, neq; ui abſtrahantur à ſacris illis locis.

DE SYNODIS PRIuatis.

CElebrabāt etism Synodos priostas, ſi res poſtulabat, in quib. epiſcopi, preſbyteri, diaconi, ac etiā ex laicis aliqui tractabant de uocstione miniſtrorū Eccleſiæ. Cū Aidanus in cōuentu ſeniorū, cuidam qui ex Anglia in Scotism reuerſus narrabat, ſe nihil proficere docendo, gentem Anglorū duram & barbaram, reſpōdiſſet, Fortè nō iuxta pręceptum Pauli infirmis lac primùm præbuiſti: ſeniores eū elegerunt & crearunt epiſcopum, & ablegarūt in Aoglism. Beda libro 3. capite 5. Fundstores eccleſisrum quamdio uiuebant, curam eccleſiarum habebant, & miniſtros eligebant, & epiſcopo ordinādos offerrebant: ut patet ex Toletano nono, capite ſecundo.

Monebant eccleſię doctores, nt uerbum Dei diligentius docerēt & explicarēt. Vnde Cæſarius Homilia 22, inquit: Quoties uobis oblatū nō fuerit (ſcilicet uerbū Dei à nobis doctoribus) per ſanctā opportunitatem ueſtram, excitate ooſtrá pigriciam, & quòd uobis ex iure debetur exigite. Item: Boni ſacerdotes debent fideliter deſiderare uel cupere, ut filij pro ſalute animæ ſuæ aſsiduis eos interrogationib. inquietēt, ot dum filijs pulſantibos gratia diuina tribuitur, etiā ſacerdotibus ſanctarum Scripturarum ſecreta reuelantibus æternum præmium præparetur. Cupimus enim à uobis iſtam deſiderabilem inquietudinem aſsiduè ſuſtinere, dummodò animas ueſtras uidere mereamur, in Chriſti amore proficere.

Examinabant dogmsta. Ioannes Alexandrinus in congreſſu quotidie problemata dogmatica, & quæſtiones Patrum ad Scripturam pertinentes proponere ſolebst: idq́; propterea, quòd abundabat multitudo hæreticorum: ad quos euertendos, sſciuerat Ioannem & Sophroniū. Erat ei ſtudio cooſeruare conſeſſum nulli detractiooi affinem, & nolli uano ſermoni obnoxiū. Quòd ſi quis ex ijs, qui conſidebant, tale quid propoſuiſſet, ille iogenioſè & aptè id repellebst, inijciens bonam aliqusm quæſtionem, & animæ utilem. Si is autem eſſet craſſus & plebeius, & qui non recedebat ab ijs quæ ſuot cōſueta, præſentem quidē non malè tractabat, nec ſe iracundè & aſperè in eū gerebst. Præcipiebat uerò, ne eum ſinereot amplius eſſe cooſilio, ut per eum unum fierent alij cautiores & diligeotiores. Metaphraſtes in uita Iohannis.

Inquirebant de peccatis accuſatorum, & deliberabant de pœnitentia ſeu ſatisfactione irroganda. Vnde canon ſeptimus Toletanæ undecimę ſancit, ot doorum uel trium fratrum teſtimonio modus criminis agnoſcator, & pœnitentia irrogetur.

Promulgabant excommunicationem hæreticorum. Sic Theodorus papa uniuerſos ſacerdotes & clerum in eccleſiam Petri conuocat, & Pyrrhum Conſtantinopoleos epiſcopum ob hæreſin excommunicatum & depoſitum ab officio, denunciat. Liber pontificalis in uita eius.

DE DONIS.

QVidam tum doctores, tum monachi, tum laici, donis miraculorū & prophetiæ hoc ſeculo claruiſſe narrantur. Nam Chunibertus Herebretho eremitæ obitum ſuom prædixit: cuius ſocios, cum & ipſe petijſſet ut ſibi quoque impetraret à Domino mortem, illo orante, & ipſe onà eodem die mortuus eſt. Beda libro 4. capite 29. Et Ioannes Hagulſtadenſis benedicendo mutō curauit, & puellam languentem orando ſanauit. Beda libro quinto, cspite ſecundo & tertio. Et comitis Addi filium mortuum reſuſcitauit, capite 5 & 6. Aidam regis mortem prædixit. Beda lib. 3. cap. 14. Et Agatho papa leproſum oſculando ſanitati priſtinæ reſtituit, ot Martinus narrst in Chronico: quod alij Theodato adſcribōt. Goar ægrotos ſanauit, & infantem triduo mortuum reſuſcitauit: Hartmānus Schedel in Chronico. Eualdus Albns, & Niger, presbyteri smbo in Vueſtphalia, in uilla Laer, precib. ſuis fontē de rupe deduxerūt. ut annotatur io Faſciculo tēporū. Arbogaſtus Dagoberti filiū mortuū in uitā reduxit: Nauclerus Generatione 21, ex nita einſdē. Paulus & Gregorins monachi, Leontio adhuc incarcerato prædixerūt imperium: Paulus Diaconus lib. 19 Rerum Romanarum: & Zonarss tomo 3. Amandū & cæcitate impœnitentes percuſsiſſe, & cæcos illumioaſſe, ſcribitut io uitis epiſcoporum Traiectenſium. Bsuonem monachum reſuſcitaſſe mortuum: Vincentius libro uigeſimotertio, cap. 6. Et Euſtaſium Pharao nirginem cæcitate liberaſſe, cap. decimoquinto ſcribit. Per Sulpicium Bituricenſem epiſcopum nō minus ſigna eſſe facta, qoàm per Apoſtolos: dæmooes enim eum uerbo fugsſſe, ægros oratione curaſſe, mortuos excitaſſe, Vincētius refert libro uigeſimotertio, ca. 27 & 29. Arnulphū etiam miraculis claruiſſe, Vioceotius libro uigeſimotertio, cap. 76, indicat. & Aodoenom & Eligium, libro eodem, capite 92.

Similia narrat de Philiberto & Richario, lib. eodem, capite 96 & 97. Ansbertum futura prædixiſſe, capite 100 narrat. Hyldsm colubros in ſerpētes conoertiſſe, rumor eſt: apud Balæum Ceotoria prima, capite octuageſimo Scriptorum Britannicorum.

DE BONIS EC-*cleſiæ.*

ECcleſiæ aliæ alijs fuerunt opulentiores: bona autem partim Imperatorum & Reginarum & Principum largitione acquiſiuit & auxit. Dagobertus 200 millia ſolidorum Dionyſij templo donauit. Regino libro 1. Chriſtianos Imperatores patricios & conſules multa κειμήλια Romanæ Eccleſiæ donaſſe, Liber pontificalis indicat ſub Seuerino.

Partim communi contributione. Nã clerum monaſteria, diaconia, & manſionaria oportuiſſe ſolidis mille nongentis Ioanni pontifici contribuere, apparet ex eius hiſtoria, in qua remiſiſſe illis eam ſummam dicitur, in Libro pontificali. Sic de canone narratur ibidem, quòd omni clero, monaſterijs, diaconijs, & manſionarijs reliquerit benedictionem in auro, quam abſq; dubio ei dari aliàs oportuit. Ioannes Eleemoſynarius Alexandrinus epiſcopus oblationes in funeris curatione fieri iuſsit, ut colligeretur pecunia in uſum pauperũ. Metaphr. Tomo 5. in uita eius.

Partim hæreditate & legatione Epiſcoporum. Conon papa moriturus, clero & ſingulis urbis Romę monaſterijs & ſacris ædibus legauit pecuniã, quã coacervarat. Nauclerus Gene. 23. Arnulphus epiſcopus prædia ſua & ſuppellectilem Eccleſiæ donauit, ut patet ex uita eius: & Canõ 68 Toletani 4, meminit ſacerdotum res ſuas eccleſijs relinquentiũ. Et de rebus conquiſitis inter Eccleſiã & ſacerdotis hæredes æqualis fiebat diuiſio. Toletan. 9, capite 4.

Partim emptione. nam Remigius Remẽſi eccleſię uicum Sparnacum precio acquiſiuit. Vincentius libro uigeſimotertio, capite centeſimo decimoquarto.

Partim alia quadam uel fraude uel induſtria. Sic Cunibertus Coloninenſi eccleſiæ oppidum Suſatenſe cum ſuo territorio, ſua quadam induſtria acquiſiuiſſe ſcribitur, in Catalogo epiſcoporum Colonienſium.

❡ Horũ aũt fit mẽtio in hiſtoria huius ſeculi. Theſauri. Choſroes theſauros eccleſiarum tulit. Paulus Diac. libro 18, & Zonaras Tomo 3. Auro & argento abundaſſe Romanam eccleſiam, patet ex uitis pontificũ, maximè Honorij & Sergij. 100 libras auri Iſatius rapuit. Antoninus titulo decimotertio, capite 1. §. 2.

Vaſa aurea. Theudelinda baſilicam Ioannis prædijs & uaſis aureis ornauit. Platina in Gregorio. Theodorus papa obtulit tres gabatas aureas. Liber pontificalis.

Vaſa argentea. Theodorus tabulam ex argento, & duos arcus argenteos baſilicę Stephani donauit. Liber pontificalis.

Precioſę ueſtes. Mauricius ſigillauit omne ueſtiarium ſeu κειμήλια epiſcopij Romani. Liber pontificalis in Seuerino.

Villæ & prædia. Aripertus apud Ticinũ oraculum Saluatoris condidit, & fundis locupletauit, & loco agrorum uectigilia attribuit. Platina, & Sabellicus Eneadis 8. lib. 6. Lotharius eccleſiam Stephani apud Meldenſes ditiſsimis uillarum opibus cumulauit. Antoninus titulo 13. capite 6. §1.

Reditus. De annuis reditibus, Ioannes papa multum remiſit Sicilię & Calabrię. Liber pontificalis in eius uita.

Frumenta. Sabinianus enim papa iuſsit aperiri horrea Eccleſiæ, & uenundari frumẽta. Vitæ pontificum.

Empotium annuũ Dagobertus inſtituit, ac omnes prouẽtus eius miniſtris Eccleſiæ dedicauit. Robertus libro 3 de rebus Franc.

Pecora. Colman, præter pecora nihil pecuniæ ſibi retinuit: ſed omnem: quam à diuitibus accepit, in pauperes partitus eſt. Beda libro 3 capite 26 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

Naues. Alexãdrinam enim eccleſiam tredecim naues poſſediſſe, cõſtat ex uita Ioannis apud Metaphraſten Tomo 5.

Libertos & ſeruos. Nam actione 8 Spalenſis Concilij ſecũdi, liberti Eccleſię ſuperbiẽtes, ad ſeruitium reuocari iubentur. Et Canon 67 Toletani Concilij 4, meminit mancipiorum Eccleſiæ. Sequentes aliquot canones agunt de libertis.

Bonis Eccleſiæ ſolebant præeſſe presbyteri, ſeu archipresbyteri, ſeu archidiaconi: ut patet ex capite 25 Bracarenſis Concilij 1.

Diſpenſatores bonorum Eccleſiaſticorũ facit epiſcopos Martinus, in Concilio 10. q. 2. Sed ita tamen, ut indigentibus cum omni reuerentia & timore Dei diſtribuant, & nõ ſibi aut ſuis cognatis rapiant. Et Ioannes Alexandrinus præcepit, quibus deberent diſtribuere: nimirũ omnibus petentibus, non examinata uita & ſtatu mendicantium. ac illi paruerunt ei: ut patet ex uita ipſius apud Metaphraſten Tomo 5.

Vſus bonorum erat, inde epiſcopis & alijs miniſtris Eccleſiæ ſtipendia ſoluere. Sic Martinus in Concilio, iubet epiſcopum & clericos participare de bonis Eccleſiæ, ne patiantur neceſsitatem. 10. q. 2, Andomarus habuit uineam ſibi collatam: Vincentius libro 23. cap. 109. Bonifacius quintus, & Seuerinus, clero uiritim pecunias diſtribuerũt: ut indicat Onuphrius in uitis iſtorum.

Cæſarius Homilia 17 hortatur diuites, ut conferant aliquid ad conſeruandos Dei ſeruos, uigilijs, lectionibus, uel orationibus inſiſtentes.

Ioannes Eleemoſynarius clericis pecuniam annuam diſtribuit, & epiſcopos egẽtes

ſum-

ſumptibus iuuit. Metaphr. in uita eius. Et in ſexta Toletana, cap. 5. mentio fit ſtipendiorum clericorum: & cauetor, ne à iure Eccleſiarum abalienentur. Er canoo 25. primi Bracarenſis Concilij, iubet res Eccleſiaſticas diſtriboi in portiones quatuor, quarũ prima epiſcopo, ſeconda clericis, tertis ædificijs reparãdis & luminaribus deſtinetur: de quarta uerò archipresbyter ſeu archidiaconus epiſcopo rationes conficiat.

Ea quæ ex collatione fidelium, aut per feſtiuitates martyrum, aut per commemorationem mortuorum offerebantur, conſtitoto tempore, ſemel aut bis in aono inter clericos diuidebantur, iuxta canooem 39 Bracarenſis Synodi primæ.

Exules reficere. Cum Perſę Syriam depopularentor, multi exules tum laici, tum clerici, Alexandriam ſeſe receperunt, quibus Ioannes epiſcopus de bonis Eccleſiaſticis ui ctom præboit. Metaphraſtes in uita eius.

Pauperibus & uiduis, & orphanis, & uirgioibus ſubueneruot. Colmannus epiſcopus, ſi quid peconiæ à diuitibus accipiebat, mox pauperibus dabat. Beda hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro 3, capite 26.

In fame egentes outrire. Nam Clodoueus tectom argenteom Dionyſij & ſociorum martyrum auferri, & per abbatem indigentibus & peregriois ſame laborantibns diſtribui corauit. Robertus libro 3. de Geſtis Francorũ: & Naocletus Generatione 22. Magnobodus Aodegaoẽſis epiſcopus pauperes refecit: Antooinos titulo 13, capite 6.

Captiuos redimere. Iohanoes pontifex Rom. omnes captiuos Dalmatas & Iſtrios redemit theſauro Eccleſiæ. Blondus libro 10 Decadis 1. & Platina in oita eius. Et 100 libras auri ab Imperatoribus datas eſſe, ut per epiſcopos pauperibus diſtribuerentur, & captiui redimerentur, quas diripuit Iſacius, indicat Antoninus titulo 13, capite 1 & 2: & Faſciculos temporum.

Iuoare calamitoſos. Ioannes Alexandrinus mercatori infeliciter negociãti, primùm quinq;, poſtea decem libras auri dari iuſsir, & poſtremò nauem Eccleſiæ cum frumento. Metaph. tomo 5 in uita eios. Huc canon 37 Toletani Cõcilij 4. pertinet, ut fidelibus, qui propria deuotione Eccleſiæ aliqoid contulerint, ſi ipſi aot filij eorum ad inopiam redacti fueriot, de boois Eccleſiæ ſuccurratur. Si enim clericis ſeu monachis uel peregrinis neceſsitatem ſuſtinentibus, religionis io tuitu, in uſum res Eccleſiaſticæ largiuntur: quanto magis conſulendum eſt, quibus retributio ioſta debetur?

Eccleſias ædificare, aot inſtaurare. Aubertus cẽſus de uillis publicis, canonico ordine ad partem Pontificis pertinentes, presbyteris conceſsit ad Eccleſiæ inſtauratione͂. Vinceotius libro 23, capire 100.

Cooſerre in ſumptus bellicos. Nam Heraclius multa candelabra, & alia uaſa argentea & aurea Eccleſiæ magnæ conflauit, & nummos cudit, quibus exercirum aleret cõtra regem Perſarum. Paulus Diaconus lib. 18: & Zonaras tomo 3.

Non licebat bona Eccleſiæ ad hæredes tranſmittere. Aidanos nihil propriæ poſſeſſionis habebat, excepta Eccleſia, & adiaceoribos agellis. Beda Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro 3. capite 17. Res Eccleſiaſticas, uel ſois facultatibus adſcribere, uel fratribus aut filijs, aot alijs propinquis elargiri, uetat Martinus papa 10. q. 2. Sed tamen Toletanum 9. capite 6. permittit epiſcopo, ut tertiam partem Eccleſiaſticarom rerum ſibi debitá, cui uelit, conferat.

DE BIBLIOTHECIS.

Bibliothecæ Conſtantinopolitanæ, onde Conſtantinus patribus in ſexta Synodo libros antiquorum patrum, quos petebant, deprompſit, meminit Beda libro de Ratione temporum. Ac in ea, opera Ambroſij, Athanaſij, Ioannis Conſtantinopolitani, Cyrilli, Auguſtini, Leonis, Baſilij, Gregorij, Dionyſij & Hilarij extitiſſe, apparet ex actione 8 Synodi Conſtantioopol. Et indicat Honorius, & Antoninus titulo 13. cap. 4. 5. 7.

Benedictus epiſcopus in Dorobernenſi cœnobio Bibliothecam inſtruxit Latinis & Græcis autoribus, hinc inde ex Italia & Gallia cõquiſitis. Baleus in Centoria prima Scriptorum Brytannicorum. In Romana Bibliotheca ingens librorum theſaurus & multitudo fuit, ut patet ex Ioanne Magno Gothicæ hiſtorię libro 16. capite 20. Martinus etiã in epiſtola ad Amãdum meminit bibliothecæ Romanæ.

Cura Bibliothecarum committi ſolebat idoneis hominibus de clero. Sic Dooatus archidiacoous ſacrorum uolumioom curã egit. Metaphraſtes in uita Gregorij. Et Georgius diacoous & Chartophylax, codices ex bibliotheca Conſtantinopoleos, Vigilij ſcilicet epiſtolam ad Menam, & Menæ libellũ, patribus ad Synodom obtulit.

DE SCHOLIS.

Scholas paſsim haboerunt, & fit mentio ſcholarum in Gallijs apod Bedam libro 3. capite 3 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ: quas Sigebrecht imitatus, & ipſe io Anglia ſimiles aperuit. In ſchola Conſtantinopolitana Ioannes Gerundeoſis epiſcopos operam literis dedit, & Græca & Latioa didicit. Platina in uita Bonifacij quarti.

Romá ſtudiorũ gratia multos ex Britannia abijſſe, Baleus paſsim meminit in Centuria 1 Scriptorum Brytannicorum.

Laodiceæ metropolis Phrygiæ. Et Synnadæ metropolis Phrygię Salutariæ.

Iconij, metropolis Lycaoniæ: Antiochiæ, metropolis Piſidiæ.

Pergæ, metropolis Pamphyliæ.

Iuſtinianopolis, ſecundæ Cappadociæ metropolis.

Rhodi, metropolis Cycladũ inſularum.

Hierapolis, metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

Tarſi, metropolis Ciliciæ.

Anazarbi, metropolis ſecundæ Ciliciæ.

Seleuciæ, metropolis Iſauriæ.

Pompeiopolis, metropolis Paphlagonię. Ibidem.

Eboraci. Beda libro 4 capite 12 Eccleſ. hiſtoriæ.

Haguſtalliæ, ſeu Lindiſſarniæ. Beda libro 4 cap. 12 hiſtoriæ Eccleſ.

Tituli metropolitanorum ſunt, Pręſules, in prouincia Lindeſſatorum. Eadhedus ordinatur epiſcopus, & hunc primùm ea prouincia proprium ſortitur præſulem. Beda libro 4, capite 12 hiſtoriæ Eccleſ. Paulus Diaconus libro 18 rerum Romanarum.

Alij plures, alij pauciores ſub ſe habebant eccleſias, Vuildfridus Eboracẽſis eccleſię epiſcopus, omnium eccleſiarum Nordanhumbrorum & Pictorũ per totũ regnum Oſuuij regis inſpector fuit. Beda lib. 4 cap. 3 hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

Interdum plures metropolitani fuerunt in una prouincia. Sic in Anglia plures fuiſſe, patet ex Beda libro quarto, capite tertio hiſtoriæ Eccleſiaſt. In Phrygis, Laodicea & Synoada metropoles ambæ celebrantur in 17 actione Conſtantinopol. in Bithynia Nicea, Nicomedia & Chalcedon metropoles ſunt. ibidem. In Galatia, Ancyra & Peſsinus: ibidem.

¶ Officia eorum erant:

Curare ut uera doctrina in eccleſiis ſibi ſubditis doceretur ex authenticis, & non ex apocryphis libris ſacræ Scripturæ. Ceadda epiſcopus Eboracenſis maximam cœpit Eccleſiaſticæ ueritati & caſtitati curam impendere: humilitati, continentiæ, lectioni operam dare: oppida, rura, caſas, uicos, caſtella propter euangelizandũ, nõ equitando, ſed Apoſtolorum modò pedibus incedendo peragrare. Beda libro 3. cap. 28 hiſtoriæ Eccleſ. Honorius in epiſtola ad Sergium, quæ extat in actione 12 Conſtant. inter alia monet, illa non eſſe prædicanda, quæ neq; Euangelicæ uel Apoſtolicæ literę, neq; Synodalis examinatio ſuper his habita, uiſæ ſint terminaſſe.

Cauere hæreſes. Sic in prima Bracarenſi Synodo ſtatuitur, ut quiſq; in ſua diœceſi Priſcillianiſtarum errore infectos excommunicet. capite 40.

Excõmunicationem iuuare, ac de ea ad alios referre. Hoc pertinet Canõ 11. q. 1. Si quis excommunicatus fuerit in Cõcilio à ſuo exemplo, & poſt excommunicationem præſumpſerit facere oblationem, &c. non liceat ei ſpem reconciliationis habere.

Cauere abuſum ſacramentorum. Sic in Toletano 11, capite 11, repetitur antiquus Canon: ut ſi quis Euchariſtiam à ſacerdote datam non ſumpſerit, ꝓ ſacrilego habeatur. Et in 3 Bracarenſi aboletur conſuetudo, in Cœna aliud quàm panem & uinum cum aqua mixtum offerendi: capite 1.

Epiſcopos & presbyteros in ſua prouincia ordinare. Vilfridus in Vecta inſula donata ſibi à rege, presbyterum Beornium ordinat, unà cum presbytero Hiddila, qui uerbum Dei prædicaret, & ſacramenta adminiſtraret. Beda libro quarto, capite decimoſexto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Cedam presbyter à Sinano epiſcopo Lindiſſarnenſi ordinatur epiſcopus, præſentibus alijs duobus epiſcopis. Beda hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro tertio, capite uigeſimo ſecundo. Et pro ordinatione clericorũ munera accipere uetat Canon tertius Bracarenſis ſecundi Concilij. Et in ſeptimo Toletano, capite quinto: Indocti, uagi & inhoneſtæ uitæ ordinari prohibentur.

Alterius uerò epiſcopi clericos ordinare nõ licebat, iuxta Canonem uigeſimumſextum Synodi 1. Bracarenſis.

Aut ab alijs ordinatos examinare quo pacto baptizarẽt, aut alia officia præſtarẽt: ut patet ex Toletano quarto Concilio, capite uigeſimoquinto. ubi presbyteri in alijs parochijs ordinati, iubentur officialem libellum offerre, unde cognoſcere poſsit epiſcopus, quomodo adminiſtrent Sacramenta.

Viſitare Eccleſias. Clodulphus ordinatus pontifex in diœceſi ſua cœpit circuire, & quæ corrigenda erant correxit: ut patet ex eius uita, in libro Metenſium epiſcoporum. Et in quarti Toletan. Concilij capite trigeſimoquinto, iubentur epiſcopi per ſingulos annos uiſitare ſuos, aut id facere per legatos, presbyteros, aut diaconos, & reditus baſilicarum & reparationes & miniſtrantium uitam inquirere. In ſecunda Bracarenſi Synodo inquiunt Patres, capite primo: Placuit omnibus epiſcopis, atq; conuẽnit, ut per ſingulas eccleſias epiſcopi, & per diœceſes ambulantes, primùm diſcutiãt clericos, quomodo ordinem baptiſmi teneant, uel miſſarum, & qualiter quæcunque officia in Eccleſia peragant. Et ſi rectè quidem inuenerint, Deo gratias agant: ſin autem minimè, docere debent ignaros, & hoc modis omnibus præcipere, ſicut antiqui Canones iubent, ut ante dies uiginti baptiſmi ad purgationem exorciſmi con-

currant

obſeruatione, & ne epiſcopus aliqnis inuadat alterius parochiam, & ne clericos alij alijs abalienent, & ne epiſcopus ſeſe alteri præferat, & ne matrimonia illegitima & diuortia approbsntur, epiſcopi plures Canones faciunt apud Bedam libro 4, capite 5. Item de moribus clericorum. Sic in Antiſiodorenſi Concilio, præter alia decreta ſtatutū eſt, ne clerici ſeſe innicem accuſent corā magiſtratu politico, ne inter epulas cantent ant ſaltent.

Aut decreta in uniuerſalibus aut generalibus Synodis facta promulgate. Sic in 7 Canone quintæ Toletanæ Synodi decernitur, nt in omni Concilio epiſcoporum Hiſpaniæ, decretum uniuetſalis Concilij in 4. Toletana, propter regum ſalutem conſtitutum, peractis omnibus, publica uoce pronuncietur, ut omnibus innoteſcat.

Tueri & conſeruare Ceremoniarum conformitatem. Nam in 11 Toletana Synodo, capite 3 Patres ſanciunt, ut in una prouincia diuerſitas officiorum non teneatur, ſed omnia teneantur ut in metropolitana ſede nouerint inſtitutnm.

Ad Synodos uniuerſales ire, aut pro ſe alios mittere, ac in ijs pro ſe & ſuis ſubſctibere: ut paret ex hiſtoria de Synodis, maximè in actione 17 Conſtantinopol. ubi mentio fit legatorum, qui pro Romano pontifice, & pro Alexandrino patriarcha, & Hieroſolymorum, & alijs ſubſcribunr.

Monaſteria conſecrare & tueri. Vnde epiſcopi in Synodo Herufordenſi ſtatuūt, ne cui epiſcoporum liceat quidquam de rebus monaſteriorū ſubtrahere: & ne liceat monachis hinc inde uagari. Beda libro 4, capite 5 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Et in actione 10 Spalenſis Concilij ſecūdi decernitur, ne quis in prouincia Bætica noua conuellat monaſteria. Quòd ſi quis audeat, iubentur omnes Bæticę prouinciæ epiſcopi conuenire, ac illum ſacrilegum à communione ſuſpēdere, & monaſterium conuulſum inſtaurare. Nec tamē licebat epiſcopo, ſuos conſanguineos præficere monaſterijs aut eccleſijs, iuxta Toletani decimi caput 3.

Suis epiſcopis & eccleſiis tempus Paſchatis denūciare: ut patet ex capite 4 Concilij Toletani quarti, ubi iubentur metropolitani ex collatione aliorum indagare tempus Paſchatis, & ſuis comprouincialibus indicare. Idem ſtatuitur in 2 Bracarenſi, capite nono.

Iudices pauperum oppreſſores redarguere, & contumaces ad reges accuſare: ut patet ex capite 31 Toletani quarti Concilij.

Cuſtodes quoque erant diſciplinæ monaſticæ. In quadrageſimo octauo capite Toletani qnarto Concilij prohibetur, ne monachi ad ſeculum redeant. Et capite quadrageſimonono, clericis monachatum appetentibus datur poteſtas in monaſterium ingrediendi. Et capite 50, abbates iubentur monachos ſacerdotes de ſuo officio monere. Et in decimo Toletano Concilio, capite 4, 5, 6. inter alia etiam de religioſis hoc ſtatuitur, qnòd poſt decimum annnm ætatis, etiam inuitis parētibus, filijs liceat fieri religioſos: quod eſt cōtra quartum præceptū Decalogi. Non licebat abbatibus, abſq; epiſcopi ſui permiſſu, ad principem ire, ſub pœna excommunicationis. capite 15 Cabillonenſis Concilij.

DE CONSOCIATIONE
Eccleſiarum, in pluribus prouincijs.

IN quibuſdam prouincijs plures metropolitani, eum eccleſijs ſuis, ab uno aliquo archiepiſcopo gubernabantur.

In Anglia, Theodorus epiſcopns primus fuit cui omnes eccleſię ſeſe ſubiecerūt. Heinricus de Erphordia capite quinquageſimo nono: ex Bedæ hiſtoriæ gentis Anglorum capite 90.

Sed tamē Gradi & Aquileię in una prouincia duo ordinati ſunt patriarchæ, cum epiſcopi inter ſeſe diſsiderent, & alij Romanis eſſenr addicti Pontificibus, alij uerò Aqnileienſis eccleſiæ ius defenderent. Paulus Diaconus libro quarto, capite 10 de geſtis Longobardorum.

¶ Sedes Archiepiſcoporum fuerunt:

Hieroſolyma. Archiepiſcopi eius, Macarij nomine, mentio fit apud Metaphraſten in uita Gregorij Agrigenrini: & in actione 17 Synodi Conſtanrinopolitanæ.

Antiochia. Macarius enim archiepiſcopus uocatur in actione 12 Conſtantinop. & in 18 actione eiuſdem Synodi.

Alexandria. nam Cyrum Alexandriæ magnæ ciuitatis patriarcham appellat Sergius in epiſtola ſua ad Honorium, quę exrat in actione 12 Conſtantinopolitanæ.

Epheſus. In actione decimaſeptima Synodi Cōſtatinop. Theodorus epiſcopus Epheſiorum metropolis, & primatum tenens Aſianæ diſpenſationis.

Theſſalonica. In 17 actione Synodi Conſtātinopolitanæ.

Trimethuntis Cypri archiepiſcopi mentio fit in 18 actione Conſtantinopolitanæ.

Cretenſis archiepiſcopi mentio fit in epiſtola Vitaliani ad Paulum, in ſecundo Conciliorum Tomo.

Conſtantinopolis. Archiepiſcopns eius Georgius, paſsim in ſexta Synodo Conſtanrinopolitana celebratur.

Roma. nam epiſcopi eius ſemper inter archiepiſcopos primi in uniuerſalibus Synodis ponuntur, ut in decimaoctaua actione Conſtantinopol.

Rauenna hoc ſeculo ſubiecta eſt Romano pontifici, ut patet ex Leonis pontificis uita. Et Sergius Damianum eius archiepiſcopum dedit, teſte Platina. Theodori archiepiſcopi eius nomen extat in ſexta Conſtantinopol. 17 actione.

Caralitano archiepiſcopo etiam Territanæ eccleſiæ ordinatio adempta: ut patet ex uita Ioannis pontificis.

Aquileia. Patriarcham eius Ioannem celebrat Paulus Diaconus lib. 4, capite 10 de geſtis Longobardorum.

Gradum. nam patriarchæ eius Epiphanij nomine meminit Paulus Diaconus libro 4, capite 10 de rebus Longobardorum.

Mediolanum. nam archiepiſcopi eius Manſueti nomine, meminit Platina.

Lugdunenſis archiepiſcopi meminit Beda libro 3, capite 23 hiſtoriæ Eccleſ.

Toletani archiepiſcopi primatis meminit Ioannes Magnus, Gothicæ hiſtoriæ lib. 16, capite 22.

Eboracenſis archiepiſcopi meminit Vuilhelmus libro 1, capite 50 de geſtis Anglorum.

Dorouernenſis archiepiſcopi meminit Beda libro 4, capite 5 hiſtoriæ Eccleſ.

Cantuarienſis archiepiſcopi meminit Baleus Centuria 1. capite 74 in Appendice.

¶ *Tituli* horum ſunt:

Summus Pontifex. In ſexta Toletana, archiepiſcopi Hiſpaniarum & Galliciæ, Summi pōtifices uocantur.

Patriarcha. Bizantij antiſtitem Patriarchā appellare homines ſolent. Nicephorus lib. 18. capite 40. Et Sergius Cyrum uocat patriarcham Alexandriuum, in epiſtola ad Honorium.

Archiantiſtes. Baleus Centuria 13 Scriptorum Anglicorum.

Archiepiſcopus. Sic Beda Auguſtinum appellat Anglorum archiepiſcopum, libro 2, capite 3 gentis Anglicæ.

Princeps paſtorum. Sic enim Cyrus Alexādriuus appellat Sergium Conſtantinopolis patriarcham, in decimatertia actione Conſtantinopolitanæ.

Primatum habens. Sic Philalethes dicitur primarum habere Ponticæ diſpenſationis, in 17 actione Conſtantinopol.

Præſul. Sic Sergius appellat Sophronium Hieroſolymitanum epiſcopum, in epiſtola ad Honorium.

Archimyſta. Sic enim Boios appellaſſe ſuos archiepiſcopos, Auentinus indicat libro 3 Annalium.

Papa. Sic Sophronius uocat Sergium Cōſtantinopolitanum patriarcham, in 11 actione Conſtantinopolitanæ. Et ſic Sergius nominat Cyrum Alexandrinū, in actione duodecima.

Ordinari ſolebant uel à pontifice Romano, ut infrà dicetur: uel ab alijs archiepiſcopis & metropolitanis uicinis.

Archiepiſcopi autem alij plures, alij pauciores ſub ſeſe habuerunt eccleſias. Romanus ſanè pontifex Agatho ſuorum numeroſam multitudinem uſque ad Oceani regiones extendi, & in medio gentium tam Longobardorum quàm Slauorum, nec non Frācorum, Gallorum atque Gothorum & Brytannorum, plurimos confamulos ſuos eſſe gloriatur.

Tueri conſenſum in ſana & pura doctrina, in eccleſijs ſuæ diœceſeos. Omnes enim Eccleſiæ in Italia, in doctrina ſyncera, contra Monothelitarum opinionē, cum Martino Romano epiſcopo conſentiunt, & Olympio ui hæreſin illam propagare conanti ſeſe opponūt. Pontificalis liber in Martino.

Extirpare hæreſes, & errantes in uiā reducere. Ioānes Eleemoſynarius, Alexandriæ deſignatus epiſcopus, zizania hæreticorum euulſit, & Petri Gnaphæi errores refutauit, & plebem ad ſanam doctrinam reduxit: ut indicat Metaphraſtes in uita eius. Cyrus Alexādrinus epiſcopus, Dioſcori & Seueri errores amplectentes Alexādriæ, & in Aegypto & Thebaide, & in Lybia & uicinis regionibus, ad conſenſum catholicæ Eccleſiæ adduxit: ut teſtatur Sergius in epiſtola ad Honorium, in actione duodecima Conſtantinopolitanæ Synodi.

Idololatrias abrogare. In 12 Toletano, capite 11. epiſcopi Hiſpani uenerationes idolorum & ſtatuarum damnant, & ſeuerißimè prohibent.

Diſtribuere parœcias ſuæ prouinciæ, & clericorum officia in certos ordines. Sic Honorius archiepiſcopus Cantuarienſis, circa annum Domini 630 fecit: ut refert Baleus Centuria 1, capite 74, in Appendice.

Sua autoritate contractus ab epiſcopis & clericis celebratos cōfirmare: ut patet ex quarto Toletano Concilio, cap. 36.

Inſpectores erant morum epiſcoporum ſuorum, & grauiter obiurgabant minus rectè ſe ſe gerentes. Martinus pontifex Amandum Eluonenſem epiſcopū hortatur, ut omnes ſacerdotes & diaconos poſt ordinationem lapſos, ab officio remoueat, & nulli parcat. Vincentius libro 23, capite 113. Et clericos, quos conſtabat Magos conſuluiſſe, deponi, & in monaſterium relegari iubet Canon 28 Concilij Toletani quarti.

Vel etiam ab officio remouebant. Sic Theodorus, Merciorum epiſcopum Vuinifredum, ob inobedientiam deponit, & alium in locum eius ordinat: apud Bedam libro quarto, capite 6.

Ordinare epiſcopos, maximè uerò metropolitanos,

ranos,eoſque in epiſcopatu confirmare.

Vuighardus gradú archiepiſcopi adeptus, debebat ordinare pertotam Angliá antiſtites.Beda libro 3,capite 29. Et Vuilfridus ab Agilberto,conuenientibus plutibus epiſcopis,in uico regio ordinatur epiſcopus. Et Cantuarienſi archiepiſcopo mortuo , Vuini epiſcopus,aſſumptis duobus de Britonú géte epiſcopis,Ceaddá ordinauit epiſcopú Eboracéſem.Beda li.3,cap.28. Et Theodorus cuncta perluſtrans,ordinauit locis opportunis epiſcopos.Idem libro 4, capite 2 &12. Et in 12 Toletana Synodo,capite ſexto , rota Synodus Toletano epiſcopo facit poreſtatem ordinandi epiſcopos alterius prouinciæ in urbe Regia,quoſcunque Regalis poteſtas elegerit.

¶ Solebant etiam,abſente archiepiſcopo, alij ordinare. Sic Vuilfridus,abſente Theodoro,Cantiæ presbyreros & diaconos, donec archiepiſcopus ueniret,ordinauit.Beda libro 4,capite 2 hiſtoriæ Eccleſiaſt.

Abbates conſecrare. Sic Dalfinus Lugdunenſis archiepiſcopus, Vuilfrido Abbati tóſuræ Eccleſiaſticæ coronam fecit:ut loquitur Beda lib.3,capite 25 Etcleſiaſt.hiſtoriæ.

Celebrare Synodos plurium prouinciarum. Ioannes Romanus præſul collecta epiſcoporum Synodo,Monothelitas anathematizauit. Idem in Africa penes Byzantium, Numidiá & Mauritaniam,diuerſi epiſcopi conueniétes fecerunt.Paulus Diaconus libto decimo octauo rerum Romanarum. Et Theodorus Dorouernenſis epiſcopus in Anglia, conuocatis alijs epiſcopis, celebrat Synodum , & ſtatuta ad Eccleſiæ gubernationem neceſſaria condit:apud Bedam libro quarto,capite quinto. In 4 Concilio Tolerano Canone 3, Patres ſanciũt , ur ad minimũ ſemel in anno Concilium celebretur. Si fidei,inquiũt,cauſa eſt,aut quælibet alia Eccleſiæ communis, generalis totius Hiſpaniæ & Galliciæ Synodus conuocetur. Si uerò nec de fide,nec de communi Eccleſiæ utilitate tractabitur, ſpeciale erir Concilium , pro ut uniuſcuiuſque prouinciȩ metropolitanus elegerit peragendum eſſe. In eadem Synodo,çum alij hactenus trina , alij una immerſione in baptiſando uſi fuiſſent,decernitur,proptet hȩreticos tantum una uice immergendum eſſe. Ibidem capire octauo. Cum in Gallicia hactenus non fuiſſet uſiratum lucernam & cereú cóſecrare,ſtatuitur,ur propter unitatem pacis,etiam in illis Eccleſijs ille ritus benedicendi cereum inſtituarur. Et capite 9 iubétur omnes epiſcopi Hiſpaniȩ, ſingulis diebus orationem Dominicam dicere,cum hactenus aliqui tantum die Dominico eam dixiſſent.In eodem Concilio , & plura alia ſtatuta de conſormitate cantandi in Eccleſijs, & rituum ordinationis , de motibus clericorum,& de ſimilibus rebus communi conſilio conduntur & approbantur.

In Bracarenſi Synodo ſecunda , Galliciæ epiſcopi,tum ex Lucenſi, tum ex Bracarenſi Synodo cum ſuis metropolitanis congregati ſunt.

Proficiſci ad Synodos uniuerſales, uel ad eas mittete literas, uel per alios id efficere. Sic Damianus Ticinenſis epiſcopus, nomine Manſueti Mediolaneuſis archiepiſcopi literas ad ſextam Synodum uniuerſalem miſit. Platina in Agathone. Et Agatho ad eandem Synodum ſuos legatos & libros miſit: ut patet ex epiſtola eius , in actione quarta. Et quidem ſententiam ſuam , & omnium Septentrionalium & Occidentalium epiſcoporum perſcribit:ibidem.

In Synodis uniuerſalibus, unus aliquis aut plures ex archiepiſcopis ſolebant præſidere . Sic in ſexta uniuerſali Synodo Conſtantinopoli , ſub Conſtantino , Georgius patriarcha Conſtantinopolis , & Macarius Antiochiæ, præſederunt. Beda de Temporum ratione.

¶ *Curabant Bibliothecas.* Sic Benedictus Biſcopius in Dorobernenſi cœnobio Bibliothecam inſtituit, & locupletauit libris . Baleus in uita eius, Centuria prima de Scriptoribus Britannicis. Et Deuſdedit in epiſtola ad Gordianũ dicit, ſe priorum patrum dicta inquiſiuiſſe , & in archiuis Apoſtolicæ ſedis inueniſſe decretum Iulij, Innocentij , & Cœleſtini,nequis commatrem ducat in uxoré. Tomo 2 Conciliorum.

Paulinus archiepiſcopus , omnium liberalium artium armarium & ſacrarium fuit, nobiliſsimamque bibliothecam Eboraci inſtituit.Vuilhelmus libro 1. de geſtis Anglorum: Ranulphus in Polychronico libro ſexto, capite 26.

Vnà cum alijs ſacerdotibus & primatibus regni, Reges eligere. Sic enim in 74 Canone quarti Toletani Concilij ſancitur, ut rege mortuo in Hiſpanijs, alius à ptimatibus regni & ſacerdotibus eligatur.

Aut à iuramento obedientiæ abſoluere ſubditos. Sic in duodecima Toletana Synodo,capite 1. epiſcopi à Vuambæ regis obedientia & iuramento ſubditos abſoluũt,propterea quod ipſe rex regno abdicato , alium pro ſe creari conſenſiſſet.

Inaugurare Imperatores & Reges. Antiſtes Bizantij, & populi delecti, acciti Phocæ in téplo Ioannis imperatoriam coronam impoſuerunt. Nicephorus libro decimooctauo, capite 40. Sergius Conſtantinopoleos patriarcha,Heraclium Imperatorem & Eudociam Auguſtam coronauit . Paulus Diaconus libro decimooctauo. Et Dagobertus

Metis in conſilio pontificum & procerum, filium ſuum Sigebertum regno Auſtrię prę-fecit. Regino libro primo. Bamba rex Gothorum, coronatus eſt ab archiepiſcopo Toletano. Ioaones Magnus Gothicæ hiſtoriæ libro 16, capite 22.

Iuſſu Imperatorum quædam ciuilia negocia tractare: ut patet ex capite uigeſimonooo Concilij Toletani quarti. Vbi alijs ſacerdotibus prohibetur, mandatum qnodlibet ad gentem extraneam accipere: ſed illis qui licentiam à regia poteſtate habent, id cōceditur.

Leges Imperatorum denunciare ſuis metropolitanis. Sic Patres in 8. Tolet. decretum oomioe principis promulgant de hæteditatibus, capite duodecimo.

Solenni ritu initiare nuptos. Sic Sergius Heraclio & Eudochiæ coronas nuptiales impoſuit. Paulus Diacoous libro 18.

A' iudicijs Magiſtratus clericos immunes pręſtarc. Huc pertinent decreta in Synodis, in hanc ſententiam facta. In Cabillonenſi Synodo, capite 11 prohibentur coram iudicibus publicis Eccleſiaſtici comparere.

DE CONSOCIACIONE ET *mutuis officijs Archiepiſcoporum.*

ARchiepiſcopi autem illi ſibi ita erant deuincti, ut conſenſum io doctrioa, pacem & concordiam, & Eccleſiæ ædificationem, & diſciplinam ſinguli conſeruare & promouere ſtuderent: licet alij id magis, alij mious præſtarent.

¶ Hinc ſunt illi tituli, quibus ſeſe inuicē compellant:

Coepiſcopus. Sic Laurentius cum coepiſcopis ſuis, Britonum ſacerdotibus, ſcribit ad Scotos: apud Bedam libro ſecundo, capite 4 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Et papa Deuſdedit Gordanum Hiſpanum coepiſcopum appellat, in ſua epiſtola.

Conſacerdos. Sic Theodorus Dorouernenſium epiſcopus, alios epiſcopos in Anglia uocat conſacerdotes: apud Bedam libro 4, capite quinto.

Frater. Martinus papa Amandum Franciæ epiſcopum uocat fratrem & coepiſcopum ſuum, in epiſtola quæ extat ſecundo Tomo Conciliorum. Et Sophronius ſic Sergium uocat, in actione undecima Cooſtantinopolitanæ Synodi: & Sergius Cyrum Alexandrinum epiſcopum appellat fratrem & conſacerdotem, in epiſtola ſua ad Honorium papam, in actione 12 Conſtantinopol. Et Honorius papa Romanus Sergium Conſtātioopoleos epiſcopum nominat fratrem ſuum: in eadem actione.

Seruus ſeruorum. Quem titulum quidem Romani pontifices ſuperiori ſeculo uſurpare cœperunt, quòd etiam alij hoc ſeculo imitati ſunt. nam Laurētius, Mellitus & Iuſtus, Britonum epiſcopi, ſeſe appellant Seruos ſeruorum Dei, in epiſtola ad Scotos: apud Bedam libro ſecundo, capite quarto hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Vitalianus papa in epiſtola ad Paulum, etiam ſeſe ſeruum ſeruorum nominat.

Symbolum quoddam iſtius conſociationis, erant literæ Synodicæ, quæ aut recipi, aut repudiari ſolebant. Sophronius Hieroſolymorum epiſcopus Synodicam Sergio Conſtantinopoleos miſit, & Ioanni Romano pontifici: Paulus Diaconus libro decimo octauo rerum Romanarū. Et Martious papa Amando epiſcopo Franciæ Encyclicas literas mittit, in epiſtola ad eum. Et cum Petrus patriarcha Conſtantinopoleos Eugenio papæ Synodicam miſiſſet, à clero & populo ex Eccleſia eſt proiecta. Liber pontificalis. Et commemoratio nominum in dipthychis, &c. patet ex epiſtola Cōſtantini ad Donum epiſcopum Romanum, in libro de ſexta uniuerſali Conſtantinopolitana Synodo.

¶ Hioc ſunt officia, quibus ſeſe mutuò iuuerunt: ut, *Quòd in difficilioribus quæſtionibus contulerunt ſententias.* Cyrus Lazorum metropolitanus ad Sergium ſcribit, & quærit an duæ uel una in Chriſto ſint uoluntates & operationes. cui ille mittit Mennæ ſermonē de una operatione & uoluntate Chriſti, in actione duodecima Conſtantinopolitanæ Synodi. Et poſtea Sergius cum Sophrooio de eadem re confert, ac petit ut is teſtimooia ex Patribus proferat, ubi aſſerant duas eſſe in Chriſto operationes: ut patet ex Sergij epiſtola ad Honorium, in actiooe duodecima Conſtantinopolitanæ Synodi. Idem Sergius etiam de ea quæſtione iudicium petic ab Honorio papa Romano: qui ei perhumaniter reſpondet, neque unam neque duas operationes eſſe prædicandas, ne noua phraſi excitentur diſsidia & ſcandala: ſed docendum eſſe, IESVM CHRISTVM uerum Deum in duabus naturis diuinitùs atq; humanitùs operatum eſſe. ibidem.

Quòd contra corruptelas doctrinæ, & errores, cōmunes confutationes & confeſsiones ediderunt, ſubſcriptis ſuis nominibus: ut patet ex ſexta Toletana Synodo: & ex prima Bracarenſi, ubi quiſque epiſcoporum Hiſpaniæ promittit, ſe Priſcillianiſtis repugnaturum, & decretis Syoodi ſubſcribit. Et in Synodo Romana à Martino conuocata, Mooothelitæ & omnes alij hæretici ab epiſcopis Italiæ damnātur: ut patet ex actis. Et Agatho cum epiſcopis Occidentis & Septentrionis, ſuam ſententiam de corruptelis Monothelitarum & aliorum edit, & ſcriptam Imperatori mittit ad Synodum, in quarta actione Conſtantinopolitana.

Quòd ſeſe inuicem admonuerunt de ſuo officio cõtra hæreticos. Sophronius Sergium monet, ut ſecum paſcat gregem: in epiſtola ſua, quæ extat in actione 11 Conſtantinopol.

Quòd in errorem prolapſum reuocare conati ſunt. Eccleſiam Aquileienſem, quintam Synodũ non omnino probantem, Sergius ſua doctrina & autoritate ad mentem ſaniorem reduxit. Platina in uita eius. Et Agatho in epiſtola ſua ad Conſtantinũ, in quarta actione Conſtantinopolitana inquit: Apoſtolicæ memoriæ meę paruitatis prædeceſſores, Dominicis doctrinis inſtructi, ex quo nouitas hæretica in Chriſti immaculatam Eccleſiã, Conſtantinopolitanæ eccleſiæ præſules introducere conabantur, nunquam neglexerunt eos hortari, atque obſecrando commonere, ut à praui dogmatis hęretico errore, ſaltem tacendo deſiſterent, ne ex hoc exordium diſsidij in unitate Eccleſiæ facerent, unam uoluntatem, unamque operationem duarum naturarum aſſerentes, in uno Domino noſtro IESV CHRISTO: quòd Ariani & Apollinariſtæ, Eutychianiſtæ, Timotheiani, Acephali, Theodoſiani & Caianitæ, & omnis omnino hæreticus furor, ſiue confundentium ſiue diuidentium incarnationis Chriſti myſterium, docuit. Tomo 2 Conciliorum.

Quòd à ſe excommunicatos aut abſolutos, indicarunt ſibi inuicem. Sophronius cum hæreticos excommunicaſſet, retulit ea de re ad Sergium Conſtantinopoleos, & ad Ioannem Romanum. Paulus Diaconus libro decimooctauo.

Quòd de ſui ordinatione literas Synodicas inuicem miſerunt, eamq; ut legitimam confirmarunt. Sergius negat Sophronium Hieroſolymis præſulem ordinatum, ſibi hactenus, ut moris erat, Synodica miſiſſe: in epiſtola ad Honorium, in actione duodecima Conſtantinopolitanæ Synodi.

Quòd hortabantur ſe inuicem ad concordiam. Sergius Sophronium diſceptantem cum Cyro, qui hæreticis conuerſis Alexandriæ prædicabat unam in Chriſto operationem, monuit, ne nouas excitet turbas illa diſputatione: quibus Eccleſia illa Alexandrina, quæ uix pacata erat, denuò diuellatur: quod ille ſe facturum recepit, ut patet ex epiſtola Sergij ad Honorium.

Seſe inuicem uenerabantur, licet diſsimiles ceremonias obſeruabant. Sic Aidam epiſcopus, quamuis more Scotorum Paſcha celebraret, tamẽ ab Honorio Cantuarienſi & Felice Orientalium Anglorum epiſcopis, in honore eſt habitus. Beda lib. 3, capite 25 Eccleſ. hiſtoriæ.

Veruntamen id perperuò ab omnibus æquè non eſt factum. Nam Adelhelmus in epiſtola ad Geruntium, occidentalis Angliæ regem, accuſat ſacerdotes eius ſchiſmaticos, quòd non eodem tempore, quo alij, Paſcha celebrent, neq; ſeſe tonderi patiantur.

Quòd de rebus ceremonialibus communicarunt ſibi inuicem. Sic epiſcopi in quarto Toletano Concilio conſenſerunt, ut unus ordo pſallendi & orandi per totam Hiſpaniam & Galliciam obſeruetur: capite 2. Iidem cap. 4 iubent metropolitanos ſacerdotes ſibi inuicẽ ſcribere, & inquirere de die reſurrectionis Chriſti, quo Paſcha uno & eodem tempore celebrent.

Et clericos aufugientes, ſibi mutuò reſtituerunt. Sic in ſecundo Spalenſi Concilio, actione tertia decernitur, ut deſertores Clericis ſuis epiſcopis reſtituantur.

Quòd exemplaria codicum ſibi commodato dederunt. Martinus pontifex Amando mittit uolumina geſtorum Synodalium: ut patet ex epiſtola ad eum in 2 tomo Conciliorum.

Et miniſtros Eccleſiæ commendarunt, ac alios. Sic Sophronius Hieroſolymorũ epiſcopus Sergio Conſtant. commendat Leontium, in epiſtola ſua.

Quòd eleemoſynas, uel ſanctorum reliquias, uel munuſcula alijs alij miſerunt. Ioannes Alexandrinus aurum, indumenta, frumenta, & alia miſit Hieroſolymam, & cõſolatus eſt afflictos: ut indicat Metaphraſtes in uita eius.

Quòd coniunctim pugnabant contra affectantes primatum. Brytanni epiſcopi in Synodo Herefordenſi, uetuerunt, ne ſeſe alius alij præferret, ſed quiſque tempus ſuæ ordinationis cognoſceret. Beda libro 4, capite quinto hiſtoriæ Anglicæ.

Communicarunt conſilia, quid pulſis in exilium faciendum. Sic cum Melletus eſſet pulſus ex Anglia, Cantuam uenit: & cum Laurentio & Iuſto coepiſcopis ſuis deliberauit, quid eſſet agendum: & communi ſententia ſtatuerunt, ſatius eſſe ut in Gallias reuertantur, quàm rebelles barbaros ſine fructu in Anglia doceãt: ut narrat Beda lib. 2 Eccleſ. hiſtoriæ, cap. 5.

Et in ſuperſtitionibus mutuas præſtiterunt operas. Nam tunicam Domini in Zaphath (ſi credere fas eſt) procul ab Hieruſalem, in arca marmorea repertam, Gregorius Antiochenus, Thomas Hieroſolymitanus, & Ioannes Cõſtantinopoleos epiſcopos, cum multis alijs epiſcopis, facto triduano ieiunio Hieroſolymam in ipſa arca tranſportarunt. Vrſpergenſis in Chronico.

Synodis uniuerſalibus intereſſe, & in illis ſolebant cõmuni conſilio aut de doctrina, aut de depoſitione hęreticorũ, aut de reſtitutione, aut de ordinatione, aut de diſſenſionibus cõponendis, aut de conformitate Ceremoniarũ, aut de iure metropolitanorũ, & ſimilibus rebus tractare. In ſexta uniuerſali Cõſtantinopoli celebrata, tractatur de doctrina, an in

omnium Eccleſiarum caput: & Pontificem eios Oecumenicum epiſcopum & dici & haberi debere: Anno ſalutis 607, iuxta Palmerium: iuxta Bedam uerò, 612. Meminerunt iſtius conſtitutionis Adon Viennenſis ætate 6: Beda de Ratione temporum: Iuo in Chronico, ſub Phoca: Platina in uita Bonifacij tertij.

Non carere myſterio uidetur, quòd Phocæ conceſſu, Bonifacius quartus Pantheon, omnium Deorum gentiliom fauum, in Diuæ Mariæ & omnium Martyrum honorem repurgari curauit. Debebat enim Antichriſtus, uero Deo reiecto, Deom alienum Maoſin colere, & omnis generis idolomanias accumulare, & longè lateque diſſeminare, ad ſeducẽdum gentes. Er ab hoc tempore poutifices Romani cœperont Vniuerſales papæ appellari: ut patet ex epiſtola Conſtantini ad Domnum papam, in ſecundo Tomo Cõciliorũ, & in ſubſcriptione ſextę Conſtantinopolitanæ Synodi.

Et Conſtantinopoleos epiſcopi titulum uniuerſalis patriarchæ obtinuerunr. Sic enim Conſtantinus Georgium appellat, in epiſtola ad ipſum, quæ extat inrer acta Synodi Conſtantinopoli, ſecundo Tomo Conciliorum. Er Macarius Petrum uniuerſalem parriarcham nominat, in 8 actione eiuſdem. Er Cyrus ſie appellat Sergium, in actione 13 Conſtanrinopolitanæ.

Ordinabantur aurem Romani pontifices à rribus epiſcopis, Hoſtienſi, Portuenſi, & Veliterno. Nam Leo II & Ioannes V id hoc ſeculo inueniſſe uidentur: ac eam conſuetudinem Ioannes decreto firmaoit, ut ab ijſdem tcibus epiſcopis in eccleſia Saluatoris ad Lateranum põtifex ordinetur. Baleus in uira Ioannis, & Platina.

¶ At illi ſemel ab Imperatore confirmatum dominatum, gnauiter exercuerunt, & auxerunr.

Nam ſuis mandatis & decretis ita ſingulos iuſſerunr obremperate, ac ſi diuina uoce Petri eſſent prolata. Sic enim Agatho diſtinctione 19 inquit: Sic omnes ſedis Apoſtolicæ ſanctiones accipiendæ ſunt, tanquam ipſius diuina uoce Petri firmatæ. Baleus autor eſt, Benedictum ſecundum, primum nicarium Chriſti, ſeu potius Sarhanæ, in terris creditum eſſe: quod ex Platina uiderur collegiſſe.

Et *aſſeruerunt Romànam* eccleſiam nunquã erraſſe circa fidem, nec errare quidem poſſe: ut Agatho facit in epiſtola ſua ad Imperatores, in quarta actione Conſtantinopolitanæ Synodi.

Et ſuum principatum in Synodis, decretis roborarunr. Nam Bonifacius tertius, impetrato à Phoca dominatu ſuper Eccleſias, haud impigrè & ipſe coegit Synodum: ac in ea cũ ſuis adulatoribus ſtatuit, ut Romana ſedes cæteris omnibus deinceps anteferretur. Baleus Centuria prima Scriptorum Britannicorum, claſſe tertia.

Ad gentes nondum conuerſas ablegarunt epiſcopos, per quos Eccleſias, ſi quæ fuerunt plantaræ, ſibi deuinxerunt, & ſuo charactere imbuerunt. Sic Sergij uirtute & ſanctitate Saxones characterem Romanæ fidei ſuſcepiſſe, Platina opinarur, in uira eius. Et Agatho in epiſtola ad Conſtantioum, ſuos anteceſſores dicit uiros in longè poſitas prouincias amandaſſe, ad prædicandum uerbum Chriſtianæ fidei: actione quarta Conſtantinopolitanæ Synodi.

Monachorum ordinem altius euexerunt, quò in regno Antichriſti promouendo eſſent expeditiores. Cũ enim epiſcopi circa annũ Domini 607 inciperent partim politica magis quàm Eccleſiaſtica tractare, partim ſeſe opponerent Reformationibus Romanorum ponrificum: Bonifacius IIII monachis ſuæ factioni addictis poreſtarem ſoluendi & ligandi dedir, eoſque ſacerdotibus pares fecit, & miſit ut in diuerſis locis prædicantes ſedi Romanæ eccleſias conformarenr & ſubijcerent: refert Baleus Centuria I, cap re 74, in Appendice: ex libro 5, capite decimo Ranulphi Polychronici.

Accuratè cauerunt, ne quis à ſuis ceremonijs & doctrina recederet. Quare cum Virellianus Theodorum Cilicem miſiſſet in Angliam, & archiepiſcopum Dorobernẽſem ordinaſſet, adiunxit ei Hadrianum Aphrum abbatem, qui obſeruaret, ne homo Græcus quidquam fidei Romanæ contrarium moliretur. Beda libro 4, capite 1.

Archiepiſcopis leges dictabant, & quid faciendum eſſet præſcribebant. Sic Vitalianus iuber Paulum Crerenſem, duo monaſteria Ioanni Lappenſi epiſcopo erepra reſtituere: & Ioannem Diaconum, qui uxorem duxerat, corrigere: & Eulampium, malæ uitæ hominem, à ſeſe dimittere: in epiſtola ad ipſum ſecunda.

Eoſdem & alios in hæreſin prolapſos, ſi admoniti non redijſſent ad mentem meliorem, excommunicarũt pro ſua autoritate, ac eos ab officio remouerunt. Sic Theodorus Pyrrhom & Paulom Conſtantinopoleos patriarchas, nolentes ab errore diſcedere, depoſuit, & excommunicauit. Liber pontificalis in uita eius, & Paulus Diaconus libro 18. rerum Romanarum.

Vſi ſunt externa ui etiam contra epiſcopos. Sic pootifex Romanus fidem habens delationibus, Gregorium Agrigenrinum indicta cauſa, manibus & pedibus catena uinctum, in carcerem conijcit. Metaphraſtes, in uita Gregorij.

Iure ordinandi epiſcopos alias eccleſias ſpoliarunt. Nam Leo ſecundus effecit, Imperatoris iuſſu, ut Rauennas epiſcopus ordinãdus Romam ueniret, & non (ut ſeculis ſuperioribus) in propria Eccleſia conſecraretur: ut patet ex uitis Pontificum. Blõdus Decadis 1 lib. 9, ſub Agathone id factum eſſe narrat: & archiepiſcopum id ſponte feciſſe, in cleri ſui, à quo ſpernebatur, inuidiam. Et Ioannes quintus eccleſiam Turritanam, quæ hactenus ſub Caralitano archiepiſcopo fuerat, ſibi ſubiecit, fingẽs olim eam eccleſiam ſub Romano pontifice fuiſſe, et archiepiſcopum Caralitanum negligenter ſuo officio functum eſſe, ideoq; in poſterum à ſe accipiendum epiſcopum: ut patet ex uitis Pontificũ, apud Continuatorem Damaſi. Vnde Onuphrius nugatur, Ioannem iura Eccleſiæ Romanæ in epiſcoporum conſecratione, quæ archiepiſcopi ſibi paſſim uſurpauerint, reſtituiſſe. Sed hiſtoria ſuperiorũ temporum arguit eum & pontifices Romanos mendacij.

Archiepiſcopos ordinarũt, & Eccleſiis præfecerũt. Sic Vitalianus papa Theodorũ archiepiſcopum conſecrauit, ac primus ille inter archiepiſcopos ab omnibus eccleſijs Brytannicis communi conſenſu ſuſceptus eſt: ut narrat Henricus Erphurdenſis capite 59, ex Bedæ Anglica hiſtoria cap. 90. & Regino libro 1, & Platina in uita Vitaliani. Sergius Vuillebrordum ex Brytannia in Galliam uenientẽ, Friſonum epiſcopum deſignat, & ad eam gentẽ ablegat. Regino lib. 1. Idem Rauennatibus Damianum, Brytannis uerò Berflanardũ archiepiſcopos dedit: teſte Platina.

Sedes epiſcopales & archiepiſcopales pro ſuo libitu uel inſtituerunt, uel ad alia loca tranſtulerunt. Sic circa annũ Domini 600, Gregorius pallium archiepiſcopale Auguſtino Dorouernenſis eccleſiæ epiſcopo dedit, ac ea dignitate Londinum ſpoliauit. Baleus in fine Centuriæ primæ Scriptorum Brytannicorum. Et Cindaſuuindus rex Hiſpanię, autoritate Pontificis, ab Hiſpali Toletum dignitatem archiepiſcopalem tranſtulit. Ioannes Magnus Gothicæ hiſtoriæ libro 16, capite 20.

Pallium alijs miſerunt. Honorius papa Eboracẽſi epiſcopo palliũ miſit. Vuilhelmus Malmesburienſis libro 1, capite 50, de geſtis Anglorum. Leo 11. decretum fecit, ne quis archiepiſcopus à Romano põtifice ordinatus, pro uſu pallij quidquam cogatur numerare. Sed in archiuis Eccleſiæ id decretum manſit: & qui nihil attulit, pallium haud accepit.

Et Sanctorum reliquias. Sic Martinus pontifex Amando reliquias ſanctorum donat: ut patet ex eius epiſtola.

Ad ſeſe appellantes abſoluerunt. Sic cum Vuilfridus Eboracenſis epiſcopus ad Apoſtolicam ſedem de ſua cauſa appellaſſet, abſolutus eſt de certis & incertis rebus. Et Vitalianus Ioannem Lampeon urbis epiſcopum abſoluit, contra Pauli archiepiſcopi Cretenſis, & Synodi eius decretum & ſententiã: ut patet ex epiſtola eius ſecundo Tomo Conciliorum.

Politicos uiros iuſſerunt reſtituere in integrum à ſeſe abſolutos epiſcopos. Sic Vitalianus Vaano cubiculario, & Imperiali chartulario commendat Ioannem Lappæ epiſcopum: ac petit, ut ſuffragio eius ad Eccleſiã propriã redeat: ut patet ex epiſtola ad eum, in 2 Tomo Conciliorum.

Cõuocarunt Synodos. Sic Martinus papa à Maximo incitatus, conuocauit Synodum centum & decem epiſcoporum: & Pyrrhum & Cyrum, & Paulũ anathematizauit. Paulus Diaconus libro 18 rerum Rom. & Liber pontificalis in uita Martini. Et Agatho in Synodica ad Imperatores, in 4 actione 6 Cõſtantinopolitanæ, ſententiam uniuerſarum Synodorum ſubiacentium Concilio Apoſtolicæ ſedis perſcribit.

In Synodis Oecumenicis decreta ſua autoritate cõfirmarunt. Sic Leo 11 in literis ſuis ad Conſtantinum Imperatorem, acta ſextæ Conſtantinopolitanę Synodi approbat & corroborat, in 2 Tomo Concil. Et Iuſtinianus 11 à Ioanne v petijt, eiuſdem Synodi acta confirmari: ut patet ex Imperatoris literis ad illum, in 2 Tomo Conciliorum.

Et acta per omnes Eccleſias inuulgarunt. Martinus per omnes Orientis & Occidentis eccleſias exemplaria decretorum in ſua Synodo contra Monothelitas factorum, ſparſit per uiros pios & orthodoxos. Liber pontificalis in uita eius.

Aut in Synodos ab alijs conuocatas miſerunt ſuos legatos, qui principem locum ſibi uendicarunt: ut apparet ex ſubſcriptione ſextæ Conſtantinopolitanæ. Sic Agatho papa Ioannem Diaconum, & Ioannem epiſcopũ Portuenſem, Conſtantinopolim in Synodum centum & quinquaginta epiſcoporum à Conſtantino Auguſto congregatam ablegauit. Regino libro 1.

Suas Ceremonias alijs eccleſijs obtruſerunt. Nã Agatho papa in Brytanniam Ioannem archicantorem miſit, ut in monaſterijs paſſim annuum canendi morem, qualis Romæ apud ſanctum Petrum obſeruaretur, inſtitueret: quod ſedulò executus eſt, & nouitatis ſtudium multos ad imitationem pellexit. Beda libro quarto Eccleſiaſticę hiſtoriæ, capite 18. Et Ioannes papa in epiſtola ſua ad Scotos, reprehendit eos ob Paſchatis obſeruationẽ à Romana eccleſia uariantem. Beda libro ſecundo, capite decimonono Eccleſ. hiſtorię.

Tonſuras & unctiones, & miſſas Latinas, & ritum Paſchatis, Romani pontifices Brytannis obtruſerunt circirer annũ Domini 666. aut paulo pòſt: ut indicat Baleus Centuria decimaquarta.

¶ Huc pertinẽt decreta impia, qualia ſunt: *Probibitio nuptiarum*, diſtinctione 50. Si quis uiduam aut ab alio relictam duxerit, non admittatut ad clerum: quòd ſi irrepſerit, deijciatur. Idem Martinus papa diſtinctione 27. cap. diaconos. prohibuit diaconos ordinari, niſi caſtitatem profiteantur. Theodatus ſeu Deuſdedit uetuit, ne filius patrini ducat in uxorem puellam è ſacro fonte à patre leuatam: unde ſpiritualis cognatio traxit originem. Platina in uita eius. Extat in Tomo ſecundo Conciliorum, fragmentum epiſtolæ eius ad Gordianum epiſcopum Hiſpaniæ, in qua uetat, Ne quis à primo dono Spiritus ſancti, uſque ad ſeptimum, ſuam commatrem ducat in uxorem. Quod ſi factum ſit, iubet ſeparari, & mulieri dotem reſtitui, & utrique permitti ut aliud matrimonium inant. Et Vitellianus papa Ioannem quendam in Creta ideo accuſauit ad ſuum epiſcopum, quòd coniugem haberet. Baleus Centuria prima, capite ſeptnageſimoſecundo Scriptorum Brytanniæ. Epiſtola extat in 2 Tomo Conciliorum, ad Paulũ Cretenſem epiſcopum.

Feſta impia & ſuperſtitioſa. Sic Bonifacius quartus feſtum omnium ſanctorum inſtituir, ut Deorum alienorum cultus propagaretur per totam Eccleſiam: & Miſſam maiorem in eo die ab ipſo Antichriſto celebrari iuſsit.

Lingua ignota ceremonias in Eccleſia adminiſtrare. Sic Vitellianns horas canonicas, Cantiones, Miſſas, & alias Ceremonias Latinè in Brytannia fieri diſpoſuit: iuxta Græcam dictionem λατεῖνος, quæ per literas numerum beſtiæ exprimit, Apoc. 13. teſte Irenæo, circa annum Domini 666.

Edicta de ſuperſtitioſis ceremonijs. Theodorus papa benedictionẽ Cerei in Sabbatho ſancto fieri conſtituit. Chronicon Martini, in eius uita.

¶ Confirmarunt etiã dominatum Romani pontificis, ſubinde magis magisq; Synodi uniuerſales, *Principem locum Romanis pontificibus aut legatis concedentes: & propter Petrum Apoſtolorum ſummum, etiam ipſis autoritatem ſummam in Eccleſia attribuentes.* Sic patres in ſexta Conſtãtinopolitana Synodo, actione 18 dicunt, ſe in certamine contra hæreticos ſecum habere ſummum Apoſtolorum principem, & illius imitatorem & ſedis ſucceſſorem: & per Agathonem papam, Petrum eſſe loquutum. id quod horrendum auditu eſt.

Et epiſcopi ſeſe illis ultrò ſubijcientes: ſicut de Rauennatenſi ex Blondo paulo antè retulimus. Er in Libro pontificali in uita Leonis 11, nõ obſcurè quidẽ annotatur, epiſcopos Mauros typum Autocephaliæ, quẽ ſibi elicuerant ad amputãda ſcandala, ſedi Apoſtolicę reſtituiſſe: quod exiſtimamus intelligendum eſſe de Canone Niceno, de Primatu Romanæ eccleſiæ falſato, & ad ſextam Carthaginenſem (ut ſuprà diximus) miſſo, quẽ fortè epiſcopi Mauritaniæ Romano pontifici reſtituerunt, uel illa ipſa acta Synodi, in quibus certamina illa erãt deſcripta. Nam ſedulò operam nauarunt Romani, ne illa ad poſteritatem peruenirent. Effectum ergo eſt, ut Mauri epiſcopi Romanæ ſedi ſeſe ſubijcientes, illa ſua antiqua iura Autocephaliæ (hoc eſt, quòd non eſſent ſub poteſtate Romani pontificis) prodiderint.

Aut confirmationem ſui epiſcopatus ab ijs petentes. Sic Adelhelmus Schireburnenſis eccleſiæ adminiſtrationem ſibi à Sergio pontifice Romano concedi petijt: ut narrat Baleus in uita Sergij.

Aut de dominatu Romanæ eccleſiæ nimis præter rem & utilitatem philoſophantes. ut Adelhelmus inquit in epiſtola ad Gerũthium: Si ergo Petro claues cœleſtis regni à Chriſto collatæ ſunt, de quo poeta ait,

Clauiger æthereus portam qui pandit in æthra:

quis Eccleſiæ eius ſtatuta principalia ſpernens, & doctrinę mãdata contẽnens, per cœleſtis Paradiſi portã gratulantibus ingreditur? Et ſi ipſe poteſtatẽ ligandi, atq; monarchiam ſoluendi in cœlo & in terra felici ſorte, & peculiari priuilegio accipere promeruit: quis Paſchalis feſti regulã, & tonſuræ Romanæ ritũ refutans, nõ potius ſe ſtrictis nexibus inextricabiliter obligandũ, quàm clementer abſoluendũ ullarenus arbitretur? Ibidem dicit, nihil prodeſſe ueram fidei confeſsionem, ſanam doctrinam & irreprehenſibilem uitam, extra Romanæ eccleſiæ unitatem: Quia fides ſine operibus mortua eſt: quia fides Catholica & fraternæ charitatis concordia inſeparabiliter pari tramire tendunt. quod etiam Paulus teſtatur his uerbis: Si charitatem non habeam, nihil mihi prodeſt. Item inaniter gloriatur, qui dogma & regulam S. Petri non ſectatur. Fundamentũ quippe Eccleſiæ & firmamentum fidei principaliter in Chriſto, & ſequenter in Petro collocatum, nequaquam ingruentibus tempeſtatum turbinibus nutabundum uacillabit, ita Apoſtolo promulgante. Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, &c. Petro autem ueritas ita priuilegium Eccleſiæ ſanxit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.

Aut eos qui ſeſe Romanæ meretrici non ſubijcerent, inſectãtes. Sic Adelhelm⁹ ſcripſit aduerſus Bry

tannos, eoſque reprehendit, quòd nō Romano more tonſuras, unctiones, Paſcha, diuorum feſta, cœlibatus, & alios ritus nouos probarent & obſeruarent: ut patet ex eius epiſtola ad Geruntium. Baleus Centuris prima, capite 83.

Deinde etiam Reges & principes, qui ex diuerſis terris Romam miſerunt eos quos elegerant epiſcopos, ut ab illis conſecrarentur. Sic Oſuuius Humbrorum & Ecgbert Cantuariorū reges perſuaſi, quòd Romana eccleſia eſſet Catholica & Apoſtolica, Vuighardum presbyterum Romam ablegarunt, ut accepto gradu archiepiſcopatus, per omnem Brytanniam eccleſijs Anglorum ordinaret antiſtites. Beda libro 3, capite 29. Agrigentinos Romam ueniſſe, & pontifici propoſuiſſe eum quem elegiſſent epiſcopum, ac petijſſe eius aſſenſum: illum uerò motū ſomnio quodam, Gregorium Agrigentinum eis ordinaſſe epiſcopum, Metaphraſtes narrat In uita Gregorij.

CONTRA PRIMATVM.

NEc tamen defuerunt, qui iſtum dominatum Romani pontificis improbarent & damnarent. Nam Conſtantinopoleos epiſcopi moleſtè tulerunt Phocæ conſtitutionem, & à Romanæ eccleſiæ forma abhorruerunt: ſicut Sabellicus refert de Petro Conſtantinopoleos epiſcopo, Enneadis 8 libro 6. Et Paulus Cretenſis archiepiſcopus, Ioanni Lampeon urbis epiſcopo, noluit cōcedere appellationem ad ſedem Romanam, ut patet ex Vitaliani epiſtola, 2 Tomo Conciliorum. Et Rauennatenſem eccleſiam Autocephaliæ cauſa à Romano pontifice fuiſſe ſegregatam, uſq; ad Domnū papam, Liber pōtificalis indicat.

Et ſibi ius Imperatores adhuc aliquandiu reſeruarunt & uſurparunt, confirmandi Romanos pontifices, teſte Platina in Seuerini primi uita, ubi inquit: Vana tunc habebatur clerici & populi electio, niſi eam Imperatores, aut eorum Exarchi confirmaſſent. Et Vitalianum papam legatos ſuos cum Synodica, iuxta conſuetudinem, in regiam urbem ad Imperatorem miſiſſe, & de ſui ordinatione ad eum retuliſſe, & confirmationem Priuilegiorum petijſſe, indicat Liber pontificalis in uita eius.

Sed tamen ſub finem huius ſeculi, id ius negligentia quadam Imperatorum diminui cœpit. Nam Conſtantinus Pogonatus Benedicto ſanctionem miſiſſe dicitur, ut quē clerus, populus & exercitus Romanus deligeret Pontificē, is e ueſtigiò confirmaretur, nō expectata principis Conſtātinopolitani aut Exarchi Italiæ ſententia: quod hactenus in uſu fuerat. Blondus libro 9 decadis 1: & Platina in uita Benedicti ſecundi.

Et Exarchi, qui tum Italiam adminiſtrabant, ſpoliando urbem & templa, uires eorū fregerunt. Sic cum Paſchalis cum Theodoro contenderet de Pontificatu, acceſſiuit Exarchū pollicitationibus: quas cum poſtea, Sergio nimirum electo, non præſtaret, ille donaria ex Vaticano ſuſtulit. Sabellicus Enneadis 8 libro 6. Et Iſatius Exarchus pecuniam Lateranenſis ſacrarij diripuit, & partem militibus diſtribuit, partem Heraclio Imperatori miſit, partem ſibi uendicauit: ut refert idem ex Gulielmo Bibliothecario. Et Conſtantinus Imperator urbem ingreſſus, amicè tandem eam, & omnia templa ſpoliauit. Regino libro 1.

Et fuit ipſa urbs Roma non in Pontificū, ſed Imperatorū poteſtate & dominio. Quare Faſciculus temporum, & Nauclerus generatione 23, rectè negāt, poſſe ex hiſtorijs probari, à Conſtantino Magno, uſque ad Conſtantinum qui hoc ſeculo uixit, Romanam eccleſiam dominium tenuiſſe urbis, & aliorum quæ in Donatione commentitia fingūtur eſſe legata. Et Agatho in epiſtola ad Cōſtantinum, urbem Romanam ſeruilem Principatus Sereniſsimi appellat: quod nullo modo faceret, ſi ſub ſuo dominio eſſet. in 4 actione Conſtantinopolitanæ ſynodi.

DE OFFICIIS POLITICI MAgiſtratus, *in iuuanda Gubernatione, & conſeruanda diſciplina Eccleſiaſtica.*

IMperatores, & alij gubernatores politici etiam hac ætate pro ſuo officio iuuerunt Eccleſiæ ædificationem.

Nā ut idonei & ſalutares præficerētur Eccleſijs amplioribus doctores, curā egerunt. Sic Pipinus, uicto Friſonū duce, Vuillebrordū gēti illi epiſcopum miſit. Sigebertus in Chronico. Oſuuius miſit Ceaddam, uirum ſanctū & eruditum, Cantiam, ut Eboracenſis eccleſiæ ordinaretur epiſcopus. Beda lib. 3, capite 28. Et clerus Antiochenus petit à Synodo Conſtantinopolitana, ut apud Imperatorē intercedat, & in locū Macarij alium archiepiſcopum ſubſtituat. actio duodecima Conſtantinopolitanæ.

Propagationem ueræ doctrinæ, quantum in ipſis fuit, adiuuerunt: & ad Chriſti fidem Iudæos & gētes hortati ſunt. Sic Siſebutus rex Gothorum nonaginta millia Iudæorum, blanda exhortatione ad baptiſmum induxit: teſte Ioanne Magno Gothicæ hiſtoriæ lib. 16, capite 14. Et Platina in uita Deuſdedit, affirmat, eum Iudæos iſtos coegiſſe fieri Chriſtianos, ob Heraclij mandatum, qui ſibi metuebat à circūciſis: propterea quòd aſtrologus quidam ei prædixerat, circumciſos oppreſſuros Imperium Romanum.

Et Recenſuindus Gothorum rex, curam de augen.

de augenda & conſeruanda Chriſti fide ſuſcepit. Ioannes Magnus hiſtorię Gothicæ libro 16, capite 21. Et Bamba Gothorũ rex iurauit, ſe fidem Chriſtianam, et libertatem Eccleſiæ, leges & conſuetudines integrè ſeruaturum. Ioannes Magnus Gothicę hiſtorię libro 16, capite 22. Et Oſuualdus Notrbumbrorum rex, Aidani epiſcopi, concionantis Scotica lingua, interpretem egit: & Angloſaxonum lingua enunciauit, quæ ille Scotico ſermone proferebat: ut indicat Vvilhelmus libro 1, cap. trigeſimoquarto de Anglorum geſtis.

Idololatrias abrogarunt. Etelbertus Cantiorum rex, idolorum delubra in Chriſtianorũ templa & monaſteria uerti permiſit. Baleus Centuria 1, capite 73 Scriptorũ Brytan. Etcombertus ſacella idolorum ab auo & patre ſuo damnata quidem, ſed tamen relicta, funditùs euertit, & ſolo æquauit. Vvilhelmus Malmesburienſis libro 1. capite 10, de geſtis Anglorum.

Blaſphemos cohercebant. In ſexta Toletana Synodo, capite 3 ſancitur, ut nouus rex electus polliceatur ſe Iudæos blaſphemos non toleraturum. In Iudæos blaſphemantes Trinitatem, & à fide Chriſtiana ſuos aut alios ſubtrahentes, & ſuam ſectam defendentes, leges à Regibus Hiſpaniæ ſunt conditæ: quas approbat 12 Toletanum, capite 9.

Contulerunt cum epiſcopis de uera doctrina. Sic Imperator Heraclius à Paulo hæretico audiens, tantum unam eſſe in Chriſto uoluntatẽ & operationem, contulit cum Cyro Lazorũ metropolitano: qui cum negaſſet ſe ſcire, an duæ uel una dicendæ ſint: iuſſu eius ad Sergium de ea quæſtione ſcripſit. actione 12 Cõſtantinopolitanæ.

Leges de rebus ſacris & Eccleſiaſticis nõ ſanciebant ſine conſilio epiſcoporũ. Sic Imperator Gregorium Agrigentinum & patriarchã Conſtantinopolis in conſilium adhibuiſſe dicitur, cum de ſacris legibus promulgãdis curam ſuſcepiſſet. Metaphraſtes in uita Gregorij. Receſuuindus in 8 Toletana Synodo, tomum ſuæ fidei & decretorum patribus cẽſendum offert.

Hereticos damnatos à Synodis, & turbulentas factiones, legibus & ſuo neruo reprimebant. Senatus & tota ciuitas Conſtantinopolis Pyrrhum epiſcopum impium repulit. Paulus Diaconus rerum Romanarum libro 18. Conſtantinus, nepos Cõſtantij, omnes clericos & laicos, principes & prælatos, Acephalorum & Monothelitarum hæreſi infectos, grauiter repreſsit. Ioannes de Oppido.

Ad uiſitandas & inſtaurandas Eccleſias, ab hæreticis ſeductas, ſępe doctos & ſolertes ablegarunt epiſcopos. Sic Dagobertus Argentinẽſi eccleſiæ turbatæ, Arbogaſtum epiſcopum præfecit, & mandauit eum audiri & honorari. Bruſchius in Catalogo epiſcoporum, & Sebaſtianus Munſterus in Coſmographia.

Conſuetudines & leges, cũ pietate & honeſtate pugnantes, abrogarunt. Batilda regina Francorum, exactiones publicas pietati & æquitati contrarias, aboleuit. Vincentius libro uigeſimotertio, capite centeſimo decimoſexto.

Pios doctores defendebant. Narrat Beda, Edilbrechtum regem ſtatuiſſe legem ad defenſionem bonorum quę epiſcopis donauerat, quorum doctrinam ſuſceperat: libro 2, cap. 5 Eccleſ. hiſtoriæ

Et rectè agentes laudabant. Sic Conſtantinus laudat Romanos epiſcopos, quòd neceſſariam nauauerint operam Eccleſiæ, in refutándis hæreticis: ut patet ex ſcripto eius ad Synodum Romanam.

Miniſtris Eccleſiæ immunitatem concedebant. ut fecit Siſenandus rex Hiſpaniæ, in 4 Toletana Synodo, cap. 46.

Eccleſias diſſidentes ad concordiam hortabantur. Conſtantinus, Heraclius & Tiberius, rogarunt Agathonem, ut legatos Conſtantinopolim mitteret pro conciliandis eccleſijs, diſsidentibus ob errorem Monothelitarum. Beda de Ratione temporũ. Et Conſtantinus legatos iuſsit, omiſsis philoſophicis diſputationibus, de fide uera inquirere. Ibidem.

Iuuabant epiſcoporum colloquia & diſputationes, de religionis negotijs. Conſtantinus epiſcopis in ſexta uniuerſali Synodo Conſtantinopolitana, libros ex Bibliothecis ſuppeditauit: eoſque monuit, ut ueritatem inquirerent. Beda libro de Ratione temporũ.

Bonorum Eccleſiaſticorum conſeruationem & auctionem promouebant. Sic Heraclius, cœſo exercitu Choſrois, aurum & argentum ad inſtaurationem Eccleſiarum, quas hoſtis deſtruxerat, reſtituit: ut narrat Ioannes de Oppido. Batilda regina Francorum, Eccleſijs immunitates conceſsit. Vincentius lib. 23, capite 116. Et in ſexta Toletana, Canone 15, Regis conſenſu ſtatuitur, ut res Eccleſiæ à quibuslibet iuſtè collatæ, in earum iure firma ſtabilitate permaneant.

Sedes Epiſcopales deſolatas renouabant. Sigebertus enim Moguntiam, Spiram, Argentoratum per Romanos uaſtatas, inſtaurat, ac cumulat bonis: & ſubijcit iuri Eccleſiaſtico cathedræ Bormetomagenſis. Iacobus Curio in epiſtola rerum Francorum.

Scholas & artium ſtudia liberaliter fouebant. Sigebertus Anglorum Orientalium rex, anno Domini 630, non modò Cantabrigiæ, ſed paſsim in regno ſuo plures inſtituit ſcholas. Polydorus libro quarto hiſtoriæ Anglorum: & Beda libro tertio, capite tertio Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

Cuſto-

Cuſtodes agebant Eccleſiaſticæ diſciplinæ. Nam Simoniacam peſtem Batilda regina in Francia extirpaſſe, & Francorum proceres epiſcopi Sigebranni ſuperbiam moleſtè tuliſſe dicũtur, apud Vincentiũ libro 23, capite 116. Regem ſecularibus archipresbyteris multam, ſi contemnant admonitiones miniſtrorum Eccleſiæ, ſtatuiſſe, apparet ex Canone 44 Antiſiodorenſis Concilij.

Synodos conuocabant. Conſtantinus Sextam uniuerſalem Conſtantinopoli indixit, ut patet ex Beda de Ratione temporum. Et in epiſtola ſua ad Papam, monet eum, ut libros & legatos ad Synodum mittat, qui ueritatis ſtudioſi ſint inquiſitores. Et Agatho & omnes præſules in Septentrionalibus & Occiduis partibus orbis conſtituti, gratias agunt Imperatori Conſtantino, pro conuocata Synodo: in actione 4 Conſtantinopolitanæ. Et paſsim in actis repetitur, eam Synodum per ſanctionem Imperatoris eſſe conuocatã. Siſebutus Gothorũ rex, propter Acephalorũ hæreſin Synodum conuocauit, ac eidem interfuit, hæreſin extirpauit, pœnitentiam agẽtibus pepercit. Ioannes Magnus Gothicæ hiſtoriæ libro 16, capite 14. Recinſuindus Hiſpaniæ rex, in 18 annis tria Concilia celebrari curauit, pro doctrinæ Chriſtianæ conſeruatione. Ioan. Magnus hiſtoriæ Gothicæ libro 16, capite 21. Et ſecũdam Bracarenſem Synodum regis præcepto coiiſſe, conſtat ex 2 Tomo Conciliorum. Patres in 7 Toletana agunt gratias Regi, pro conuocata Synodo: capite 6. Et in 3 Bracarenſi gratię agũtur regi Vuambano, pro conuocatione.

In Synodis aderant, & cauebant ut omnia ordine agerentur. Sic in quinta & ſexta Toletana rex Hiſpaniæ interfuit, & Conſtantinus Imperator in ſexta Conſtantinopol.

Communes expetebant preces ab epiſcopis pro felici rerum ſucceſſu. Mauricius captiuorum iniuriam reputans, Deũ orauit, ut in hac uita de ſe pœnas ſumat: & quoquò uerſum legatos miſit, petens ab omnibus, ut id à Deo precibus impetrarent. Zonaras Tomo 3 Annaliũ. Rex à Gregorio petijt, ut pro ſeſe ad Deum preces faceret. Metaphraſtes in uita Gregorij. Et Chintillanus rex Hiſpaniæ, in quinto Toletano Concilio ingreſſus cum optimatibus & ſenioribus palatij ſui, commẽdat ſe orationibus patrum. Receſuuindus rex Hiſpaniæ, in octaua Toletana Synodo petit à patribus, ut pro ſe Deum inuocent.

Ad Bibliothecas etiam inſtituendas & conſeruandas, ſuam operam & ſumptus contulerunt. Conſtantinus ex Bibliotheca Conſtantinopoleos libros depromi curat apud Bedam lib. de Ratione temporum. Et Gotthorum rex Cindaſuindus Romã miſſo legato, morales libros Gregorij petijt ſibi communicari. Ioannes Magnus hiſtoriæ Gothicæ libro decimoſexto, capite 20.

Templorum, monaſteriorum, xenodochiorum ædificationes, & exornationes, collatione ſumptuum, redituum, & priuilegiorum iuuabant. Brunichildis regina apud Burgũdos, Auſtraſiosq́; cõplura ſacerdotum collegia & monachorum conſtruxit, & prouentus templis aſsignauit. Robertus Gaguinus libro 3. de rebus Franco. Dagobertus tẽplo Dionyſij aureum tectũ obduxit, annonas prouẽtus ad ſacerdotum uictum ordinauit, & eleemoſynas pro pauperibus & egenis. Robertus Gaguinus libro 3 de rebus Francorum. Idem rex monaſteriũ Vueiſſenburgk in diœceſi Spirenſi ædificauit, eiq́; multa bona & priuilegia & immunitates conceſsit. Trithemius in Epitome Francorũ. Goericus rex ab angelo admonitus, eccleſiam in urbe Metenſium extruxit, eamq́; dotauit tota ſua hæreditate, quæ ei iure à patre & matre obuenerat: ut patet ex uitis epiſcoporũ Metenſium.

Abuſi tamen ſunt interdũ Imperatores & Magiſtratus, & aulici conſiliarij ſua potẽtia, dum ipſi hæreticas opiniones amplexi, conati ſunt eas in alios quoque propagare ſuis edictis. Sic Conſtantinus Monothelitarum errorẽ, per Olympium exarchum per totam Italiã propagare inſtituit: ut narrat Platina in uita Martini primi. Et Rotharius Longobardorum rex Arianus, in ſuis ciuitatibus uolebat geminos epiſcopos eſſe, unum Arianum, alterum Catholicum. Paulus Diaconus de geſtis Longobardorũ lib. 4, cap. 15. & Blondus decadis 1. lib. 9.

Aut imperarunt epiſcopis, ut quos ipſi in gratiã recepiſſent, & illi ad communionem admitterent: ut colligi poteſt ex 3 capite 12 Toletanę Synodi, ubi patres conſentiũt, ut hi quos Regia poteſtas aut in gratiam benignitatis receperit, aut participes ſuę menſæ effecerit, hos etiam ſacerdotum & populorum conuentus in Eccleſiaſticam communionem ſuſcipiat: ut quod principalis pietas habet acceptum, à ſacerdotibus Dei non debeat eſſe extraneum.

Synceros doctores in exilia expulerunt. Dagobertus rex, Amandum peccata ſua arguentem, in exilium miſit. Robertus libro tertio de rebus Francorum. Mellitum, regibus nõdum baptiſatis denegantem cõmunionem cœnæ Dominicæ, Anglia pulſum eſſe, narrat Beda libro ſecundo, capite 5 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Conſtans nepos Heraclij, Martinum & Maximum, ob damnaram hæreſin Monothelitarum, in exilium eiecit. Paulus Diaconus libro octauo rerum Romanarum. Egfridus Vuilfridum epiſcopatu ſuo deiecit. Beda libro 4, capite 12 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Da-

riæ. Dagobertus Scotorum gregem Reginarum habitu circumducebar: id quia Amádus reprehendit, in exilium eſt actus. Balæus Centuria prima, cap. ſepruageſimoquatto, in Appendice Sctiprotum Anglicorum. Columbanus à Theodorico in exilium pellitur, quòd prędixetat nothos regis noo ſuc ceſſutos in Impetio.

Aut interfecerunt. Sic Clodoueus Lampertum Tungreoſium epiſcopum, peccata aulę ſuæ arguentem, inrerfici curauit. Regino libto primo, & Sigebertus. Et Chilianum, cũ diſcipulis ſuis Dolomanno & Thólmanno, Geilana pellex clam occidi curauit. Sigebertus io Chronico.

Bona Eccleſiæ ſuo fiſco aut ærario ſine neceßitate publica uendicarunt, aut eccleſias ſpoliarunt. Sic Lupus theſauros Aquileienſis Eccleſiæ diripuit. Paulus Diaconus libro 5 capite ſeptimo, de geſtis Longobardorum.

¶ Ex *quadam ſuperſtitione magiſtratu ſeſe abdicarunt*, & cletici aut monachi aut eremitæ facti ſunt. Iudocus tegis Brironum filius, ſpteto regno hetemiram egit in pago Pontiuo. Sigebettus. Et Vvambas Hiſpaniæ rex habitu religionis, & ſacræ tooſurę (ut uocant) ſigno accepto, Eringium pro ſe tegem creari iuſsit: ut patet ex capite ptimo Toletanæ 12 Synodi.

In Martyrum & mortuorum honorem magnas impeoſas fecerunt, ex ſuperſtitione. Robertus libto 3 de rebus Francorũ narrat de Dagoberto, quòd prætet multas alias largitiones, etiam emporium annuũ eis dedetit. Dagobertus eccleſiæ Argentinenſi, & glorioſæ uirgini Mariæ donauit oppidũ Rubiacum, motus filij ſui mortui reſuſcitatiõe ab Arbogaſto facta. Naoclerus generatione 21, ex uita eiuſdem. Imperatotes, Patricios, & Conſules multa bona beato Petro, pro tedemptione animarum ſuarum contuliſſe, diſtribuenda pauperibus, uel ad redimendos captiuos, Liber pontificalis in Seuerino nugatut. Bertildis, locũ in quo Martioi eccleſia conſtructa eſt, cum omoibus ſuis appendicibus, & uillá quoq; abbati tradidit iure perpetuo poſsidendam. Vincentius libro 23 capite quarto.

In ſuſcipiendis ceremonijs pontificijs, etiam ſuperſtitioſis, nimium faciles fueruor, easque ſuis Eccleſijs obtruſerũt. Sic Excombertus rex Cantiorum, quadra geſimale ieiuniũ in Angliam perduxit, teſte Erueſteno: ut tefert Balæus Centuria 1, capite 74, in Appendice. Vuilhelmus Malmesburienſis libro 1, capite 10 de geſtis Auglorum, aſſerit, eum legem de quadraginta dierum ieiunio in eum finẽ tuliſſe, ut gentem ſuam uentri & gulæ deditam, ad frugalitarem aſſuefaceret.

Superſtitioſum & illud eſt, quòd monaſteria uitotum & uirginum inſtituerunt, & in ea ſuos filios & filias & alios incluſerunr. Phocas Conſtantinam Mauricij coniugem, & tres filias eius ex tẽplo eductas, in monaſterium abdidit. Paulus Diaconus libto 17 & decimooctauo.

Et quòd illud ocioſum genus uitæ hominum, confirmarunt largitionibus multorum bonotũ. Lothatius ſyluas, piſcationes, prata & paſcua Deicolo abbari tradidit: Vincentius libto 23, capite 5. Androaldus, uir oobilis & prædiues, de conſilio Audomari, Bertino & collegis eius omnia ſua largitus eſt, ot cœnobium in honorem Petri extruerẽt, & monachorum rurbam colligerent. Vincentius libto 23, cap. 110. Et Beniamin nobilis, plurimum ex hæreditate propria monaſterio Sithidim contulit. Idem libro eodem, cap 112. Barilda duo monaſteria Calam & Corbeiã exrruxit: & alijs quoque monaſterijs multa bona largita eſt. Vincentius libto uigeſimotettio, capite 116.

Quòd Eccleſiaſticis perſonis, nimis priuilegij & poteſtatis coouceſſerũt in negocijs ciuilibus. Bamba rex Gothotum noluit rex appellari, antequam per Toletanum archiepiſcopum eſſet ſolenniter unctus, & cotonatus. Ioannes Magous Gothicæ hiſtoriæ libro 16, capite uigeſimoſecundo. Apud Hiſpanos ſacerdotes in Synodo Toletana octaua, capite decimo, decteta faciunt de electione Regum & Principum: à quibus illa, & quo in loco fieti debeat: & ad quos pertineant bona eorum, ipſis mortuis.

Quòd nimis liberales fuerunt in epiſcopos Romanos, eisque eccleſias ſubiecerunt. Sic Phocas Romanum pootificem œcumenicum declarauit, ut ſuprà diximus. Et Dagobertus eccleſiam Dionyſij Romano pontifici ſubiectã eſſe uoluit. Vincentius libro uigeſimotertio, capite trigeſimoſeptimo. Et Iuſtinianus ſecundus Rauennatem eccleſiam armis coẽgit, Romano Leoni ſubeſſe. Sabellicus Enneadis octauæ libto ſeptimo. Codialdus Saxonum rex Romæ moriens, omnes ſuas fortunas in diuinum uſum ex Teſtamento etogari curauit. Bonfinius decadis primæ libto octauo. Herechbettum regem Longobatdorum, Alpes Coccias ſedi Romanæ reſtituiſſe, & dooationem hanc aureis liteтis ſcriptam miſiſſe Romam, Beda narrat in libro de Ratione tempotum. Sabellicus Atithbertum uocat: & prætet Coccias Alpes, etiam omnem Liguſticæ oræ rractum attribuiſſe nugarur, Ennead. 8 lib. 6. Quòd an uerũ ſit, iudicent alij. Nã Arithbertus ſeculo infetiori uixit. Ecombert & Oſuuius teges Anglorum, cum Vuigardum Romam miſerunt, ad impetrandũ gradũ archiepiſcopi, aurea atq; argentea uaſa nõ pauca Papę miſetunt. Beda li-

da libro quarto, capite 1. Eccleſ. hiſtoriæ.

Quòd etiam erga alios miniſtros Eccleſiæ nimis fuerunt liberales, donando ijs amplas poſſeſsiones. Rex Ediluach donauit Vuilfrido antiſtiti terrã 87 familiarũ Seleſteu, ſeu Inſulam Vituli marini dictam, & omnes homines. Beda Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro 4, cap. 13. Et Ceadualla rex occupata inſula Vecta, eidem Vuilfrido poſſeſsionem terræ 300 familiarum obtulit. Beda libro quarto, capite 16. Edilbrecht Iuſto & Melito multa dona dedit: & territoria & poſſeſsiones, in uſum eorum qui erãt cum epiſcopis iſtis, adiecit. Beda hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro ſecundo, capite tertio.

Quòd nimia tyrannide & crudelitate, ad ſeditionẽ occaſiones præbuerunt ſubditis. Sic ob Heraclij aſperitatem, Perſas, Arabes, Chaldęos, & cõfines nationes ab obedientia Imperij, & fide receſsiſſe, narrat Ioannes de Oppido.

CAPVT VIII.

DE SCHISMATIBVS.

DE SCHISMATIBVS ſub Phoca.

DISSENSIO ROMAE DE LIBRIS *Gregorij.*

NARRAT Sigebertus in Chronico, Romanos, cũ parum in ærario Eccleſię reperiſſent poſt obitũ Gregorij, uoluiſſe libros eius comburere, & memoriam illius delere: ſed prohibitos eſſe à Petro, qui iureiurando fidem eis fecerit, quòd Spiritũ ſanctũ ſæpe uiderit in ſpecie columbæ capiti eius inſidentem inter ſcribendum. Sed uidetur etiã hæc fuiſſe non leuis cauſa, cur Romani pontifices libros Gregorij habuerunt exoſos, quòd dilucidis uerbis ſcripſerat, eũ qui ſe uniuerſalem ſacerdotẽ uocaret, uel uocari deſideraret, in elatione ſua Antichriſto pręcurrere. quã quidem ſententiam illi, anxiè primatũ affectãtes, minimè alijs innoteſcere, publicisq; ſcriptis celebrari uolebant.

Contentio Romanorum & Conſtantinopolitanorum de Principatu.

SVperiori libro diximus, inter Conſtantinopolitanos & Romanos epiſcopos cõtentionem eſſe exortam de titulo VNIVERSALIS, ſeu OECVMENICVS. Ea uerò, etſi morte Ioannis nonnihil eſt repreſſa: tamen, ut inter ambitioſos fieri ſolet, lis illa etiam inter ſucceſſores manſit, uſque ad annũ Domini circiter Sexcenteſimum ſeptimum, ut annotat Sigebertus in Chronico. Conſtantinopolitani autẽ epiſcopi, ſuæ Eccleſiæ primas partes adſcribebant, propterea q, eſſet præcipua ſedes, & regia Imperatoris: Romani uerò ſuã præferebat, quia eſſet mater, unde quaſi colonia deducta ſit Conſtantinopolitana eccleſia: & quia etiamnum ſit Domina mũdi, cum Imperatores Romani à Roma, & non Conſtantinopolitani toto orbe terrarum nominentur. Sabellicus Enneadis 8 libro 6. Platina uerò in uita Bonifacij III, etiam hoc pro Romanæ Eccleſiæ principatu argumentum adducit, quòd Petrus Apoſtolorum princeps, ſolis Romanis pontificibus claues regni cęlorum reliquerit, & nõ Conſtantinopolitanis epiſcopis: & quòd Conſtantinus & alij principes Romanis dederint poteſtatem Synodos conuocandi, & diſſoluendi: & uel refutandi, uel ſuſcipiendi & confirmandi, ea quæ in Synodis decreta eſſent. Sed hiſce rationibus Romanos tum temporis uſos fuiſſe, haud equidẽ facilè ex huius, aut mox ſequẽtis ſeculi ſcriptoribus probaueris. nam Beda, Regino, Adon Viennenſis, Sigebertus & alij, tãtum dicunt, Phocam rogante atq; extorquẽte Bonifacio ſtatuiſſe, ſedẽ Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ eſſe caput omniũ aliarum Eccleſiarum: quia nimirũ eccleſia Cõſtantinopolitana primã ſe omniũ Eccleſiarũ ſcribebat: id quod Romanos pontifices, in credibili faſtu turgentes, malè urebat.

Deinde, non audebant Romani pontifices tum temporis, ſibi ſolis arrogare clauiũ poteſtatem, propter ſucceſsionẽ Petri: id quod etiam ſuprà in quinta Centuria indicatum eſt, in ſexta Carthaginenſi Synodo, in qua quidem non ullum uerbum Dei, ſed canonem Nicenum falſatum ac deprauatũ produxerunt, pro confirmando ſuo in Africanas eccleſias impio ac nefario principatu.

Tertiò, ex hiſtorijs nullo modo probari poteſt, Conſtantinum eam poteſtatem Romanis epiſcopis dediſſe, quam Platina fingit. Phocas ergo alioquin minus erat ęquus Cõſtantinopolitano patriarchæ, ſeſe nonnihil ipſius impietati & crudelitati opponenti: & quòd Romani pontificis beneuolentia ſibi opus eſſe iudicabat: & quòd metuebat, ne ſi id quod petebat Romanus, recuſaret, ab eo uiciſsim, tum propter parricidiũ, tum propter alia ſua ſcelera malè tractaretur: in poſtulata conſenſit, & ſtatuit Romanã eccleſiã caput omnium aliarum haberi debere. Sed ea ſententia Phocæ, certamen illud nõ planè ſuſtulit. Nam ſicut Romani uniuerſales papas, ita Conſtantinopolitani uniuerſales patriarchas ſeſe nominarunt: & ex odio aduerſus ſeſe inuicem, cõtrouerſia de duabus in Chriſto uoluntatibus & operationibus renouata, alius aliam defendit, & propugnauit ſententiam.

DE SCHISMATIBVS SVB Heraclio.

DISSENSIO AFRICANORVM, *Aſiaticorum, Europæorum, de uoluntatibus & operationibus in Chriſto.*

HEraclius, dum aulicis conſilijs, nõ cõſulto ore Domini, Athanaſio ſeu Paulo (ut Diaconus libro 18 rerum Rom. refert) Iacobitarum patriarchæ beneficium præſtare conatur, in Eccleſijs Orientis & Occidentis triſtia excitat diſsidia, quę per annos quadragintaduos durarunt. Nam cum Hierapolim neniſſet, & Athanaſiũ hæreticũ ad colloquium admiſiſſet, ac in eo cognouiſſet, uirum eum eſſe ingenio præſtantem: promiſit ei, ſi Chalcedonenſis Synodi decretum de duabus naturis in Chriſto ſuſciperet, ſe eum Antiochenæ Eccleſiæ præfecturũ. Ille autem, ut erat homo uerſutus, ſimulat ſe Synodum illam ſuſcipere, & duas unitas naturas in Chriſto confiteri. Verùm Imperatorẽ interrogat de operationib. & uoluntatibus, duplę'ne an ſimplæ dicendę ſint? Imperator minus in rebus ſacris exercitatus, ad quæſtionem illam neſcit reſpondere. Confert autem cum Cyro Phaſelidis epiſcopo, & cum Sergio Conſtantinopoleos. Illi uerò, licet hactenus Orthodoxi habiti erant, tamen hæreticorũ opiniones fouerant: quas nunc prodũt, dum unam in Chriſto operationem & uoluntatem aſſerunt. Imperator etiam ipſe eorum adſtipulatur ſententiæ, nihil ueritus, Ioannem pontificem Romanum eam improbare. Et Cyrum Alexandriæ curat ordinari epiſcopum, qui dum præpoſterè diſsidium Orthodoxorum & hæreticorum, in eo loco decertantium de duabus naturis in Chriſto, tollere conatur, in hæreticorum caſtra & ipſe deſcendit, & alios ſecum abducit. Nam inter uerum & falſum, hoc mediũ inuenit, in quo tandem utraque pars acquieſcit: nimirum, quòd in Chriſto ſint duæ naturæ unitæ, ſed una ſit operatio, unaque uolunras. Hæc uerò uulnerum Eccleſiæ obductio, nouas dedit turbas. nam Iacobitani & Theodoſiani cothurnum illum pro ſeſe interpretanrur, & uulgò iactitãt, Chalcedonẽſis Synodi approbatores iam in ſuam ſententiam conceſsiſſe. Dum enim nnam operationem & uolnntatem in Chriſto ponãt, conſeqnens eſſe, ut uelint nolint, unam tãtum, & non duas naturas in Chriſto ſtatuãt. Sophronius aũt Hieroſolymorũ epiſcopus, eã formulã reprehẽdit, & duas in Chriſto operationes aſſerit. Sergius, qni eiuſdẽ erat opinionis, cum Cyro Sophronium cõpeſcere conatur, aſſerẽdo nouam eſſe formulam, & Patribus inuſitatam, dicere duas operationes in Chriſto: & tamen diffidens cauſæ, Cyro ſcribit, eũq; monet, ne cuiqnam cõcedat uel unã uel duas in Chriſto dicere operationes: propterea quòd alij hac, alij illa offendãtur ſententia: & quòd rutiſsimũ ſit, ueteres & approbatas formulas retinere, qnàm nouas amplecti, ijsq; occaſionẽ diſsidij præbere. Quare dicendũ eſſe, IESVM Chriſtum uerum Deum & hominẽ, tam diuinam quàm humanam, & omnem Deo decibilem, & homine dignam operationem operarum eſſe. Idem etiam ſcribit ad Honorium papam, & rogat eum, ut Sophronium cohibeat, ne creſcant contentiones: ut patet ex epiſtola Sergij ad Honorium, in 12 actione Conſtantinopolitanæ Synodi. Sed panlo pòſt Sophronius Hieroſolymis epiſcopus factus, cõuocata Synodo, dãnat errorẽ Monothelitarũ: & ad Sergiũ & Ioannẽ Romanũ epiſcopnm Synodicam epiſtolã mittit. Sergius in errore manet, & partes Cyri defendit. Ioãnes uerò Romanus epiſcopus, alioquin Cõſtantinopoleos epiſcopis infenſus, probat Sophronij ſententiã, & collecta Synodo dãnat Monothelitas. Idem faciũt epiſcopi in Africa, apud Byzantiũ, Numidiam, & Mauritaniam.

Imperator uerò Heraclius Sergij ſententię addictus, profert Zenonis edictum, qnòd neque unam neq; duas fas ſit in Chriſto dicere operationes. Ea res magis, ad calumniandũ, hæreticos excitat. Nam Seueri hæreſin probantes, per calnmniam obijciunt pijs, quòd paulò antè, dum conſenſiſſent in unam operationem Chriſti, etiã nnam naturam probarint: nunc uerò pœnitentia ducti, utrunque amiſerint, neq; unam neq; duas in Chriſto naturas confitentes. Sergij ſucceſſor Pyrrhus, Romam profectus, abiecto errore, renouat conſenſum: ſed inde Rauennam progreſſus, in errorem recidit, & à Theodoro pontifice excõmunicatur. Paulus etiã Cõſtãtinopolis epiſcopus, eũdẽ errorẽ amplectẽs, unà cũ Cyro & Pyrrho in Synodo Romana, à centũ & decẽ epiſcopis, & Martino põtifice excõmunicatur. Epiſcopi etiã Hiſpani Synodo collecta, duas in Chriſto uolũtates & operatiões aſſerũt, & Monothelitas dãnant.

Conſtans autem Imperator, uti ſui maiores, Monothelitarum opinione infectus, Martinum & Maximum captiuos Conſtantinopolim dnctos, in exilium Cherſonam mittit, & Hiſpaniæ epiſcopos ob aſſertionẽ affligit. Paulus Diaconus libro decimooctauo rerum Romanarum, in Heraclio. Tandem uerò in ſexta Conſtantinopolitana Synodo, duodecimo Conſtantini Imperatoris anno, diſſenſio illa eſt extincta: ut poſtea dicemus, in capite de Synodis.

Lis inter Romanum epiſcopum, & Caralitanum.

Citonatus archiepiſcopus Caralitanus,

Eccleſiæ Turritanæ præfecerat epiſcopum, inconſulto Ioanne Romano pontifice. Id ille ęgrè ferens, ſacerdotum ſuę parti fauentium cogit Synodum: & adulatorũ aſſenſu decernit, recens ordinatum epiſcopũ, ſub ſua eſſe debere poteſtate, cum tota Eccleſia illa. Liber pontificalis, in Ioanne.

Diſſenſio inter Longobardos de Religione.

Rotharis rex Longobardorum, haud parum diſsidiorum & turbarum in Eccleſijs ſuis dedit. Nam Romani pontificis & Exarchi & Orthodoxorum conſenſum, ad ſuæ gẽtis opes euertendas arbitratus pertinere, edicto publico iuſsit, in ſingulis Longobardorum eccleſijs duos eſſe Antiſtites, quorum alter, Arianam, alter Orthodoxam traderet doctrinam. Effectum ego eſt, ut penè in omnibus Italiæ oppidis duo diſſentientes eſſent antiſtites: & Ariani regis autoritate muniti, ſuam hæreſin longè lateque ſpargerent, unde totus orbis ea lue infectus eſt. Sabellicus Ennead. 8 lib. 6.

De tumultu Aquileienſi & Gradenſi.

Quomodo patriarchatus Aquileiẽſis trãſlatus ſit Gradũ, libro ſuperiori de Synodis diximus. Ea uerò res Lõgobardorũ animos offendit: qui cum non poſſent obtinere, ut hoc ſeculo antiſtites Gradenſes Aquileiam redirẽt, Fortunatum Arianæ ſectę deditũ, Aquileiæ ordinant epiſcopum, conſenſu Regis Longobardorum. Is autem fretus præſidio ſuorum, Gradum ex improuiſo occupat, & templum diripit, & ſpolia in naues coniecta Aquileiam tranſportat. Honorius pontifex id ſcelus deteſtatus, Fortunatum Arianę hæreſeos damnatum, dignitate ſua deijcit, & Primogenium Romanum diaconum ei ſurrogat. id indignè Longobardi ferentes, omnia Gradenſium ſacra & prophana latrocinijs infeſtant. Antiſtes Gradenſis petit auxilium ab Heraclio, ſed parum impetrat: niſi quòd quædam aurea & argentea uaſa, ut diui Marci cathedram, quam uicto Choſroa ex Alexandria acceperat, Venetis miſit, ad reſarcienda Eccleſiæ iſtius damna. Sabellicus Ennead. 8 lib. 6.

DE SCHISMATIBVS SVB Conſtantino, Heracleone, Conſtante & Conſtantino.

Diſſenſio de ferijs Paſchatis.

Britanni non obſeruabant Paſchæ diem Dominicum ſuo tempore, ſed à decima quarta uſq; ad uiceſimam lunam. Id autẽ Auguſtinus legatus Romani pontificis, & reformator Eccleſiarum Anglicarum improbauit: & conatus eſt Britannis perſuadere, ut Romano more Paſcha celebrarent. Sed fruſtra: ut patet ex Bedæ libro 2, cap. 2. Auguſtinum ſequuti Laurentius, Mellitus, & Iuſtus, iuſſu Romani pontificis Britannos & Scotos ad Romanas ceremonias aſſuefacere conantur. Sed Columbanus & Dagamus Scotorum & Pictorum epiſcopi, adeò ſunt tenaces ſuarum ceremoniarum, ut etiam noluerint cibum & hoſpitium cum reformatoribus illis habere cõmune: ut patet ex epiſtola Laurentij apud Bedam libro 2. cap. 4. Anno Domini 615, teſte Capgrauio, in Mona inſula, poſt diſputationes peracres, Laurentius Scotos & Hybernos ad ritus papiſticos per literas inuitat. Verùm Britannis & Scotis monachis ſeſe acriter opponentibus, parum efficit: & res à diſceptatione ad arma uenit, & mille ac ducenti monachi patrios ritus defendentes, interficiũtur ab ijs qui erãt addicti Romanis: ut Maſſæus narrat, referẽte Balæo Cẽturia 1, cap. 74. Honorius papa ſuos legatos literis iuuat, & Scotos, ut in Paſchatis obſeruatione errantes redarguit: idẽ etiam Ioannes ſucceſſor Seuerini facit. Regino lib. 1. Factum id circa annũ 16 Heraclii; Beda in libro de Ratione temporũ indicat: qui tum temporis errorem illũ circa Paſcha primùm exortũ dicit. quod negat Lelandus, dũ affirmat, illum (ut ipſe uocat) errorẽ, centum annis Arium anteceſsiſſe: teſte Balæo Cẽturia 1. Scriptorũ Anglicorũ, cap. 72. Fragmentũ epiſtolæ Ioannis extat apud Bedam lib. 2, cap. 19 hiſtoriæ Anglicæ. Id uerò Scotos in Auſtralibus Hyberniæ Inſulæ partibus fortè mouit, ut Romano more Paſcha celebrarẽt: ſed tamen Septentrionalis Scotorũ prouincia, & omnis quidẽ natio Pictorũ, Athanaſij ſcripta ſequens, à quartadecima luna uſq; ad uiceſimã diem, Paſcha Dominicum obſeruat. Beda lib. 3. cap. 3. Ac cogebantur Angli aliquandiu, propter Finani, Aidani, Colmãni, Hildæ, Ceddæ, & aliorum eruditionẽ, ferre illã deformitatem in Paſchatis celebratione: licet interdũ accideret, ut uno anno bis Paſcha fieret: donec tandẽ in Streanaſhalch collecta Synodo, poſt diſceptationẽ epiſcoporũ, cum Scoti affirmaſſent, ſe cõſuetudinẽ iſtã à Ioãne apoſtolo per ſuos maiores accepiſſe: Angli uerò, ſeu potius põtificij econtrà, Petrũ autorẽ ſui moris facerent: Oſuuius rex pronũciaret, Petri, ut oſtiarij et clauigeri regni cœlorũ, ſtatutis eſſe obediendum, & paſcha Romano more celebrandũ, ne fortè uenientes ad fores cœli, ab introitu arcear. Eam ſententiam probarũt quidam: ſed Colmãnus cũ ſuis aſſentiri noluit, ac potius epiſcopatu ceſsit, Anno Domini 665. Beda lib. 3, cã. 25 & 26. & Sigebertus in Chronico.

Diſsidium inter Paulum Cretenſem, & Ioannem Lapenſem epiſcopum.

Paulus Cretẽſis archiepiſcopus: duo monaſteria

ſteria inuaſir, quæ ad diœceſin Ioannis pertinebant: & ea de re querentem malè tractauit, & in uincula coniecit. Verùm is è uinculis ſolutus, Romam abit, & Paulum accuſat apud Vitalianum. qui cauſa cognita, Ioannem abſoluit: & Paulo mandat, ut eum in integrum reſtituati ut patet ex epiſtola Vitaliani ad eundem, in ſecundo Tomo Conciliorum.

Diſſenſio in Eccleſijs Hiſpanis, ob diſsimiles ceremonias Baptiſmi.

Apud Hiſpanos alij ter, alij ſemel immergebant aquæ, eos qui initiabantur. Ea res apud illos, qui doctrinam de indifferentium rerum libero uſu ignorabant, lites concitabat: cum nimirum in dubium uocarent, recténe an ſecus eſſent baptizati. Sed Patres in Toletano quarto, cap. quinto, ea de re tractantes, unam tantum immerſionem probant: propter hæreticos, qui trina ſolebant uti.

Schiſma Hiſpanicum, de ſede archiepiſcopali.

Lis erat inter Hiſpalenſem & Toletanum epiſcopos, utrius Eccleſia principem locum obtineret. Rex Cindaſunindus pontificem Romanum de ea re conſulit: & accepto oraculo, Toletanæ eccleſiæ dignitatem archiepiſcopalem confert: propterea quòd Theodiſclus Græcus Hiſpalenſium archiepiſcopus, libros Iſidori corrupiſſet, & Eccleſiam illam hæreticis opinionibus infeciſſet. Ioánes Magnus Gothicæ hiſtoriæ libro decimoſexto, capite 20.

DE SCHISMATIBVS sub Iuſtiniano.

Schiſma inter Rauennatem, & Romanam eccleſiam.

VEtus diſsidium inter Rauennates & Romanos epiſcopos de autocephalia, hoc eſt pari dignitate & poteſtate, etiam hoc ſeculo, uſq; ad Domnũ pontificem Romanum, qui anno Domini 677 uixit, durauit. Circa id enim tempus præſul Rauennas, Reparatus nomine, ſeſe & ſuam eccleſiam Romano pontifici, ſine conſenſu (ut uidetur) aliorum ſubiecit: & domum reuerſus, ſtatim mortem obijt: ut Liber pontificalis in uita Domni refert. Succeſſor aũt ipſius Theodorus, cum à clero ſuo in die natalis Chriſti, propter ſeueritatem diſciplinæ eſſet in archiepiſcoplo deſertus, & non pro more ad eccleſiam deductus, ultutus eam iniuriam, re deliberata cum Exarcho Olympio, ad Agathonem Romanum pontificem ſeſe contulit: & in inuidiam ſui cleri, Rauennatem eccleſiam Romanæ ſubdidit. Factum id anno Conſtantini Imperatoris decimo, iuxta Blondum decadis 1 libro nono, qui fuit Domini 679: aut iuxta Palmerium, anno Domini 681.

Etſi autem Theodori factum Rauennates indigno animo ferebant: tamen Conſtantini Imperatoris autoritatem, cui optimè cum Agathone conueniebat, & Olympij Exarchi potentiam ueriti, ad tempus quieſcebant. Sed poſt annos aliquot, regnãte Iuſtiniano ſecundo, Felix Rauennas antiſtes pro concione affirmat, nec iuſtum nec æquum eſſe, propter Theodori ſtulticiam, Rauennatem eccleſiam ſuo antiquo iure & dignitate ſpoliari, & Romano pontifici ſubeſſe. Hac concione ciues excitati, ad libertatem ſuæ Eccleſiæ recuperandam animum adijciunt. Re autem illa cognita, Leo ſecundus pontifex, Iuſtinianum Imperatorem ſibi parat patronum. Is uerò Theodorũ cum exercitu Rauennam mittit, ut aut Felicem cogat Romano pontifici parêre: aut recuſantem, uinctum cum ſenioribus ciuitatis ad ſe Byzantium mittat. Rauennates initiò ſeſe armis tuentur: ſed Theodorus urbem expugnat, & Felicem cum alijs captum, Imperatori mittit, qui eum oculis priuat, cæteris in exilium miſsis.

Hoc autem modo Rauennati eccleſiæ ui crudeliter oppreſſæ, Leo legem dictat, ne amplius electio cleri Rauennatis ualeat, niſi conſenſus Romani pontificis acceſsiſſet. Sabellicus Enneadis 8 libro 7. & Nauclerus Generatione 23, anno Domini 684, iuxta Chronicon Sigeberti.

Diſſenſiones Romanæ ob electiones pontificum.

1. Bonifacio quarto defuncto, uſque adeò in ſucceſſoris electione diſcordes fuere, ut prius elapſi ſint octo menſes, quàm de ſucceſſore potuerint conſentire Patres. Blondus decadis 1 libro 9.

2. Mortuo Ioanne quinto, diſſenſio oritur in electione pontificis. nam Romani Petrum archiepiſcopum conantur deſignare pontificem: ſed exercitus Theodorum presbyterum mauult. Poſt longam autem altercationem, in Cononem utrique conſentiunt. Platina, in uita eius.

3. Conone mortuo, Theodorus & Paſchalis de pontificia dignitate contendunt. Factio Theodori irrumpit in interiorem partem epiſcopatus Lateranenſis: Paſchalis uerò exteriora occupat, ab oratorio Syluestri uſque ad baſilicam domus Iuliæ. Res ſpectabat ad arma & ſeditionem. Sed princeps ciuitatis, cleri & militiæ coeunt: & utroque competitore repudiato, Sergium eligunt. Paſchalis Ioannem Platinam Exarchum Rauenna prolixis pollicitationibus euocat. Verùm cum ille ueniſſet, & om-

nium conſenſu de Sergio cognouiſſet, noluit pro Paſchali ſuſcipere laborem. Poſtulat autem à Sergio, ea quæ ſibi à Paſchali pro compeſcendis turbis erant promiſſa: quæ cum ille recuſaſſet dare, irrumpit in baſilicam Petri, & quędam donaria rapit. Platina in uita Sergij, & Liber pontificalis.

DE SCHISMATIBVS ſub Leone.

Diſſenſio Aquileienſis, de Quinta uniuerſali Synodo.

AQuileienſis eccleſia per Fortunatum Arianũ turbata, ut fit, à ueritate magis magisq́; receſsit: adeò ut ob imperitiam fidei, Quintam uniuerſalem Synodum, à Iuſtino primo & Vigilio papa celebratam, dubitarit ſuſcipere, circa annum Domini 698, iuxta Sigebertum. Res illa ubi ad Sergium pontificem eſt relata, redarguit patres, qui Aquileiæ conuenerant: & tandem ad mentem ſaniorem reduxit. Platina in uita Sergij, & Regino libro primo Chronicorum, in Leone.

CAPVT IX.

DE SYNODIS.

SYNODI SVB Phoca.

SYNODVS ROMANA *ſub Bonifacio Tertio.*

BOnifacius tertius, Romæ Synodum collegit Anno Domini 607. ex epiſcopis 62, iuxta Sigebertum: aut 72, ut Platina & Liber pontificalis habent: & presbyteris triginta, & diaconis tribus, & omni clero. In ea autem Phocæ priuilegium de principatu Romanæ eccleſiæ promulgatur, & confirmatur autoritate pontificia: iuxta Baleum in Centuria prima, Claſſe tertia Scriptorum Britãnicorum. Deinde prohibetur pœna anathematis, ne quis, uiuente epiſcopo ciuitatis ſuæ, de altero eligendo ſudeat loqui, aut aliorum ambire ſuffragia. Tertiò, ne quis largitione & gratia ad epiſcopatum, aut pontificatum ſibi paret aditum. Quartò edicitur, ut tertio die poſt mortem epiſcopi, & non prius, alius ſurrogetur. Quintò, ut electio epiſcopi à clero & populo pariter fiat, & à principe ciuitatis approbetur, & à ſummo pontifice per uerba Volumus & Iubemus confirmetur: quod niſi fiat, rata non ſit electio. Platina in uita Bonifacij tertij, & Sabellicus Enneadis octauæ libro ſexto.

SYNODVS ROMANA SVB *Bonifacio Quarto.*

OCtauo anno imperij Phocæ, indictione decimatertia, die tertio Calendarũ Martij, Bonifacius quartus coegit Synodum epiſcoporum Italiæ: & de uita monachorum, & de quiete, decreta fecit, iuxta Bedam: & monachos ſacerdotibus pares fecit, prædicandi, baptizandi, & clauium poteſtate eis permiſſa: ut Ranulphus in Polychronico indicat libro quinto, capite decimo. Huic Synodo interfuit Mellitus Londoniæ epiſcopus, tum temporis Romę agẽs: & in Britanniam reuertens, Anglorũ eccleſiæ decreta illa attulit, cum literis Bonifacij ad Laurentium archiepiſcopum, & clerum uniuerſum, & ad regem Edilberthum. Beda libro ſecundo, capite quarto.

SYNODVS LVCENSIS.

LVcenſis Synodi fit mentio in actis Bracarenſis ſequentis. Et extat epiſtola Martini Bracarenſis epiſcopi ad Nigeſium, & eam Synodum: in qua indicat, ſe, cum Canones Græcorum malè à quibuſdam tranſlati, & corrupti ſint, eoſdem ſimplicius & emendatius inſtauraſſe, & ordine digeſsiſſe: eoſque Synodo tranſmittit. ſecundo tomo Conciliorum.

CONCILIVM BRACARENSE.

ANno Domini 610, iuſſu regis Ariamiri, ſeu Gundemari (quem circa id tempus in Hiſpania Gotthis imperaſſe conſtat) cõuenerunt Galliciæ epiſcopi, tam ex Bracarenſi quàm ex Lucenſi Synodo, cum ſuis metropolitanis: inter quos fuerunt præcipui, Martinus, Nitigis, Remiſol, Andreas, Lucentius, Adoriens, Victimer, Sardinarius, Viator, Auila, Polemus, Mailoc.

Martinus Bracarẽſis epiſcopus præſidem agit. In initio autem, ſuperioris Bracarenſis Synodi decreta de recta fide & Canonibus releguntur. Deinde recitatur ex epiſtola Petri locus: Seniores obſecro conſenior, paſcite qui in uobis eſt gregem: qua Patres commonefiunt de ſuo officio. Tertiò, Canones hos conſtituunt.

1. Placuit omnibus epiſcopis, atque conuẽnit, ut per ſingulas eccleſias epiſcopi, & per diœceſes ambulantes, primùm diſcutiant clericos, quomodo ordinem baptiſmi teneant, uel Miſſarum: & qualiter, quæcũq; officia in eccleſia peragant. Et ſi rectè quidem inuenerint, Deo gratias agant: ſin autem minimè, docere debent ignaros, & hoc modis omnibus præcipere, ſicut antiqui Canones iubent, ut ante dies uiginti baptiſmi, ad purgationem exorciſmi concurrant catechumeni. In quibus uiginti diebus omnes catechumeni Symbolum, quod eſt, Credo in Deum patrem omnipotentem, ſpecialiter do-

ter doceantur. Poſtquam ergo in his ſuos clericos diſcuſſerint uel docuerint epiſcopi, alia die conuocata plebe ipſius Eccleſiæ, doceant illos, ut errores fugiant idolorum, uel diuerſa crimina: id eſt, homicidium, adulterium, periuriū, falſum teſtimonium, & reliqua peccata mortifera: & quod nolūt ſibi fieri, alteri non faciant: & ut credant reſurrectionem omnium hominum, & diem iudicij, in quo unuſquiſq; ſecundum opera ſua recepturus ſit. Et ſic poſtea epiſcopus de illa Eccleſia proficiſcatur ad aliam. 10. q. 1. placuit omnibus epiſcopis. Item in decreto Iuonis libro primo, ante 20 dies. Et in decreto de conſecratione, diſtinctione 4. ante 20. dies.

2. Placuit, ut nullus epiſcoporum per ſuas diœceſes ambulans, præter honorem cathedræ ſuæ, id eſt ſolidos duos, aliquid aliud per eccleſias tollat. Neque tertiam partem ex quacunque oblatione populi in eccleſijs parochialibus requirat: ſed illa tertia pars pro luminaribus Eccleſiæ, uel recuperatione ſeruetur, & per ſingulos annos epiſcopo inde ratio fiat. Nam ſi tertiam partem illam epiſcopus tollat, lumen & ſacra tecta abſtulit Eccleſiæ. Similiter & parochiales clerici, ſeruili more in aliquibus operibus epiſcopis ſeruire nō cogantur: quia ſcriptum eſt, Neq; ut dominantes in clero. 10. q. 3. placuit ut nullus.

3. Placuit, ut de ordinatione clericorum epiſcopi munera nulla accipiant: ſed ſicut ſcriptum eſt, Quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent. Non aliquo precio gratia Dei, & impoſitio manuum uenundetur: quia antiqua definitio Patrum ita de Eccleſiaſticis ordinationibus ſtatuit, dicens, Anathema ſit danti & accipienti. propterea quia aliqui multis ſceleribus obnoxij, ſancto indigni miniſtrantes altari, non hoc teſtimonio bonorum actuum, ſed profuſione munerum obtinent. Oportet ergo non per gratiam munerum, ſed per diligentem prius diſcuſsionem, deinde per multorum teſtimonium, clericos ordinare. 1. q. 1. placuit ut de ordinatione.

4. Placuit, ut modicum balſami, quod benedictum pro baptiſmi ſacramento per eccleſias datur, quia à ſingulis tremiſſes pro ipſo exigi ſolent, nihil ulterius exigatur: ne fortè quod pro ſalute animarum per inuocationem ſancti Spiritus conſecratur, ſicut Simon Magus donum Dei pecunia uoluit emere, ita nos uenundantes damnabiliter uenundemur.

5. Placuit, quoties ab aliquo fidelium ad conſecrandas Eccleſias epiſcopi inuitantur, non quaſi ex debito munus aliquod à fundatore requirant: ſed ſi ipſe quidem aliquid ex ſuo uoto obtulerit, non reſpuatur. Si uerò aut paupertas illum, aut neceſsitas retinet, nihil exigetur ab illo. Attamen unuſquiſque epiſcoporum meminerit, ut nō prius dedicet eccleſiam, niſi antea dotem baſilicæ, & obſequium ipſius per donationem chartulæ confirmatum accipiat. Nam non leuis culpa eſt iſta temeritas, ſi ſine luminarijs, uel ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eorum qui ibidem ſeruituri ſunt, tanquam domus priuata conſecretur eccleſia. 1. q. 2. placuit ut quoties.

6. Placuit, ſi quis baſilicam non pro deuotione fidei, ſed pro quæſtu cupiditatis ædificat, ut quicquid ibi de oblatione populi colligitur, medium cum clericis diuidat, eo quòd baſilicam in terra ſua quæſtus cauſa condiderit: quod in aliquibus locis uſque modò dicitur fieri. Hoc ergo de cætero obſeruari debet, ut nullus epiſcoporum tam abominabili uoto conſentiat: nec baſilicam, quæ non pro ſanctorum patrocinio, ſed magis ſub tributaria conditione eſt condita, audeat conſecrare. De conſ. diſtinctione 1. ſi quis baſilicam.

7. Placuit, ut unuſquiſque epiſcopus per Eccleſias ſuas hoc præcipiat, ut hi qui infantes ſuos ad baptiſmum offerunt, ſi quid uoluntariè pro ſuo offerunt uoto, ſuſcipiatur ab eis. Si uerò per neceſsitatem paupertatis aliquid non habent quod offerant, nullum illis pignus uiolenter tollatur à clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios à baptiſmo retrahunt: qui ſi fortè, dum differuntur, ſine gratia baptiſmi de hac uita receſſerint, neceſſe eſt ut ab illis eorum perditio requiratur, quorum ſpolia pertimeſcentes, à baptiſmi gratia ſe retraxerunt. 1. q. 1. placuit ut unuſquiſq; epiſcopus.

8. Placuit, ut ſi quis aliquem clericorum in accuſatione fornicationis impetit, ſecundum præceptum Pauli apoſtoli, duo uel tria teſtimonia requirantur ab illo. Quòd ſi non potuerit datis teſtimonijs probare quod dixit, excommunicationem accuſati accuſator accipiat. 2. q. 5. placuit ut ſi quis aliquem.

9. Placuit, ut poſtquam in Concilio ſacerdotum fuerint ordinata, illud omnimodis obſeruetur, ut ſuperuenturum ipſius anni Paſcha quota Calendarum die, uel quota luna debeat ſuſcipi, à metropolitano epiſcopo nuncietur. Quod cæteri epiſcopi uel clerus reliquus breuiculo ſubnotantes, unuſquiſque in ſua Eccleſia, adueniente natalis Domini die, aſtante populo poſt lectionem Euangelicam nuncient. In cuius principio conuenientes in unum Eccleſiæ uicinæ, per triduum cum pſalmis, per ſanctorum baſilicas ambulantes, celebrent litanias. Tertiò

autem die,celebtatis hora nona ſiue decima Miſsis, dimiſſo populo, præcipiant qnadrageſimæ ieiunijs ſeruire:& mediante quadrageſimꝫ,ex uiginti dieb.baptizádos inſantes ad exotciſmi purgarioné offerre.De conſectarione,diſtinctione tertia:placuit ut poſtqnam omnia.

10. Placuit,ut quia per ſtulticiam ptæſumpti nuper erroris, aut certè ex ueteris Priſcllianę adhuc hęteſis fœtote corrupto,cognouimus quoſdam presbyteros in hiuus præſumprionis audacia retineri, ut Miſſas mortuorum, etiam poſt acceptú merum uel oblationem, auſi ſunt conſecrare:ideoq; hoc præfixæ euidentis ſententiæ admonitione ſeruetur, nt ſi quis ptesbytet poſt hoc edictum noſttum, amplins in bac ueſania fuerit deprehenſus, hoc eſt, non ieiunus, ſed qnoennque cibo ptæſumpto oblationem conſecrauerit in altari, continuò ab officio ſuo priuatus, à ptoptio deponatnr epiſcopo. His ita geſtis, placuit omnibus,pto confirmanda horum obſeruantia,unumquemqus propria manu ſubſcribere, eo placitorú facto, nt ſi quis eorum capitulorum terminum tranſgreſſus, ad inordinatas conſuetudines reuerti uoluerit, totius Concilij excomunicatione correptus, ueriſsimam ſibl de ſui ordinis inclinatione nouetit imminere ſententiam.

Martinus Btacarenſis mettopolitanæ Ecclesiæ epiſcopus,his geſtis ſubſcripſi. Remiſol Viſenſis eccleſiæ epiſcopus,bis geſtis ſubſcripſi. Lucentius Conimbricenſis eccleſiæ epiſcopus, bis geſtis ſubſcripſi. Adoriens, Egitanæ eccleſiæ epiſcopus, his geſtis ſubſcripſi. Setdinarius,Lamecenſis eccleſiæ epiſcopus,bis geſtis ſubſcripſi. Viator,Magalonenſis eccleſiæ epiſcopus,his geſtis ſubſcripſi. Nitigis, Lucenſis eccleſiæ metropolitanus epiſcopus, his geſtis ſubſcripſi. Andteas,Irienſis eccleſię epiſcopus, his geſtis ſubſcripſi. Auila,Tudenſis eccleſiæ epiſcopus, his geſtis ſubſcripſi. Pulenſus,Aſturicéſis eccleſiæ epiſcopus,his geſtis ſubſctipſi. Mailoc,Britinorum eccleſiæ epiſcopus, his geſtis ſubſctipſi. Victimer, Aurienſis eccleſię epiſcopus,ſubſcripſi.

SYNODI SVB HEtaclio.

SYNODVS HIEROSOlymitana.

CYrus Alexandriæ epiſcopus deſignatus,ut diſſentientes de doctrina ad cõſenſum deduceret,hæreticis largitus erat,in Cbriſto unam eſſe uoluntaté & operationé: & ab ijs uiciſsim impetratat, ut dicetent in Chriſto duas unitas eſſe natutas, quod antea aſſerere abhorruetant. Illnm cothurnum Sophronius reptehendit. Sed cum patú pto ficeret ptiuata admonitione, cõgregat Synodũ de epiſcopis ſuæ diœceſeos: & facta collarione cum patribus,tandem decernit, eos qui unam in duabus Chriſti naturis uolnntatem & actionem affirment, neceſſariò etiá unam naturam ſtatuere, licet id agere uideri non uoluit. Et de hac ſententia refert ad Iohannem Romanum pontificem, qui etiam eam approbat. Zonaras Tomo tertio, in uita Heraclij, & epiſtola eius ad Sergium Conſtantinopolitanum: Panlus Diaconus libro decimo octano terum Romanarum, in uita Heraclij: Acta 6. Conſtantinopol.

SYNODVS SAVARICA

ſub Lothario.

NArrat Auentinus libro annalium Boiorum tertio, qnòd ſub Lothario conuentus ſacetdotum in Boiaria ſint habiti contra Columbani & Galli nouas cetemonias, quibus populũ Cbriſti ſanguine tedemptum, liberatumque, in ſeruitutem redigere atque onerare, contra maiotum inſtituta conarentur: ſed quales ſuerint, non indicat. ualde utile eſſet eam Synodum extate.

SYNODVS MATISCOnenſis ſub Lothario.

AGteſtinus Theodotici regis notarius cum omnibus ſuis bonis in Luxouienſe cœnobium ſeceſsit. Cum autem iſthic aliquandiu ſuperſtitioſos ritus ſpectaſſet, pertæſus eorum, Aquileiam abijt, & ad Attalam Bobienſis cœnobij abbatem ſcribit, & teptehendit illas monacborum nouitates. ac poſtea ad Euſtaſinm tedit, enmque monet, ut à monaſticis obſeruationibus recedat. Sed malam gratiá init, & ex collegio telegatur.

Id moleſtè fetens, adiungit ſibi Apellinum cognatum ſuum, & Genuéſem epiſcopum, & uicinos aliqnot: & Lotbarium conatur etiam in ſuam ſententiam pettrahere. At ille indicat, rem illam in Synodo rectè & legitimè tractari & cognoſci poſſe. Conuocat ergo epiſcopos Burgundiæ ad ſuburbiũ Matiſconenſis urbis.

Agreſtinus accuſat Columbani & Euſtaſij nouas traditiones, quaſi ſuperfluas, & canonicæ inſtitutioni contrarias: nimirum quòd cochleam lambant, & crucis ſigno ctebrò ſignentur, & tam in ingreſſu quàm egreſſu benedictionem faciant, & ſacra Miſſarum ſolennia mnltiplicatione orationum & collectarum celebrent.

Auditis huiuſmodi obiectionibus, beatus Euſtaſius conuerſus ad ſuæ partis epiſcopos, dixit: Vos ò decus ſacerdotij ꝓbare debetis, q in Eccleſijs uetitaris & iuſticiæ ſeminariũ diſtribnãt, & q uetitati ac à religiõe aliena tradãt. Quicquid enim à norma ueri tra-

mitis

mitis diſsécit, extra Eccleſię corpus ſegregari debet. Veſtrum eſt diſcernere obiecta, an ſiot à Scripturarum ſerie aliena. Agreſtious ait: Tuo ore uobis edicito. ooſſe enim à te uolumus, quod dignũ ſup hoc reſpõſum reddas. Saoctus Euſtaſius reſpondit: Nequsquá, ait, reor cõtrarium eſſe religioni, cochleá, quam Chriſtianus lambit, uel quodcunq; uas aut poculum, crucis ſigno muniri: cum per aduẽtum ſigni Domioici pellatur peſtis aduerſantis inimici. Introeuotem uerò mouschõ cellulã, uel exeuutẽ, benedictioue Domini armati, ratũ duco, iuxta Pſalmiſtæ uocem: Dominus euſtodit te ab omni malo, cuſtodiat animam tuam Dominus: Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc & uſque in ſeculum. Licet euim hoe ad unumquemque Chriſtianum referatur, ut gratis baptiſmi per fidem in Eccleſia ſeruetur, in eo uidelicet qui ad eam ingreditur, & uſque ad finem, perſeuerautiæ uigore firmetur, de quotidiano tamen motu ſiue ingreſſu uel egreſſu ſeu progreſſu, unumquemque noſtrûm ſigoo crucis armari, u.. benedictiooe ſodaliũ fas duco roborari. Multiplicationem uerò orarionum in ſacris officijs, credo omnibus proficere eccleſijs: quia dum plus Domiuus quæritur, plus inuenitur: & eum uberius oratione pulſatur, eo citius exaudire probatur. Nihil enim amplius deſiderare debemus, quàm orationi incumbere, ſieut Dominus ſub Apoſtolorom numero hortatur: Vigilate & orate, ne intretis in tentatiooem. Sie & Apoſtolus nos ſine iotermiſsione iobet orare: ſic omnis Scriptura ſacra hortatur uos ad Dominum ſine ceſsarione clamare. Nihil equidem ram utile, tamq; ſalutare, quàm creatorem multiplicatione precum & aſsiduitate orationum pulſare.

Deinde Agreſtinus repreheodit, quòd capitis comam ineptè præcidant, & ab omnium hominum more deſciſcant. Euſtaſius autem inquit: Ego eius diſcipulus & ſuceeſſor, cuius tu diſciplinam & iuſtituta damnas, te ad diuinum iudiciom eum eo, intra præſentis anni circulum cauſaturum inuito, ut iuſti iudicis examine ſeutias, cuius famulum tuis detractiouibus maculare procures. His dictis, metus quoſdam eorum qui Agreſtianæ partis fautores erant, perculit: hortanturque omnes, ut pacis nexu eorda iungerent, & ut iſte temeritatis audaciam tolleret, & ille paterno affectu labentem pijs correptiouibus foueret. Ad hæe Euſtaſius: Veſtris, inquit, libeos ſatiſfaeerem precibus, ſi miſera mens duriciam ueeordiæ molliret: & correctis cauterio morbis, uel antidoto uiſceribus defectis, redux ad ſalutifera monita remeare nitatur. Congentibus ergo cunctis, Agreſtinus ſimulatam pacem poſtulat, quod poſtea actibus deprompſit. Euſtaſius uerò mitis animi ſuaſione flexus, poſcentium pacem tribuit, & pacis oſculum illi porrexit. Autor uitæ Euſtaſij, in tertio tomo operum Bedæ.

Si integra acta huius Synodi extarent, aut hiſtoria iſta à non ſuſpecto, & nouis monachorum traditionibus nimium dedito aotore annotata eſſet, faeilè appareret, pios & graues uiros in Eccleſia huius ſeculi, abhorruiſſe à prodigioſis monachorum ſuperſtitionibus.

SYNOOVS FRANcica.

LOthatium tria regna adeptum, eonuocaſſe Synodum, in qua ſit deliberatum & ſtatutum de Agilo & Euſtaſio ablegandis ad gentes uicioas conuerteudas, Vincẽtius refert ex geſtis Agili libro uigeſimotertio, capite centeſimoſecundo.

SYNODVS ANTIſiodorenſis.

IN ſecundo Tomo Conciliorum, circa tempora Deuſdedit, Aotiſiodorenſis Sy nodus celebrata dicitur, cuius iſti Canones receoſentur.

1. Nõ licet Calẽdis Ianuarij uecolo aut ceruolo facere, uel ſtrenas diabolicas obſeruare: ſed in ipſa die ſic omnia beneficia tribuãtur, ſicut & reliquis diebus.

2. Vt omoes presbyteri ante Epiphaniam miſſos ſuos dirigãt, qui eis de principio quadrageſimę nuncient, & iu ipſa Epiphania ad populum indiceut.

3. Non licet compenſas in domibus proprijs, nec uigilias iu feſtiuitaribus Sanctorũ facere: nec inter ſentes aut arbores ſacriuos, uel ad fontes uota exoluere, ſed quicunque uotum habuerit, in Eccleſia uigilet: & matricolæ ipſum uotum, aut pauperibus reddat, nec ſubtilia aut pede, aut hominem liueo fieri penitùs præſumat.

4. Nõ licet ad ſortilegos uel auguria reſpicere, oec ad characteres: nec ad ſortes, quas Sanctorum uocant, oel quas de ligno aut de pane faciunt, aſpicere: ſed quæcunque homo facere uult, omnia in nomine Domini faciat.

5. Omnino & inter ſupradictas eonditiones, uigilias, quas in hooore Domini obſeruant, omoibos prohibemus.

6. Vt à media quadrageſimæ presbyteri Chriſma petant: & ſi quis iufirmitate detentus uenire oon potuerit, ad archidiacouum ſuum, uel archiſubdiaconum tranſmittat, & chriſmario & linteo imponãt, ſicut reliqoiæ Sauctorum deportari ſolent.

7. Vt omnes presbyteri ad Synodum in ci

uitatem ueniant, & Calendis Nouembris omnes abbates ad concilium ueniant.

8. Non licet in altario in ſacrificio diuino mellitum, quod mulſum appellatur, nec ullum aliud poculum extra uinum cum aqua mixtum, offerre. Quia ad grande reatum & peccatum pertinet presbytero illi, quicunq; aliud poculum, extra uinum, in conſecratione ſanguinis Chriſti offerre præſumpſerit.

9. Nō licet in Eccleſia choros ſecularium, uel puellarum cantica exercere: nec conuiuia in Eccleſia præparere. quia ſcriptum eſt: Domus mea domus orationis uocabitur.

10. Non licet ſuper unō altari, in una die, duas Miſſas dicere: ne in altari ubi epiſcopus Miſſas dixerit, presbyter in illa die Miſſas dicat.

11. Non licet in uigilia Paſchæ, ante horam ſecundam noctis, uigiliam expedire: quia in illa nocte non licet poſt mediam noctem bibere, nec in natali Domini, nec in reliquis ſolennitatibus.

12. Non licet mortuis nec Euchariſtiam, nec oſculum tradi, nec uelo uel pallis corpora eorum inuolui.

13. Non licet diacono, uelo uel palla ſcapulas ſuas inuolui.

14. Non licet in baptiſterio corpora ſepelire.

15. Non licet mortuum ſuper mortuum mitti.

16. Nō licet die Dominico boues iūgere, uel alia opera exercere.

17. Quicunque ſe propria uoluntate in aquam iactauerit, aut collo ligato ſe ſuſpenderit, aut de arbore præcipitauerit, aut ferro percuſſerit, aut qualibet occaſione uoluntariæ ſe morti tradiderit, iſtorum oblata nō recipiantur.

18. Non licet abſque Paſchæ ſolennitate ullo tēpore baptizare, niſi illos, quib. mors uicina eſt, quos grabatarios dicunt. Quod ſi quis in alio pago, contumacia faciente, poſt interdictum hoc infantes ſuos ad baptiſmū detulerit in Eccleſias noſtras, non recipiantur. Et quicunque presbyter ipſos extra noſtrum præceptum recipere præſumpſerit, tribus menſibus à cōmunione Eccleſiæ ſeque ſtratus ſit.

19. Non licet presbytero, aut diacono, aut ſubdiacono poſt acceptum cibum uel poculum, Miſſas tractare: aut in eccleſia, dum Miſſæ dicuntur, ſtare.

20. Quod ſi presbyter (quod nefas eſt dicere) aut diaconus, aut ſubdiaconus, poſt acceptam benedictionem infantes procreauerit, aut adulterium cōmiſerit, & archipreſbyter hoc epiſcopo aut archidiacono nō intimauerit, integro anno non communicet.

21. Non licet presbytero, in uno lecto, poſt acceptam benedictionem, cum presbytera dormire, nec in peccato miſcere: nec diacono, nec ſubdiacono.

22. Non licet relictę presbyteri, nec relictę diaconi, nec ſubdiaconi, poſt eius mortem maritum accipere.

23. Si monachus in monaſterio adulteriū commiſerit, aut peculiare habere præſumpſerit, aut furtum fecerit, & hoc abbas per ſe non emendauerit, aut epiſcopo aut archidiacono nō intimauerit, ad pœnitentiam agendam in alio monaſterio retrudatur.

24. Non licet abbati, nec monacho, ad nuptias ambulare.

25 Non licet abbati filios de baptiſmo habere, nec monachis commatres habere.

26. Quod ſi quis abbas mulierem in monaſterio ingredi permiſerit, aut feſtiuitates aliquas ibi ſpectare præceperit, tribus menſibus in monaſterio retrudatur, pane & aqua contentus.

27. Non licet, ut aliquis ſuam nouercam accipiat uxorem.

28. Non licet, ut filiam uxoris ſuæ quis accipiat.

29. Nō licet, ut relictam fratris ſui quis in matrimonio ducat.

30. Non licet duas ſorores, ſi una mortua fuerit, alteram in coniugium accipere.

31. Non licet conſobrinam, hoc eſt, quę de duobus fratribus, aut de duabus ſororibus procreantur, in coniugium accipere: qui de ipſis nati fuerint, in coniugio ſocientur.

32. Non licet, ut nepos auunculi uxorem accipiat.

33. Non licet presbytero, nec diacono, ad trepalium, ubi rei torquentur, ſtare.

34. Non licet presbytero in iudicio illo ſedere, unde homo ad mortem tradatur.

35. Non licet presbytero aut diacono, uel cuiquam clericorum, de qualibet cauſa concleric ū ſuū ad iudicem ſecularem trahere.

36. Non licet mulieri nuda manu euchariſtiam ſumere.

37. Non licet mulieri manum ſuam ad pallas Dominicas mittere.

38. Non licet cum excommunicato communicare, nec cum eo cibum ſumere.

39. Si quis presbyter, aut quilibet de clero, aliquem de populo excommunicatum, abſq; uoluntate ipſius qui eum excommunicauit, ſciens receperit, aut cum illo panem manducauerit, uel colloquiū habere decreuerit, ſimili ſententiæ ſubiacebit.

40. Non licet presbytero inter epulas cantare, nec ſaltare.

41. Nō licet presbytero, nec diacono, quēquam inſcribere: ſed in uice ſua ſi cauſam habuerit, aut fratrem, aut puemcunq; ſecularem roget.

42. Vt unaquæque mulier, quando communicat, Dominicalem ſuum habeat. Quòd ſi quam non haboerit, uſq; in alium diē Dominicum non communicet.

43. Quicunq; iudex, aut ſecularis, presbytero aut diacono, aut cuilibet de clero, aut de iunioribus, abſq; audientia epiſcopi, aut archidiaconi, uel archipresbyteri, iniuriam inferre præſumpſerit, anuo ab omuiū Chriſtianorum conſortio habeatur extraneus.

44. Si quis ex ſecularibus inſtitutionem aut commonitionē archipresbyteri ſui, contumacia faciente, audire diſtulerit: tam diu à liminibus ſanctę Eccleſiæ habeatur exrraneus, quamdiu tam ſalubrem inſtitutionē adimplere non ſtuduerit: inſuper & mulctā, quam glorioſiſsimus Rex Domĩnus præcepro ſuo inſtituit, ſuſtinear.

45. Si quis hanc diffinitiouem, quam ex autoritate Canonica communi conſenſu & conniuenria conſcripſimus ac inſtituimus, tam ad clerum quàm ad populum commonendum, uel ad id quod ſcriprum eſt conſeruandum, negligens inuenrus ſuerit, & hoc obſeruare diſtulerit, aut eos qui ipſum audire neglexeriut celauerit, aut ſuppreſſerit, & in noticiam epiſcopi nou depoſuerit, anno à conſortio fratrum, uel ab omnium Chriſtianorū cōmunione habeatur extraneus.

Subſcriptiones Epiſcoporum qui huic Concilio interfuerunt.

Vnacharius, in Dei nomiue epiſcopus, cōſtitutionē hāc ſubſcripſi. Vinobaudis abbas ſubſcripſi. Baudonius abbas ſubſcripſi. Frācolus abbas ſubſcripſi. Cęſarius abbas ſubſcripſi. Deſideratus abbas ſubſcripſi. Amādus abbas ſubſcripſi. Tegred⁹ abbas ſubſcripſi. Vigilius presby. ſubſcripſi. Gregorius presbyrer ſubſcripſi. Claudi⁹ presbyter ſubſcripſi. Amanus presbyter ſubſcripſi. Saupādus presb. ſubſcripſi. Theodulphus presbyter ſubſcripſi. Roricius presbyter ſubſcripſi. Niobaudis presbyter ſubſcripſi. Antonius presb. ſubſcripſi. Seuardus presb. ſubſcripſi. Addo presb. ſubſcripſi. Sindulphus presbyrer ſubſcripſi. Audonius presb. ſubſcripſi. Medardus presbyter ſubſcripſi. Badericus presbyter ſubſcripſi. Siagrius presbyter ſubſcripſi. Friobādis presbyter ſubſcripſi. Eominus presbyter ſubſcripſi. Elladius presb. ſobſcripſi. Theodemodus presbyrer ſubſcripſi. Launonius presbyret ſubſcripſi. Leonaſtis presbyter ſubſcripſi. Medardus presb. ſubſcripſi, p diaconū Leudegiſylum. Eunius presbyrer ſubſcripſi. Filmatius presbyter ſubſcripſi. Nonnonius presbyter ſubſcripſi. Ballomeris presbyter ſubſcripſi. Romacharius presbyter ſubſcripſi. Medardus presbyter ſubſcripſi. Audila presbyter ſubſcripſi. Genulphus presbyter ſubſcripſi. Siagrius presbyter ſubſcripſi. Sindulphus presbyter ſubſcripſi. Vinobādis presb. ſubſcripſi. Apronius diaconus ſubſcripſi. Barbario diac. ſubſcripſi. Leudegiſylus diaconus pro Medardo ſubſcripſi.

SYNODVS HISPALENſis ſub Siſebuto.

CIrciter annum Domini 634, anno imperij Heraclij 24, celebrata eſt Hiſpali Synod⁹.

Cauſam præbuerunt hæreſes Acephalorum, & quædā aliꝗ epiſcoporū lites, & cauſę Eccleſiaſticæ, ut patet ex lib. 16. cap. 13 Iohānis Magni Gothicæ hiſtoriæ.

Conuocauit aūt eam Synodū Iſidorus, iuſſu regis Siſebuti: er conuenerunt Hiſp. li, Iſidorus, Biſinnus, Ruffinus, Cābra, Fidentius, Theodulphus, Honorius, & ſimiles. prę ſedit Siſebutus rex, & Sualanes actor rerū fiſcaliū: adſtitit pro more, cœtus clericorum.

Conſeſſus tredecim ſacti ſont: & in ſingulis acta ſunt quæ ipſi exponunt in communi ſcripto, quod extat in ſecundo tomo Conciliorum, in hunc modom.

Prima actione, Theodulphi Malacitanæ antiſtitis eccleſię, ad nos oblara precario eſt, aſſerētis antiquā eiuſdē urbis parochiā, militaris quodā hoſtilitatis diſcrimine fuiſſe deciſam: & ex parte aliqua ab eccleſijs Aſtigitanæ, Eliberiranæ atq; Agabrenſis urbiū eſſe retenrā. Pro qua re placuit, ur omnis parochia quę ab antiqua ditione ante militarem hoſtilitarē, retinuiſſe Eccleſiā ſuā quiſquis cōprobaret, eios prioilegio reſtitueretur. Sicur enim per legē Mundialē, his quos barbarica ſeueritas captiua neceſsitare trāſuexir, poſtliminio reuertētibus redditur anriqua poſſeſsio: nō alirer eſt Eccleſia receprura parochiā, quā anrè tenuit, cū rebus ſuis, ſiue ab alijs Eccleſijs poſsideatur, ſiue in cuiuslibet poſſeſsiooem trāſfuſa ſit. Non enim erit obijcienda præſcriptio temporis, ubi neceſsitas inrereſt hoſtilitaris.

2. Inter memoratos fratres noſtros Fulgentiō Aſtigiranō, & Honoriū Cordubēſem epiſcopos, diſcuſsio agitata eſt, ꝑpter parochiā baſilicę cuioſdā, quā horū alter Celricē ſem, alrer Reginēſem aſſeruit. Et qa inrer utraſq; partes hactenus limitis actio uindicata eſt, cū quāuis uetuſta rerētio nullū iuris pręiudicium afferrer, ideoq; ne in dubiū ultrà inter eos noſtra denoraretur ſentētia, ꝑlatis canonib. Synodalia decreta plecta ſunt, quorū autoriras pręmonet, ita oportere inhiberi copidirarē, ut ne quis terminos alienos oſurpet. Ob hoc placuit, inter alternas partes inſpectionis oiros mittendos: ita ut ſi in diœceſi poſsidētis ſitam baſilicam, uereribus ſignis limes præuiſus monſtrauerit, Eccleſiæ, cuius eſt ius rerentionis, ſit ęternum dominiū. Quòd etſi limes legitimus eandem baſilicā

presbyteri, qui filiorum Aaron geſtant figuram, arripere non præſumant. Nam quamuis cum epiſcopis plurima illis myſteriorum communis fit diſpenſatio, quædam tamen autoritate ueteris legis, quædam nouellis & eccleſiaſticis regulis ſibi prohibita nouerint: ſicut presbyterorũ & diaconorũ ac uirginum cõſecratio, ſicut conſtitutio altaris, benedictio, uel unctio. Siquidem nec benedicere eis liceat eccleſiam, uel altaria conſecrare: nec per impoſitiones manus fidelibus baptizandis, uel conuerſis ex hęreſi, Spiritũ ſanctũ tradere: nec chriſma conficere, nec chriſmate baptizatorum frontem ſignare: ſed nec publicè quidem in Miſſa quẽquam pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epiſtolas mittere. Hæc omnia illicita eſſe presbyteris uel chorepiſcopis, qa pontificatus apicẽ nõ habent, quem ſolis deberi epiſcopis, autoritate Canonum præcipitur: ut per hoc & diſcretio graduum, & dignitatis faſtigium ſummi Pontificis demonſtretur. Sed neq; corã epiſcopo licere eis in baptiſterium introire, nec præſenre antiſtite infantem tingere aut ſignare, nec pœnitẽtẽ ſine præcepto epiſcopi ſui recõciliare, nec eo pręſente Sacramentũ corporis & ſanguinis Chriſti cõficere: nec eo corãm poſito, populum docere, uel benedicere, aut ſalutare, nec plebem utiq; exhortari: quæ omnia eis à ſede Apoſtolica prohibita eſſe noſcũtur.

8. Octaua diſcuſsio agitata eſt de quodam Heliſæo, ex familia Agabrenſis eccleſiæ, qui ab epiſcopo ſno traditus libertati, de libertate confeſtim ad contumaciæ morbũ tranſiliuit. Sicque per ſuperbiam non ſolùm eiuſdem epiſcopi ueneficis artibus ſalutem lædere uoluit, ſed etiam patronam eccleſiã, libertatis immemor, prædamnauit. Aduerſus quem ingratum actio Canonum, ac legum autoritas iuſtè dirigitur: ſcilicet ut immeritæ libertatis damno mulctatus; ad ſeruitutis nexum reuocetur. Talium enim ſtatus, qui contra epiſcopum ſuum, uel patronã eccleſiam nituntur, decidi potius quàm cõſeruari conuenit: ut quorum libertas pernicioſa eſt, ſit ſalutifera ſeruitus: & qui ſuperbire nouerint adepta libertate præditi, diſcant obedire ſubiecti.

9. Nona actione didicimus, quoſdam ex noſtro collegio contra mores Eccleſiaſticos, laicos habere in rebus diuinis cõſtitutos œconomos. Proinde pariter tractantes eligimus, ut unuſquiſq; noſtrûm, ſecundũ Chalcedonenſiũ patrũ decreta, ex proprio clero œconomũ ſibi cõſtituat. Indecorũ eſt enim, laicum uicariũ eſſe epiſcopi, & ſeculares in Eccleſia iudicare. In uno enim eodemq; officio non debet diſpar eſſe profeſsio. Quòd etiam in lege diuina prohibetur, dicente Moſe: Non arabis in boue ſimul & aſino. ideſt, homines diuerſæ profeſsionis in officio uno non ſociabis. Vnde & oportet nos & diuinis libris, & ſanctorum Patrum obedire præceptis: conſtituentes, ut hi qui in adminiſtrationibus Eccleſiæ pontificibus ſociantur, diſcrepare non debeant nec profeſsione, nec habitu. Nam cohærere & coniungi non poſſunt, quibus & ſtudia & uota diuerſa ſunt. Si quis autem epiſcopns poſthac Eccleſiaſticam rem, aut per laicalem procurationem adminiſtrandam elegerit, aut ſine teſtimonio œconomi gubernandam crediderit, nerè ut contemptor Canonum, & fraudator Eccleſiaſticarum rerum, non ſolùm Chriſto de rebus pauperum iudicabitur reus, ſed etiam Concilio manebit obnoxius.

10. Decima actione poſcentibus monaſteriorum Patribus, pari ſententia ſtatuimus, nt cœnobia nuper condita in prouincia Bætica, ſicut & illa quæ ſunt antiqua, immobili & inconcuſſa ſtabilitate permaneant ſolidata. Si quis aũt (quod abſit) noſtrûm, uel nobis ſuccedentium ſacerdotum, quodlibet monaſteriũ aut ui cupiditatis expoliãdum, aut ſimulatione aliqua fraudis conuellendũ aut diſſoluendũ tẽtauerit, anathema effectus maneat, & à regno Dei extraneus: nec proficiat illi bonũ fidei uel operis ad ſalutem, qui tantæ & tam ſalutaris uitæ deſtruxerit tramitem. Super hoc etiam uniuerſi Bæticæ prouinciæ epiſcopi congregari, eundem ſacrilegum, cœtusq; ſui euerſorem, à communione ſuſpendant, & conuulſum monaſterium cum rebus ſuis reſtaurent: & quod impiè unus ſubuerterit, omnes reforment.

11. Vndecima actione communi conſenſu decreuimus, ut monaſteria uirginũ in prouincia Bætica, monachorum adminiſtratione ac præſidio gubernentur. Tunc enim ſalubria Chriſto dicatis uirginibns prouidemus, quando eis Patres ſpirituales eligimus: quorum non ſolùm gubernaculis tueri, ſed etiam doctrinis ædificari poſsint. Ea tamen circa monachos cautela ſeruata, ut remoti ab earum familiaritate, nec niſi uſq; ad ueſtibulum habeant accedendi familiare permiſſum. Sed neque abbati, uel ei qui præficitur, extra eam quæ præeſt, loqui uirginibus Chriſti aliquid quod ad inſtitutionem morum non pertineat, licebit. neque cum ea ſola quæ præeſt, frequenter eis loqui oportet, ſed ſub teſtimonio duarum uel trium ſororum: ita ut rara ſit acceſsio, & breuis omnino locutio. Abſit enim ut monachos (quod etiam dictu nefas eſt) Chriſti uirginibus familiares eſſe uelimus: ſed iuxta quod iuſſa Regularum uel canonum admonent, longè diſcretos atque ſeiunctos

eos,

eos, tantum earũdem gubetnaculis deputamus:conſtituentes , ut unus monachotum probatiſsimus eligatur, cuius curæ ſit,prædijs eatum ruſticis uel urbanis intendere,fabricas extruere, & ſi quid aliud eſt ad neceſſitatem monaſterij prouidere , ut Chriſti famulæ pro animæ tantum ſuæ utilitatę ſolicitæ,ſolis diuinis cultibus,operibusq́ue ſanctis inſeruiãt. Sanè is qui ab abbate præponitur,iudicio ſui epiſcopi comprobetnr. Veſtes autem illę ijſdem cœnobijs faciant,à quibus tuitionem expectaut: & ab ijſdem denuò (ut prædictum eſt) laborum fructus, & procuratiouis ſuffragium recepturæ. Si qui autem monachorum hanc ordinationẽ aut contẽpſerint,aut quslibet inertiæ diſſolutione neglexerint: ſciant, quòd eorum temeritas atque ſuperbia , excommunicationis ſir plectenda cenſura.

12 Duodecima actione ingreſſus eſt ad nos quidam ex hęreſi Acephalotum,natione Syrus(ur aſſerit ipſe) epiſcopus,duarũ in Chriſto naturarũ proprietatem abnegãs,& deitatem paſsibilem aſſerens.Cuius dum noſtris ſenſibus tauti erroris confuſio patuiſſet,prolatis illi de incarnatiõe Domini IESV CHRISTI teſtimonijs, ſanctotnmq́; Patrum ſententijs recitaris,omni eum deinde exhortatione ad ueræ fidei rectitudiuem ſacerdotali modeſtia inuitauimus. Qui ſalutatibus monitis pertinaciter pet multos diututnosq́ue conflictus tenitens,tandem gtatia diuina edoctus, cũctis cotàm aſtanribus,hæreſiu propriam abdicauit:duasq́; natutas,& unã perſonam in uno eodemq́; Domino noſtro IESV CHRISTO confeſſus eſt,ctedens impaſſibilem natutam deitatis, arq; in ſola humanitare ſuſcepiſſe infirmitates paſsionis & crucis . Conuetſus itaque , atque receptus, ſuſcepræ fidei confeſsionem cum adſtipulatione ptotulit,atq; ab omnibus ſuis erroribus pntgatus apparuit. Taliq́; pto merito gaudentes,Chriſto gratias egimus,quòd eũdem poſt prauitarem hæreſis,ad rectitudinẽ fidei diuina gratia promouiſſet: quem optamus , ut permsnens in Chriſti fide , putè ac deuotiſsimè conſeruetur.

13. Tertiadecima proſecutione breuiter narrandum putauimus,ad tefutstionem eorundem hæreticorũ, qui duas naturas Chriſti poſt unionem delitantes confundunt , & paſsibilẽ in eo diuinitatis ſubſtantiã aſſerũt. Contra quorum blsſphemias opottet nos in una perſona Chriſti,geminæ naturæ proprietatem oſtendere,paſsionemq́; eius in ſola humanitatis ſuſceptione manifeſtare:ut ſi fortè aliqui ſtultorum,huius ſententię etrore decepti ſunt, dũ iſta legerint, reſipiſcãt,rectæq́; fidei ueritatem fitmiter teneant. Nam procul dubio multi ſnnt, qui ſecundum Apoſtoli uocem prurientes auribus , à ueritate auditum auertunt,sd fabulas aurem conuertuntur. Ergo ſicut immaculata fides,& ſsncta Dei Eccleſia docet,confiremur Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM intemporaliter ex patte Deum narum, temporaliter ex utero glorioſæ uirginis Mariæ hominem editum.& ob hoc in una exiſtente perſona,duas naturas habentem : deitatis, qua ante ſecula genitus eſt: & humanitatis, in qua diebus ultimis editus eſt : in illa ſecundum formam Dei,in iſta ſecundum formam ſerui cõſiſtens:in illa patri manens æqualis, in iſta ſine peccato ſimilis noſtræ conditioni:in illa inuiolabilis , in iſta paſsibilis:In illa ex qua mori non potuit,in iſta in qua mortem ſuſcepit. Cuius geminæ naturæ diſtinctio primum ex literis Legis,deinde ex Propheticis & Euãgelicis atque Apoſtolicis depromenda eſt paginis , ut ea quæ aſſerimus, non argumenris , ſed exemplis Scripturarũ firmemus . Lex in una eademq́ue perſona Saluatoris noſtti ſic demonſtrat utramque natutam. Diuinam , Domino loquente ad Moſen:Ecce,inquir, mitto angelum meum qui præcedat te,obſerus eum,et audi uocem eius,qnia eſt nomen meum in illo.Humanã, loquente eodem Domino ad Abraham : In ſemine rno benediceutnt omnes genres . id eſt,in carne Chriſti,quę de Abrahæ ſtitpe deſcendit. Ptophetia in Pſalmis ſub una eadẽque Chriſti petſona ſic oſtendit uttamq; naturam.Diuinam, ſecundum illud: Ex utero ante luciferum genui te. Humanam,ſecundũ hoc:Et homo natus eſt in ea , & ipſe fundauit eam altiſsimus . Diuinsm, ſecundum illud:Eructauit cor meum uerbum bonum. Humanam , ſecũdum hoc:Specioſus forma ptæ filijs hominum . Ptophetia in Ptouerbijs,in nna eademq́; Chriſti perſona ſic declarat utramque naturam. Diuinam , ſecundũ illud: Ante colles genuit me. Humanã,ſecũ hoc: Dominus cteauir me in initio uiarum ſuatum.Diuinam , ſecũdum illud: Necdum ẽraut abyſsi,& ẽgo iam concepta eram . Humanam, ſecundum hoc : Sapientia ædificauit ſibi domum. coporis utique ſui templũ, in quo filius Dei inhabitaret , dnm nerbum eſt caro factum . Ptophetia in Eſaia ſub nna eademq́; Chriſti perſona ſic demonſtrar uttamque nsruram. Deitaris , ſecundũ illud: Nunquid qui alios párete facio,ipſe non pariam? dicit Dominus. Humanitatis,ſecundũ hoc: Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium.Diuiniratis,ſecundum illud : Rorate cœli deſuper , & nubes pluant iuſtũ.Humanitatis,ſecũdum hoc:Aperiatur terra,& germinet ſaluatorem , & iuſticia oriarur ſimul. Item alibi,Humanitatis ſecundum hoc: Paruulus natus eſt nobis. Diuinitatis, ſecundũ illud:

illud: Filius datus eſt nobis. Paruulus enim natus, ad ſuſceptæ humanitatis naturam pertinet, quia homo eſt factus: Filius autem datus, ad diuinitatem, quia Dei filius. Et ut oſtenderet, in utraque natura unam eſſe perſonam paruuli nati, & filij dati, adiecit: Vocabitur nomen eius Magni conſilij angelus, Deus fortis, Pater futuri ſeculi. In Euangelio quoque, in uno eodemque Chriſto, diuinæ naturæ ſignificatio: Ego & Pater unum ſumus. Humanæ naturæ inſinuatio: Pater maior me eſt. Diuinæ naturæ ſignificatio: Ego ſum uia, ueritas & uita. Humanæ naturæ inſinuatio: Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem. Diuinæ naturæ ſignificatio: Omnia per ipſum facta ſunt. Humanæ naturæ inſinuatio: Non ueni facere uoluntatem meam, ſed uoluntatem eius qui miſit me Patris. Paulus quoq; apoſtolus in uno eodemque Chriſto naturam diuinitatis exprimit, cum dicit: Primogenitus omnis creaturæ. Ipſe eſt ante omnes, & omnia in illo conſtant. Humanitatis declarat naturam, cum dicit: Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ. Et alibi: Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. Per hoc enim quod dicit, Qui cum in forma Dei eſſet, naturam in eo diuinæ maieſtatis oſtendit. Per hoc autem quod adiecit, formam ſerui accipiens, naturam humanitatis ſignificat. Et iterum: Cum eſſet, inquit, diues, pauper factus eſt, ut illius inopia nos diuites eſſemus. Vbi enim dixit, Cum eſſet diues, diuinæ naturæ gloria panditur. & ubi adiecit, Pauper factus eſt: humanæ infirmitatis ſubiectio demonſtratur, atque ſeruilis habitus aſſumptio. Item in ipſo initio Apoſtolici Symboli gemina ſic oſtenditur in uno eodemque Chriſto naturæ diſtinctio. Deitatis ex patre, cum dicit: Credo in unum Deũ, Patrem omnipotentem: & in Chriſtũ IESVM filium eius unicum, Dominum noſtrum. Humanitatis ex matre, dum adiecit: Natum de Spiritu ſancto, ex utero Mariæ uirginis. Ecce ex utroque Teſtamento duæ naturæ in Chriſto, diuinitatis una, humanitatis altera. Quæ quidem gemina unam fecit perſonam: quia unus idemque mediator Dei & hominum, homo CHRISTVS IESVS. Iam uerò de paſsione eiuſdem Saluatoris noſtri & Domini IESV CHRISTI, quam in ſola humanitate, non in deitate ſuſtinuit, ſicut ſuperius Legis & Prophetarum autoritas, Euangeliorum quoque & Apoſtolorum prædicatio adhibenda eſt. Lex de paſsione corporis Chriſti ſic dicit: Lauabit in uino ſtolam ſuam, & in ſanguine uuæ pallium ſuum. Quid hic pallium, quid ſtola, niſi caro Chriſti paſsionis ſanguine decorata? Hæc enim ſola contumelias crucis ſuſtinuit, diuinæ uerò naturæ maieſtas nihil iniuriæ ſenſit. Prophetia quoque in Pſalmis paſsionem Chriſti in carne ſola ſic aſſerit: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia oſſa mea. Vbi non deitatis, ſed tantum crucifixi corporis iniuria intelligitur. Ibi enim membrorum ſignificatione, ſola caro clauis ſuſpenſa in ligno, atque ſuffixa, pronunciatur. Sicut & in Hieremia legitur: Venite, mittamus lignum in panem eius: id eſt, crucem in corpore eius. Neque enim diuinitas ligno ſuſpendi potuit, ſed ſola humanitas in cruce ſuffixa pependit. Cuius etiam caro, tolerantiam mortis perpeſſa ſic oſtenditur alibi, dum dicitur: Caro mea requieſcet in ſpe. utique, quia ſola in Chriſto materia carnis, mortis fragilitate defuncta, ſpẽ reſurrectionis ſuæ expectabat. & ſine corruptione recepturam, dum adiecit: Nec dabis ſanctum tuum uidere corruptionem. Salomon autem in Canticis canticorum, paſsionem carnis Chriſti ſic prædicans, dicit: Manus, inquit, meæ diſtillauerunt myrrham, & digiti mei guttam. Vbi ſpecialiter oſtenditur, in manibus ac digitis ſolam carnem Chriſti infixam ſtipite. ſicut in Pſal. mo centeſimo decimooctauo legitur: Confige clauis timoris tui carnes meas. Eſaias autem Chriſtum ſola humanitate, quæ apparuit, paſsionis iniuriam ſuſcepiſſe, ita prædixit: Homo, inquit, in plaga exiſtens, & ſciens ferre infirmitates, uerè languores noſtros ipſe portauit. Quis Ipſe, niſi utique homo? Nam pati & deficere in illo natura Dei non potuit: ſed homo portauit in eo paſsionem & mortem, in quo & ipſa mors habet conditionem. Nam & cum eundem diceret uenire de Edom, tinctis ueſtibus de Boſra, adiecit: Quare rubrum eſt ueſtimentum tuum, & indumentum tuum tanquam calcantium in torculari? Quid hic per indumentum & ueſtimentum rubrum uoluit oſtendere, niſi ſolam Chriſti carnis paſsionem, crucis infectam cruore? Vnde & in ipſa paſsione chlamyde coccinea Chriſtus induitur, ut imago ſanguinis tantum in carne demonſtretur. Eſaias quoque corpus ſuum obtuliſſe Chriſtum in paſsione, ſic loquitur: Non ſum, inquit, contumax, neque contradico, corpus meum dedi percutientibus. Non dixit, diuinitatem, quæ paſsionem neſcit perferre. Et iterum: Poſui ſcapulas meas ad flagella, maxillas ad palmas. Quod & ipſum ad carnis patientiam, non ad deitatis refertur iniuriam. Et Zacharias: Videbunt, inquit, in quem confixerunt. Quem aliom, niſi indubitanter hominem,

n quem

quem Iudæi crucifixerunt,& in carne iudicantem uidebunt? Ecce pronunciata eſt paſsio cotporis Chriſti ex lege & prophetis. Cuius quidem fidei ueritas eſt tam efficax, ut eam nec tyranni ſua potuerint crudelitate confundere, nec hæreticorum ſubdola circumuentio peſſundare, nec hypocritarum diminuere fallax ſimulatio. Tranſeamus inde ad Euangelia, ibi quæramus Chriſtum filium Dei in ſola carne portaſſe ualetudines paſsionis, & iniuriam crucis, loquente ipſo diſcipulis: Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & conſummabuntur omnia quæ ſcripta ſunt per prophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conſpuetur: & poſtquam flagellauerint, occident eum, & die tertio reſurget. Quod totum in Chriſto ſecundum hominem dictum, non ad ſubſtantiam deitatis, ſed ad naturam pertinet carnis. Quòd etiam in ſequentibus docetur, Iudæis dicentibus Chriſto: Quod ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis? Et dixit Ieſus: Soluite templum hoc, & poſt triduum ſubſcitabo illud. Hoc autem dixit de templo corporis ſui. Nam & in paſsione ſua, dum corripiens proditorem diceret: Iuda, oſculo filium hominis tradis: quem tradere proditorem ſignificat, niſi hominem, quem & comprehenderunt? non deitatem, quam cæcati petfidia agnoſcere non potuerunt. Beatus autem apoſtolus Paulus Chriſtum in homine ſolum pertuliſſe crucem, ſic aſſerit: Vt homo, inquit, humiliauit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Qui proinde dixit, Vt homo: ut nuncupatione hominis, diſtinctio naturæ inſinuaretur paſsibilis. Quod confirmans aliàs ait: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? qui in uobis non infirmatur, ſed potens eſt in uobis. Nam etſi crucifixus eſt ex infirmitate noſtra, ſed uiuit ex uirtute Dei. Paſſus eſt ergo Chriſtus, & mortuus, ſed ex noſtra infirmitate. Viuit autem impaſsibilis & immortalis, ſed ex ſua uirtute: quæ tanta eſt, ut in ſe nec paſsionem recipiat, nec mortem admittat. Petrus quoque apoſtolus, princeps Apoſtolorum, Chriſti ſupplicium ſic prædicat, in ſolo corpore conſummatum: Qui peccata, inquit, noſtra pertulit in corpore ſuo, ſuper lignum, ut peccatis mortui, iuſticiæ uiuamus: cuius liuore ſanati ſumus. Et paulo pòſt: Chriſto igitur paſſo in carne. Ergo ſi Chriſtus in carne paſſus eſt, non ſecundum Deum, ſed ſecundum hominem crucifixus eſt. Ecce perpatuit de filio Dei, quòd paſſus eſt, quòd mortuus eſt, corporis hoc tantum fuiſſe, non deitatis. Aliena ſunt enim iſta à Deo, teſtante Propheta de illo: Deus ſempiternus, Dominus creans fines terræ, non laborabit, neq; deficiet. Et in Pſalmo: Tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient. Omnes enim in Chriſto infirmitates humanitas ſola portauit. Caro enim habuit uagitus infantiæ, non diuinitas. Caro eſt pannis inuoluta, non deitas. Caro habuit alimenta, caro portauit ætatum commercia. Nam & quòd fatigatus eſt, quòd eſurijt, quòd dormiuit, quòd fleuit, quòd paſsioni proximus triſtis fuit, quòd poſtremò ipſam paſsionem & mortis conditionem ſuſtinuit, totum hoc ad infirmitatem pertinet humanitatis, non ad incomprehenſibilem ſubſtantiam deitatis. Vnus eſt enim Chriſtus, Deus & homo, caro & uerbum: ſed unde Deus, inde babet immòttalitatem: unde homo, inde pertulit paſsionem. Et unde caro, inde mortuus: & unde uerbum, inde æternus. Neque enim poteſt eſſe deitate paſsibilis, qui eſt uirtute paternæ gloriæ naturæ æqualis. Vnde & patri derogatur, dum natura deitatis in filio paſsibilis creditur. Nam ſi una patris & filij ſubſtantia eſt, utique ſicut pater, ita & filius immortalis eſt. Etſi, ego & Pater unum ſumus: ſicut in Patre non eſt mors, ita nec in Dei filio mors. Et ſi uerum eſt, Omnia quæ pater babet, mea ſunt: ergo immortalitas patris, cum filio communis eſt. Nam quod ait Apoſtolus de inſidelium ignorantia: Si eum cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifixiſſent: non quaſi Dominus gloriæ ſit crucifixus, ut natura deitatis uideatur eſſe paſsibilis, ſed quia unus in utraque natura eſt Chriſtus, ſecundum aſſumpti hominis formam Dominus gloriæ dicitur paſſus. ſicut econtrariò eſt illud: Nemo aſcendit in cœlum, niſi qui deſcendit de cœlo, filius hominis. dum de cœlo non deſcendiſſet, niſi tantum Dei filius, nondum idem factus filius hominis. Propter perſonæ ergo unitatem, & ad hominem referuntur in Chriſto, quæ Dei propria ſunt: & diuinitati aſſcribũtur, quæ hominis ſunt. Et ideo dum pati & mori dicitur, non eſt deitatis, ſed carnis proprium: ſic tamen propter unitatem perſonæ ipſe Deus & natus ex uirgine, & paſſus & mortuus prædicatur, ſed infirmitate carnis noſtræ, non uirtute diuinitatis ſuæ. Quod uerò idẽ Apoſtolus ait: Si enim, cũ inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortẽ filij eius: ſic dicitur Dei filius mortuus, ſicut dicitur de martyribus paſsis ac mortuis, quorũ tamẽ nõ ſunt animę occiſę in corporis paſsione, ore ueritatis teſtãte: Nolite timere eos q occidũt corpus, animã sũt nõ poſſunt occidere. Vbi agnoſci

oportec

oportet, ſi animę martyrum corpure perempto ſupplicijs extingui nun puſſunt: Deus qui conditur eſt animarũ, quumodu per crucem catnis pati potuit exitiũ murtis? Quod etiam alibi apertius declaratur, eodem filio Dei loquẽte: Puteſtatem habeu punendi animá meá, & poteſtatem habeo iterũ ſumendi eá. Quod ſi ipſa Deitas mortua extitit, quęro quis animam ipſius reſumpſit? Stultũ eſt ergo, crucis paſsionẽ diuinæ applicare naturæ, ſed tantũ creabili & humanæ. Sula enim caro crucis exitiũ ſenſit, ſula caro lanceam pertulit, ſula caro ſanguine & aqua manauit. Ipſa ſula mortua, ipſa ſula in ſepulchru poſita, ipſa ſula tertia die reſuſcitata: quæ etiam glurificata cœlus adijt, in qua & uenturus eſt iudicare in gluria Patris, iudicaturus de uiuis & murtuis. Prulatis ergo nuui ac ueteris Teſtamẽti teſtimunijs, in quibus duæ naturæ Chriſti patefactæ ſunt, in una ſubſiſtentes perſona, in quibus & paſsio eius apparuit, in humine ſula expleta, deinde upurtuit ſententias ſubnecti ſanctorum Patrum, qui in Sacris literis ingenti gloria refulſerunt: ut etiam eurum tradirione perpateat, quia Dominus nuſter IESVS CHRISTVS, ex duabus naturis & una perſuna ſubſiſtit, & quia mortem & paſsionem iu ſola carne ſuſcepit. Sanctus ergo Hilarius in explanatiune epiſtolæ ad Timutheum, ſic loquitur: Nam & cum dicit Scriptura, Humo Chriſtus: & eum dicit, Chriſtus murtuus eſt: & cum dicit, Verbum catu factum eſt, nun eſt ſpuliandus per fraudulentiam legentis expoſitiunibus ſuis ſermu. Nam ubi humu Chriſtus eſt, præcedit mediatur Dei atque huminum: ut ex utroque, Deu & homine, unus ſubſiſtat, ſitque inter Deum & huminem medius, confeſsiune in ſe utriuſque naturæ. Vbi uerò Chriſtus murtuus eſt, ſubijcitur: Qui reſurrexit, qui eſt in dextera Dei. In murte eius, carnis nuſtræ infirmitas eſt: in reſurrectiune, uirtus eius: in conſeſſu Dei dignitas. Sanctus quoque Ambruſius in expuſitiune Euangelij ſecundum Lucam, ſic aſſerit: Nun enim ſuam, ſed nuſtram crucem Chriſtus aſcendit: nec murs illa diuinitatis, ſed quaſi huminis fuit. Et paulu pòſt: Etenim Chriſtus umnia, & in Chriſto omnia, licet in ſingulis Chriſtus operetur, caro tamen muritur, ut reſurgat. Item in eudem libro, expunens inter alia dicit: Triſtis eſt anima mea. Et alibi: Nunc anima mea turbata eſt ualde. Nuu ergu ſuſcipiens, ſed ſuſcepta turbatur. Anima enim ubnuxia paſsionibus, diuinitas libera. Etenim ſpiritus pruмptus, caro autem infirma. Triſtis autem nun ipſe eſt, ſed anima. Nun eſt triſtis ſapientia, nun diuina ſubſtantia, ſed anima. Suſcepit corpus meum: nun me fefellit, ut aliud eſſet, & aliud uideretur. Sanctus Athanaſius in Tractatu quem ſcripſit de Chriſti natiuitate, ſic dicit: In hoc ſit ergo, fratres charißimi, fides nuſtra, in hoc tota ſalus & uita cunſiſtat, ut credamus, Deum Dei filium primùm ante omnia ſecula à Deo patre inuiſibiliter genitum: deinde à Maria uirgine ſecundum huminem natum, ſecundum hunc hominem paſſum, murtuum, ſepultum, reſurrexiſſe ab inferis, aſcendiſſe in cœlum. Item idem in expuſitiune fidei: Verbum, inquit, naſcitur de Maria uirgine, accipiens curpus animale: ſed neque ſermo cumprehenſus eſt carne, ſed in carne, & ſupra carnem: & ſicut Deus præſcius, ita Dei uirtus, Dei ueritas. Paſſus autem humana carne, ſed ſermu Dei impaſsibilis eſt. In paſſiune quidem moritur homu, ut uiuificaret prutoplaſtum, qui ceciderat per inubedientiam. Sanctus Gregorius ſcribens ad Celidonium, dicit: Naturæ enim duæ in Chriſto, Deus & homu: nun autem duo filij, nec dij duu. Item idem in ſermune de filiu: Vno autem, inquit, capitulu muneo, ut altiora quidem aſſcribas diuinitati, & illi naturæ quæ paſsiunibus & curpure probatur eſſe ſuperior: humiliura autem naturæ humanæ attribuas, quæ ex parte infirmitatis noſtræ aſſumpta eſt. Idem ipſe in quarto libru contra Eunumium: Et ne aliquis incorrupribili naturæ deitatis crucem paſsionis applicet, per alia manifeſtius talem emendat errurem, mediaturem ipſum Dei & hominum, & Deum ipſum numinans, ut cum duu denuò dicantur, congruum intelligatur circa utrunque: circa deitatem quidem impaſsibilitas, circa humanitatem autem diſpenſatiu paſsionis. Sanctus quoque Baſilius, in quarto libro cuntra Eunomium, ita ſcribit: Quid eſt, Duminus creauit me, & ante omnes cullles genuit me? Vbi intelligendum eſt huc quod dicit, Genuit, de Dei filiu. Huc autem quud dicit, Creauit, de ea parte, qua in forma ſerui eſt, ut utramque naturam in una perſona oſtenderet. Sanctus Cyrillus in prima ad Succeſſum epiſtula dicit: Ergu quátum quidem ad intellectum pertinet, & ad fidem, tantuudem uculis animæ, quemadmudum incarnatus eſt unigenitus, duas naturas eſſe dicimus: unum autem filium, & Chriſtum & Duminum, Deum uerbum incarnatum, & Deum factum cunfitemur. Item in ſecũda ad eundem Succeſſum epiſtula ſic ait: Cum unus, inquit, ſit, & ſolus filius Chriſtus, idem ipſe Deus & homu, ſicut in deitate perfectus, ita & in humanitate perfectus. Nõ autem ipſum unigenitum filium Dei, ſecũdum quod intelligitur & eſt filius

Dei, paſſum eſſe in ſua natura dicemus. Oportet enim neceſſariò utraque ſeruati uni & uero filio, & non pati ſecundum deitatem, & dici, paſſum eſſe eundem ſecundum humanitatem. Ipſius enim paſſa eſt caro. Item in expoſitione Leuitici, inter alia: Totum in his igitor circumſpice Saluatoris noſtri myſterium, & emundationem, quæ per ſanctum baptiſma fit. Duas enim auiculas ſumi iubetur, uiuas & mundas: ut intelligas per uolatilia, cœleſtem hominem ſimul & Deum in duabus naturis, quantum pertinet ad rationem, diuidendum, unicuique conuenientem. Item ſanctus Auguſtinus: Neque enim illa ſuſceptione alterum eorum in alterum conuerſum atque mutatum eſt. Nec diuinitas quippe in creaturam mutata eſt, ot deſiſteret eſſe diuinitas: nec creatuta in diuinitatem, ut deſiſteret eſſe creatura. Nam ſi ſubſtantia hominis (quod abſit credere) in diuinitatem conuerſa eſt, augmentauit aliquid deitatis. Sed abſit, ut augmentum recipiat ineffabilis & incomprehenſibilis plenitudo. Manet ergo utraque filij Dei natura, & una perſona. Rurſus ipſe aduerſus Maximinū: Si ergo attendas diſtinctiones naturarum, filius Dei de cœlo deſcendit, filius hominis crucifixus eſt. Si onitatem perſonæ, & filius hominia da cœlo deſcendit, & filius hominis crucifixus eſt in terra. Idem in ſequentibus: Oportet Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis die tertia. Vbi reſurgit, niſi in eo quòd potuit cadere? Vbi reſurrexit, niſi in eo ubi mortuus? Quære mortem, in uerbo nunquam eſſe potuit. Quære mortem in anima, nunquam ibi fuit. Quære mortem in carne, planè ibi fuit. Et ideo ibi fuit, quia mors uera fuit. Et paulo pòſt: Quid miraris? Certè uita eſt Chriſtus. Quare mortua eſt uita? Nec anima mortua eſt, nec uerbum mortuum eſt: caro tantum mortua eſt. Quare? ut in ea mors moreretur. Idem in expoſitione Iohannis euangeliſtæ: Quis rogo eſt, per quem factus eſt mundus? Chriſtus Ieſos, ſed in forma Dei. Quis eſt ſub Pontio Pilato crucifixus? Idem ipſe Ieſus Chriſtus, ſed in forma ſerui. Beatus quoque Leo, Apoſtolicæ ſedis antiſtes, in ſua epiſtola quam ſcripſit ad Flauianum Conſtantinopolitanum epiſcopum, ſic ait: Salua ergo proprietate utriuſque naturæ, & in unam coeunte perſonam, ſuſcepta eſt à maieſtate humilitas, à uirtute infirmitas, ab æternitate mortalitas. Et ad reſoluendum conditionis noſtrę debitum, inuiolabilis natura eſt unita oaturæ paſsibili, ut quod noſtris remedijs congruebat, unus atq; idem mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus, & mori poſſet ex uno, & mori non poſſet ex altero. In integra ergo ueri hominis perfectaque natura, uerus natus eſt Deus, totus in ſuis, totus in noſtris. Et paulo pòſt: Qui manens in forma Dei fecit hominem, idem in forma ſerui factus eſt homo. Tenet enim ſine defectu proprietatem ſuam utraque natura. Et ſicut forma ſerui, Dei formam non ademit: ita forma Dei, formam ſerui non minuit. Item paulo pòſt: Agit enim utraque forma cum alterius communione, quod proprium eſt, uerbo ſcilicet operante quod uerbi eſt: & carne exequente quod carnis eſt. Vnum horum coruſcat miraculis, aliud ſuccumbit ioiurijs. Et ſicut uerbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recedit, ita caro naturam noſtri generis non relinquit. Sanctus quoque Fulgentius in libro quem de incarnatione Domini noſtri IESV CHRISTI ſcripſit, inter alia ſic intulit: Dico itaque uobis, iuxta ſanctorum Patrum traditionem Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM in duabus naturis inconfuſis, id eſt diuinitatis & humanitatis, unam perſonam, ſiue ſubſtantiam confiteri. Idem poſt alia: Si quis ergo in Domino noſtro IESV CHRISTO, aut duas naturas, aut unam noluerit ſiue dubitauerit credere aut prædicare perſonam: uel ſi quis noluerit confiteri eundem Deum atque hominem, id eſt uerbum incarnatum de Maria uirgine, pro noſtra ſalute ueraciter natum: tantum à catholica fide deprehenditur ac demonſtratur extraneus, ut ſacramento redemptionis humanæ reſiſtat ingratus. Et paulo pòſt: Verbum caro factum, unus & plenus eſt Chriſtus, unus ex utraque & in utraque, id eſt, in humana diuinaque natura: in quo ſic utriuſque naturæ prorſus unitio glorioſa perſiſtit, ut ſiue diuinitati Chriſti humanitatem quis demat, ſiue humanitati diuinitatem detrahat, Chriſtum ſacrilega infidelitate & blaſphema prædicatione diſſoluat. Item paulo pòſt: Chriſtus pro nobis carne eſt paſſus, qui à Deo Patre natus ſolus eſt impaſsibilis Deus. Ipſum itaque Chriſtum filium Dei pro nobis mortem carne guſtaſſe, ſalua immortalitate diuinitatis eius, ueraciter credimus. Itē poſt hoc: Quia non eſt alter Deus, alter homo, ſed idem unus eſt Chriſtus, Deus & homo: profectò idem Deus Chriſtus, qui & mortem ſuam carne ſuſcepit: & idem homo Chriſtus eſt, qui mortem ſuam diuinitate deſtruxit. Idem quippe Chriſtus Dei filius, qui diuinitate mori non potuit, carne mortuus eſt, quam mortalem Deus immortalis accepit: & ideo Chriſtus Dei filius carne mortuus reſurrexit, quia immortalitatem ſuæ diuinitatis, carne mortuus non amiſit. Hinc eſt

quòd

quòd etism poſt reſurrectionem ſuam, ſicut in cicarricibus ueris, & in uera comeſtione piſcis & mellis, ſoliditarem in ſe ueræ carnis edocuir: ita clauſis foribus ingrediens, ueram in ſe uirtutem ſempirernæ diuinitatis oſtendit, ut agnoſceretur & naturalis fuiſſe Chriſti morientis infirmitas, & eidem reſurgenti naturalis ineſſe maieſtas. Hæc quidem quæ tam diuinæ Scripruræ, quàm etiam ſanctorum Patrum eloquia docuerũt, decreris noſtris breuiter inſerta protulimus, demonſtrantes geminam carnis & deitatis naturam in una Domini & ſaluatoris noſtri perſons: paſſum quoque eundem in ea natura quę corporis eſt, non paſſum in ea natura quæ deitaris eſt. His ergo cõcordi ſentẽtia in tribus ſecretarijs definitis, pro cõfirmatione ſui propriam ſubſcriptionem ſubiecimus. Iſidorus, in Chriſti nomine Ecclesiæ Hiſpalenſis epiſcopus, ſubſcripſi. Biſinnus, in Chriſti nomine eccleſiæ Eliberitanæ epiſcopus, ſubſcripſi. Rufinus, in Chriſti nomine eccleſię Aſindonenſis epiſcopus, ſubſcripſi. Cambra, in Chriſti nomine eccleſiæ Italicenſis epiſcopus, ſubſcripſi. Fidentius, in Chriſti nomine eccleſiæ Tuccitanæ epiſcopus, ſubſcripſi. Theodulphus, in Chriſti nomine eccleſiæ Malacitanæ epiſcopus, ſubſcripſi. Honorius, in Chriſti nomine eccleſię Cordubenſis epiſcopus, ſubſcripſi.

SYNODVS SVB HEracleona.

SYNODVS TOLETANA QVARta numero, *reſpectu ſuperiorum, tempore Siſenandi.*

REgnante Heraclio, ut aliq ſcribunt: uel Heracleone ut, Regino libro primo habet: in Hiſpanis quartum Toletanum Concilium celebrarnt, anno tertio regis Siſenandi, Domini uerò 639.

Occaſionem præbuit diuerſitas ceremoniarũ, & diſciplina Eccleſiaſtica & politica in regno Hiſpaniæ.

A rege autem Siſenando conuocari Hiſpanię & Galliciæ ſacerdotes, circiter ſeptuaginta & ultrà, ad urbem Toletanam conueniunt, in baſilica Leocadiæ. Iohannes Magnus libro decimoſexto, capite decimoſeptimo Gothicæ hiſtoriæ, Eugenium narrat præſediſſe, cuius tamen nomen in ſubſcriptione decretorum non annotatur in ſecundo Tomo Conciliorum: ſed Iſidori, & aliorum.

Rex Siſenandus cum magnificis & nobilibus uiris ingreſſus primùm coram ſacerdotibus Dei, humi proſtratus, expetit eorũ pro ſeſe preces. Deinde Patres exhortatur, ut iuxta Canones maiorũ iura Eccleſiaſtica repetant, & confirment: & ea quæ tum in ſacramentorum adminiſtratione, tum in morib. minus rectè fiant, corrigant & emendent.

Synodus ergo initiò edit confeſsionem fidei, & poſtea de alijs rebus Canones condit, in hunc modum.

1. Secundum diuinas Scripturas, & doctrinã quam à ſanctis Patribus accepimus, Patrẽ & Filiũ & Spiritum ſanctum unius Deitatis atq; ſubſtantię cõfitemur, in perſonarum diuerſitate Trinitatẽ credentes, in diuinitate unitatem prędicantes: nec perſonas confundimus, nec ſubſtantiã ſeparamus. Patrem à nullo factũ uel genitũ dicimus: Filium à patre nõ factum, ſed genitũ aſſerimus: Spiritũ uerò ſanctum nec creatum, nec genitum, ſed procedentem ex Patre & Filio profitemur. Ipſum autẽ Dominũ IESVM CHRISTVM, Dei filium, & creatorem omnium, ex ſubſtantia Patris ante ſecula genitũ, deſcendiſſe ultimo tempore pro redemptione mũdi à patre, qui nũquam deſinit eſſe cum patre. Incarnatus eſt enim ex Spiritu ſancto, & glorioſa ſancta Dei genitricẽ uirgine Maria, & natꝰ ex ipſa, ſolus idẽ Dominus IESVS Chriſtus, unus in ſancta Trinitate, anima & carne pfectus, ſine peccato ſuſcipiẽs hominẽ, manens quod erat, aſſumens quod non erat: æqualis Patri ſecũdum diuinitatem, minor patre ſecundũ humanitatem, habens in una perſona duarum naturarum proprietatem. Naturę enim in illo duæ, Deus & homo. Non autem duo filij, & dij duo, ſed idem una perſona in utraque natura, perferens paſsionem & mortem pro noſtra ſalute, non in uirtute diuinitatis, ſed in infirmitate humanitatis. Deſcẽdit ad inferos, ut ſanctos qui ibi tenebantur, erueret: & deuicto mortis imperio reſurrexit. Aſſumptus deinde in cœlos, uenturus eſt in futurum ad iudicium uiuorum & mortuorum. Cuius morte & ſanguine mundati, remiſsionem peccatorum conſecuti ſumus, reſuſcitandi ab eo in die nouiſsima, in ea qua nunc uiuimus carne: & in ea qua reſurrexit idem Dominus, forma, percepturi ab ipſo, alij pro iuſticiæ meritis uitam æternam, alij pro peccatis ſupplicij æterni ſententiam. Hæc eſt Eccleſiæ catholicæ fides. Hanc confeſsionẽ ſeruamus atq; tenemus: quam quiſquis firmiſsimè cuſtodierit, perpetuam ſalutem habebit.

2. Poſt rectæ fidei confeſsionẽ, quæ in ſancta Dei Eccleſia prædicatur, placuit omnes ſacerdotes, qui catholicæ fidei unitate complectimur, ut nihil ultrà diuerſum aut diſſonum in Eccleſiaſticis ſacramentis agamus, ne quælibet noſtra diuerſitas apud ignoros ſeu carnales ſchiſmaticis errorem uideatur oſtendere, & multis extet in ſcandalum uarietas Eccleſiarum. Vnus ergo ordo orandi atq; pſallendi à nobis per omnem Hiſpaniã

atq; Galliciam conſeruetur, unus modus in Miſſarū ſolennitatibus, unus in ueſpertinis officijs:nec diuerſa ſit ultrà in nobis Eccleſiaſtica conſuetudo, quia in una fide continemur,& regno. Hoc enim & antiqui Canones decreuerunt,ut unaquæque prouincia & pſallendi & miniſtrandi parem conſuetudinem teneat.

3 Nulla penè res,diſciplinę mores ab Eccleſia Chriſti magis depulit,quàm ſacerdotū negligētia:qui contēptis Canonibus,ad corrigendos Eccleſiaſticos mores Synodū facere negligūt.Ob hoc à nobis uniuerſaliter definitū eſt, ut quia iuxta Patrū antiqua decreta bis in anno difficultas tēporis fieri Conciliū nō ſinit,ſaltem uel ſemel à nobis celebretur: ita tamē,ut ſi fidei cauſa eſt,aut quęlibet alia Eccleſiæ cōmunis, generalis totius Hiſpaniæ & Galliciæ Synodus cōuocetur. Si uerò nec de fide,nec de cōmuni Eccleſię utilitate tractabitur,ſpeciale erit Cōcilium, prout uniuſcuiuſq; prouinciæ metropolitanus elegerit,peragendū eſſe. Omnes aūt qui cauſas aduerſus epiſcopos ac iudices ac potentes, aut contra quoslibet alios habere noſcūtur, ad idem Concilium concurrant: & quæcunque examine Synodali à quibuslibet prauè uſurpata inueniūtur,regij executoris inſtantia iuſtiſsimè his quibus iura ſunt, reformētur:ita ut pro compellendis iudicibus, uel ſecularibus uiris ad Synodum,metropolitani ſtudio quidam executor à principe poſtuletur. Quintadecima autem Calendarum Iuniarum congreganda eſt in unaquaq; prouincia Synodus, propter uernale tempus, quãdo herbis terra ueſtitur,& pabula gemminum inueniuntur. Hora itaq; diei prima ante ſolis ortum,eijciantur oēs ab Eccleſia:obſeratisq́; foribus cunctis ad unā ianuam,per quam ſacerdotes ingredi oportet, oſtiarij ſtent.Et conuenientes omnes epiſcopi, pariter introeant, & ſecundum ordinationis ſuæ tempora reſideant.Poſt ingreſſum omnium epiſcoporū,atq; conſeſſum, uocentur deinde presbyteri,quos cauſa probauerit introire: nullus ſe inter eos ingerat diaconorum. Poſt hos ingrediantur diaconi probabiles,quos ordo popoſcerit intereſſe.Et corona facta de ſedibus epiſcoporum, presbyteri à tergo eorum reſideant,diaconi in conſpectu eorum ſtent. Deinde ingrediantur laici,qui electioni Concilij intereſſe meruerint.Ingrediantur quoq; & notarij, quos ad recitandum uel excipiendum ordo requirit.Et obſerentur ianuæ. Sedentibusq́ue in diuturno ſilentio ſacerdotibus, & cor tantum habentibus ad Deum,dicat archidiaconus: Orate. Statimq́; omnes in terram proſternentur,& orantibus diutius tacitè cum fletibus atque gemitibus,tunc unus ex epiſcopis ſenioribus ſurgens,orationem palàm ad Dominū fundat, cunctis adhuc in terra iacentibus.Finita autem oratione,& reſpōſo ab omnibus Amen,rurſus archidiaconus dicat:Erigite uos. Et confeſtim omnes ſurgant,& cum timore omni & diſciplina,tam epiſcopi quàm presbyteri ſedeant. Sicque omnibus in ſuis locis in ſilentio conſidentibus,diaconus alba indutus,codicem Canonum in medio proferens,capitula de Concilijs agendis pronunciet.Finitisq́; titulis,metropolitanus epiſcopus Conciliū alloquatur,dicens:Ecce,ſanctiſsimi ſacerdotes, recitatæ ſunt ex Canonibus priſcorū Patrū ſententiæ de Cōcilio celebrando. Si qua ergo quempiā ueſtrūm actio cōmouet, corā ſuis fratribus proponat. Tūc ſi aliquis quācunq; querelā,quę contra Canonē agit,in audientiā ſacerdotalē protulerit, nō prius ad aliud transeatur Capitulum, niſi primùm quę propoſita eſt actio terminetur.Nā etſi presbyter aliquis, aut diaconus, uel clericus ſiue laicus,de his qui foris ſteterint, Cōcilium pro qualibet re crediderit appellandū, Eccleſiæ metropolitanę archidiacono cauſam ſuā intimet,& ille Cōcilio denunciet. Et tunc illi & introeundi & proponendi licentia concedatur. Nullus autem epiſcoporum à cœtu communi ſecedat, antequam hora generalis ſeceſsionis adueniat. Concilium quoque nullus ſoluere audeat, niſi fuerint cuncta determinata: ita ut quæcunq; deliberatione communi finiuntur,epiſcoporum ſingulorū manibus ſubſcribantur. Tunc enim Deus ſuorum ſacerdotum Concilio intereſſe credendus eſt, ſi tumultu omni abiecto, ſollicitè atque tranquillè Eccleſiaſtica negocia terminentur.

4. Solet in Hiſpanijs de ſolennitate Paſchali uarietas exiſtere prædicationis. Diuerſa enim obſeruantia laterculorum Paſchalis feſtiuitatis, interdum errorem parturit. Proinde placuit,ut ante tres menſes Epiphaniorum metropolitani ſacerdotes literis ſe inuicem inquirant,ut communi ſcientia docti,diem reſurrectionis Chriſti cum prouincialibus ſuis inſinuent, & uno tempore celebrandum annuncient.

5. De Baptiſmi autem ſacramento, propter quod in Hiſpanijs quidam ſacerdotes trinam,ſimplam quidam merſionem faciunt, à nonnullis ſchiſma eſſe conſpicitur, & unitas fidei ſcindi uidetur. Nam dum partes diuerſæ in baptizandis aliqua contrario modo agunt, ab alijs non baptizatos eſſe contendunt. Proinde quid à nobis in ſacramenti diuerſitate faciendum ſit, Apoſtolicæ ſedis informemur præceptis:nō noſtram, ſed paternam inſtitutionem ſequentes. Beatæ ergo memoriæ Gregorius, Roma-

Romanæ eccleſiæ pontifex, qui non ſolùm partes Italiæ illuſtrauit, ſed & longè exiſtentes eccleſias ſua doctrina perdocuit, efflagitante ſanctiſsimo Leandro epiſcopo, de hac Hiſpaniæ diuerſitate, quid potius eſſet ſequendum, quam ipſi ſenſiſtis: quia in una ſide nihil offecit ſanctæ Eccleſię, conſuetudo diuerſá. Nos aũt quòd tertiò immergimus, triduanæ ſepulturæ ſacramenta ſignamus: ut dum tertiò infans ab aquis educitur, reſurrectio triduani temporis exprimatur. Quòd ſi quis fortè etiam pro ſummæ Trinitatis ueneratiõe exiſtimet fieri, neq; ad hoc aliquid obſiſtit, baptizandum ſemel in aquas mergere: quia dum in tribus ſubſiſtentijs una ſubſtantia eſt, reprehenſibile eſſe nullatenus poteſt, infantem in baptiſmate in aquã uel ter uel ſemel mergere, quando & in tribus merſionibus perſonarum trinitas, & in una poteſt diuinitatis ſingularitas deſignari. Sed ſi huc uſque ab hæreticis infans in baptiſmate tertiò mergebatur, faciendum apud uos eſſe non cenſeo, ne dum merſiones numerant, diuinitatem diuidant: dumque quod faciebant faciunt, morem ueſtrum ſe feciſſe glorientur. Quapropter quia de utroq; ſacraméto, quod fit in ſancto baptiſmo, à tãto uiro reddita eſt ratio, quod utrũq; rectum, utrũque irreprehenſibile in ſancta Dei Eccleſia habeatur: propter uitandum autem ſchiſmatis ſcandalum, uel hæretici dogmatis uſum, ſimplam teneamus baptiſmi merſionem, ne uideantur apud nos, qui tertiò mergunt, hæreticorum approbare aſſertionem, dum ſequuntur & morem. Et ne fortè cuiquam ſit dubium huius ſimpli myſterium ſacramenti, uideat in eo mortẽ & reſurrectionẽ Chriſti ſignificari. Nam in aquis merſio, quaſi ad infernum deſcenſio eſt: & rurſus ab aquis emerſio, reſurrectio eſt. Itẽ uideat in eo unitatẽ diuinitatis, & trinitatẽ perſonarũ oſtendi. unitatem, dũ ſemel mergimus: trinitatem, dum in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti baptizamus. Panditur huius ſingularis baptiſmi myſterium etiam Scripturarũ ſanctarum exemplis, Paulo apoſtolo atteſtante: Nolo uos ignorare fratres, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerũt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moſe baptizati ſunt in nube & in mari. Mare quippe rubrum ſignificat baptiſmum, Chriſti ſanguine conſecratum, per quod populus Dei ſub columna ignis & nubis ſemel tranſijt: ubi tamen tota erat Trinitas, præcedente populum columna ignis & nubis. In igne quippe ſignificatur Pater, in columna Filius, in nube Spiritus ſanctus. Iordanis quoque fluenta, cum arca populus Dei ſemel tranſijt: per quod ſignificatur ſimpla merſio baptiſmatis, cuius ſacramento Eccleſia abluitur, & de ſeculi huius laboribus per baptiſmum, quaſi per Iordanem, ad terram cœleſtis repromiſsionis ingreditur. De Conſec. diſtinctione quarta, De trina merſione. Item De conſecratione diſtinctione quarta, propter uitandum. Et in dec. Iuonis lib. 1.

6. Comperimus, quòd per nonnullas Eccleſias in die ſextæ feriæ paſsionis Domini, clauſis baſilicarum foribus, non celebratur officium, nec paſsio Domini populis prædicatur, dum idem Saluator noſter Apoſtolis ſuis præcepit, dicẽs: Paſsionẽ, & mortem & reſurrectionem meam omnibus prædicate. Ideoque oportet eodem die myſterium crucis, quod ipſe Dominus cunctis annunciandum uoluit prædicari, atque indulgentiam criminum, clara uoce omnem populum præſtolari, ut pœnitentiæ compunctione mundati, uenerabile feſtum Dominicæ reſurrectionis, remiſsis iniquitatibus ſuſcipere mereamur, corporisque eius & ſanguinis ſacramentum mundi à peccato ſumamus.

7. Quidam in die eiuſdem paſsionis Dominicæ ab hora nona ieiunium ſoluunt, conuiuijs abutuntur: & dum ſol ipſe eadem die tenebris palliatus, lumen ſubduxerit, ipſaq; elementa turbata, mœſticiam totius mundi oſtenderint: illi ieiunium tanti diei pollunt, epulisque inſeruiunt. Et quia totum eundẽ diem uniuerſalis Eccleſia propter paſsionẽ Domini in mœrore & abſtinentia peragit; quicunque in eo ieiunium, pręter paruulos, ſenes & languidos, ante peractas indulgentiæ preces ſoluerit, à Paſchali gaudio depellatur: nec in eo ſacramentum corporis et ſanguinis Domini percipiat, qui diem paſsionis eius per abſtinentiam non honorauit.

8. Lucerna & cereus infra uigilias apud quaſdam Eccleſias nõ benedicitur: & à nobis cur benedicatur, inquirunt. Propter glorioſum enim noctis ipſius ſacramentum, hęc ſolenniter benedicimus, ut ſacrę reſurrectionis Chriſti myſteriũ, quod tẽpore huius noctis uotiuè aduenit, benedictiõe ſanctificati luminis ſuſcipiamus. Et quia hęc obſeruatio per multarum loca terrarum, regionesq; Hiſpanię, in eccleſijs commendatur: dignum eſt propter unitatem pacis, ut in Gallicianis eccleſijs conſeruetur. Nulli autem impune erit, qui hæc contempſerit: ſed Patrum regulis ſubiacebit.

9. Nõnulli ſacerdotum in Hiſpanijs reperiũtur, qui Dominicá orationem, quam Saluator noſter docuit & præcepit, non quotidie, ſed tantũ die Dominica dicant. Et quia ſine intermiſsione ut oremus, Apoſtolus docuit: qualiter aũt oremus, Chriſtus præcepit dicens, Cũ aũt oratis, dicite, Pater noſter

qui es in cœlis, &c. Quomodo ergo quotidie non dicitur, qood ſine intermiſsioue dici iubetur? Nam in tantum quoridie hæc oratio dicenda eſt, ut etiam ipſo titulo utatur: nā uocatur Oratio quotidiana. Sic eam ſancti Patres nuncupauetont: quod etiam apud doctores, quotum illuſtris doctrina eſt, inuenitur. Sanctns quoq; Cyprianus dicit: Itaq; in oratione Domioica panem noſtrū, id eſt Chriſtum, dari uobis quotidie petimus: ut qui io Chriſto manemus & uiuimus, à ſanctificatione & corpote eius non recedamus. Sanctus Hilarius dicit: Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Quid enim tam uult Deus, quàm ut quotidie Chriſtus habitet in nobis, qui eſt panis uitæ, & panis è cœlo? Et quia quotidiana oratio eſt, quotidie quoq; ut detur, oratur. Saoctus Auguſtinus dicit: De quotidiauis autem breuibus leuibusq; peccatis, ſine quibus uita hæc non ducitur, quotidiana orario fidelium ſatiſfacit. Eorum eſt enim dicere, Pater noſter qui es in cœlis, qui iam Patri regeuerati ſunt ex aqua & Spiritu ſancto. Delet ergo hæc quotidiana oratio miuima & quotidiana peccata: delet & illa, à quibus uita fidelium etiam ſcelleratè geſta, pœnitendo in melius mutata diſcedit. Ergo ſicut Chriſtus præcipit, ſicut Apoſtolus monuit, & quemadmodū doctotes Eccleſiaſtici inſtitucrūt, quia quotidie uel cogitatione uel uerbo delinqoimus, quoridie hanc orationem effundete in cōſpectu Dei debemus. Quiſquis ergo ſacerdotum oel ſubiacentium clericorum hanc orationem Dominicam quotidie aut in publico, aut in priuato officio prætetierit, propter ſuperbiam iudicatus, ordinis ſui honore priuetur.

10. Item cognouimus, quoſdam Hiſpanię ſacerdotes, qui io quadrageſimæ diebus Alleluia decantant, præterquam in oltima hebdomada Paſchę: quod deinceps fieri interdicimus, ſtatuentes, ut in omnibus prædictis quadrageſimæ diebus (quis tempos uon eſt gaudij, ſed mœroris) Alleluia nou decaotetur. Tunc enim opus eſt fletibus ac ieiunijs Inſiſtere, corpus cilicio & cioere induere, animum mœtoribus deijcete, gaudium in triſticiam ſuertere, quouſq; ueniet tēpus reſurrectionis Chriſti, quādo oporteat iam Alleluia in lætitia canere, & mœrorem in gaudium commotare. Hoc enim Eccleſiæ uniuerſalis conſenſio in cūctis terrarum partibus roborauit, quod & à nobis omnibus ut conſeruetur per Hiſpanias Galliciasq; ptouincias, oportebit. In temporibus uerò reliqois, id eſt Calendis Ianuarij, quæ propter errorem Gētilitatis aguntor, omnino Allelnia non decantabitur: in quibus etiam præter piſcem & olus, ſicut & in illis quadraginta diebus, cęteris carnibus abſtinetur, & à quibuſdam etiam uec uinū bibirur. Si quis ergo epiſcopus aut presbyter, aut diaconus, aut quilibet ex ordine clericorū fuerit repertus, qui arbitrium ſuom huic conſtitutioni æſtimet præferendum, ordinis ſoi officio carere cogatur, & communione eiuſdem Paſchæ priuetur.

11. In qoibuſdam quoque Hiſpaniarum Eccleſijs laudes poſt Apoſtolum decantantur, priuſquam Euangelium prædicetur: dum Canones præcipiant, poſt Apoſtolum non laudes, ſed Euangelium aununciari. præſumptio eſt enim, ut anteponantur ea quæ ſequi debeant. Nam laudes ideo Eoangclium ſequuntur, propter gloriam Chriſti, quæ per idem Euangeliom prædicarur. Circa omnes igitur ſacerdotes hic ordo deinceps retineatur: excommunicationis pœnam ſuſcepturis, qui hunc ordinem perturbauerint.

12. De hýmnis eriam canendis, & Saluſtoris & Apoſtolorum habemus exemplum. Nam & ipſe Dominus hymnum dixiſſe perhibetur, Matthæo euangeliſta atteſtanre: Et hymno dicto exierout in moutem Oliueti. Et Paulus apoſtolus ad Epheſios ſcripſit, dicens: Implemini ſpiritu ſancto, loqucutes uobiſmetipſis iu pſalmis & hymnis, & canticis ſpititualibus. Et quia à nonnullis hymni humano ſtudio in laudem Dei, atq; Apoſtolorum & Martyrum triumphos compoſiti eſſe uoſcuntur, ſicut hi quos beatiſsimi doctores Hilarius atque Ambroſius ediderunt: quos tamen quidam ſpecialiter reprobant, pro eo quod de Scripturis ſanctorum Cauonum, uel Apoſtolica traditione nō exiſtunt: reſpuāt etgo & illum hymnum, ab hominibus compoſitum, quem qootidie publico priuatoque officio, iu fine omnium pſalmorū dicimos, Gloria & honor Patri & Filio & Spiritui ſancto, in ſecula ſeculorū Amen. nā & ille hymnus quē nato in carne Chriſto angeli cecinerunt (Gloria in excelſis Deo, & in terta pax hominibus bone uoluutatis) reliquaque quæ ibi ſequontur, Eccleſiaſtici doctores compoſuerunt. Etgo nec ipſi iu Eccleſijs canendi ſunr, quia in ſanctarum Scripturarum libris nō inueniuntur? Componūtur Miſſę, ſiue preces, uel orationes, ſiue commēdationes, ſeu manus impoſitiones, ex quib. ſi nulla decantentur in Eccleſia, uacant officia omnia Eccleſiaſtica. Admonet hæc fieri atque hortarur Timotheum Apoſtolus, dicens: Obſecro ergo primò omnium fieri obſectationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus qui in ſublimitate ſunt. Sicur ergo orationes, ita & hymnos in laudem Dei compoſitos, nullus noſtrûm ul

terius

terius improbet, ſed pari modo in Gallicia Hiſpaniaque celebrent, excommunicatione plectendi, qui hymnos reijcere fuerint auſi. De conſ. diſtinct. 1. De hymnis.

13. Hymnum quoque trium pnerornm, in quo uniuerſa cœli terræque creatura Deum collaudat, & quem Eccleſia catholica per totum orbem diffuſa celebrat, quidam ſacerdotes in Miſſa Dominicorum dierum, & in ſolennitatibus martyrum canere negligunt. proinde ſanctum Concilium inſtituir, nt per omnes Hiſpaniæ eccleſias, uel Galliciæ, in omnium Miſſarum ſolennitate idem in publico decantetur: cōmunionem amiſſuri, qui antiquam huius hymni conſuetudinem, noſtramque definitiouem exceſſerint.

14. In fine pſalmornm, non ſicnt à qnibuſdam hucuſque, Gloria patri, ſed, Gloria & honor patri, dicatur. Dauid propheta dicente: Afferte Domino gloriam & honorem. Et Iohannes euangeliſta in Apocalypſi audiuit uocem cœleſtis exercitus, dicentem: Honor & gloria Deo noſtro, ſedenti in throno. Ac per hæc duo ſic oportet in terris dici, ſicut in cœlis reſonant. Vniuerſis ergo Eccleſiaſticis hanc obſeruationem damus, quam quiſquis præterierir, communionis iacturam habebit.

15. Sunt quidam, qui in fine Reſponſoriorū Gloria non dicunt: propterea quòd interdum inconuenienter reſonat. Sed hæc eſt diſcretio, ut in lætis ſequatur Gloria, in triſtioribus repetatur Principium.

16. Apocalypſin librum multorum Conciliorum autoriras, & Synodica ſanctorū præſulum Romanorum decreta, Iohannis Euangeliſtæ eſſe prę̨ſcribunt, & inter diuinos libros recipiendum conſtituerunt. Ea quia plurimi ſunt qui eius autoritatem non recipiunt, enmque in Eccleſia Dei prædicare cōtemnunt: Si quis eum deinceps aut non receperit, aut à Paſcha uſque ad pentecoſten Miſſarū tēpore in Eccleſia non prę̨dicauerit, excommunicationis ſententiamhabebit.

17. Nonnulli ſacerdotes poſt dictam orationem Dominicam ſtatim communicanr, & poſtea benedictionem in populo dant: quod deinceps interdicimus: ſed poſt orationem Dominicam benedictio in populum ſequatur: & tunc demum corporis & ſanguinis Domini ſacramentum ſumatur, eo uidelicet ordine, ut ſacerdotes & Leuitæ ante altare communicēt, in choro clerus, extra chorum populus.

18. Pernicioſa conſuetudo nequaquam eſt recipienda, quæ maiorum ſtatuta præteriēs, omnem Eccleſiæ ordinem perturbauit, dū alij per ambitum ſacerdotia appetunt, alij oblatis muneribus pontificatum aſſumunt. Nonnulli etiam ſceleribus implicati, uel ſeculari militiæ dediti, indigni ad honorem ſummi ac ſacri ordinis peruenerunt. De quorum ſcilicet cauſa atq; remotione, oportuerat quædā ſtatuere. Sed ne perturbatio quāplurima Eccleę̨ſi oriretur, prę̨teritis omiſsis: deinceps qui non promoueantur ad ſacerdotium, ex regulis Canonum neceſſariò credimus inſerendum: id eſt, qui in aliquo crimine detenri ſunt, qui infamiæ nota aſperſi ſunt, qui ſcelera aliqua per publicam pœnitentiam ſe admiſiſſe cōfeſsi ſunt, qui in hę̨reſin lapſi ſunt, uel qui in bæreſi baptizati aut rebsptizati eſſe noſcūtur, qui ſemetipſos abſciderunt, aut naturali de fectu membrorum aut deciſione aliquid minus habere noſcuntur, qui ſecundæ uxoris coniunctionem ſortiti ſunt, aut numeroſa coniugia frequentauerunt, qui uiduam nel à marito relictam dnxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt: qui concubinas aut fornicariss habuerunt, qui ſerulii conditioni obnoxij ſunt, qui ignoti ſunt, qui ueophyti uel laici ſunt, qui ſeculari militiæ dediti ſunt, qui curiæ uexibus dediti ſunt, qui inſcij literarnm ſunt, qui nondum ad triginra annos peruenerunt: qui per gradus Eccleſiaſticos uon aſcenderunt, qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui à deceſſoribus in ſacerdotium eligunrur. Sed nec ille deinceps ſacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegir, uel autoritas metropolitani, uel comprouincialium ſacerdotum aſſenſus non exquiſiuit. Quicunque ergo deinceps ad ordinem ſacerdotij poſtulatur, & in his quæ prædicta ſunt exquiſitus, in nullo horum deprehenſus fuerit & examinatus, probabilis uita atque doctrina extiterit, tunc ſecundum Synodalia uel decretalia conſtituta, cnm omnium clericotum uel ciuium uoluntate, ab uniuerſis comprouincialibus epiſcopis, aut certè à tribus, in ſacerdotem die Dominica conſecrabitur, conuenientibns cæteris qui abſentes ſunt, literis ſuis, & magis autoritate uel præſentia eius qui eſt in metropoli conſtitutus. Epiſcopus autem comprouincialis ibi conſecrandus eſt, ubi metropolitanus elegerit. Merropolitanus autem non niſi in ciuitate metropoli, & compronincialibus ibidem conuenientibus. Si qnis antem deinceps contra prædicta uetita Canonum, ad gradum ſacerdotij indignus aſpirare cōtenderit, cnm ordinatoribus ſuis adepti honoris periculo ſubiacebit. Diſtinct. 51. qni in aliquo crimine.

19. In ueteri lege ab anno nceſimoquinto, Leuitæ in tabernaculo ſeruire mandātur, cuius autoritatem in Canonibus & ſaucti Patres

rres ſecuti ſunt. Nos & diuinæ legis, & Conciliorum præcepri immemores, infantes & pueros Leuitas facimus ante legirimam ætatem, & anre experienriam uitæ. Idooque ne ulterius fiat à nobis, & diuinæ legis & Canonū admonemur ſententijs. Sed uiginti qoinque annorum ætatis, Leuiræ conſecrentur, & triginta presbyteri ordinentur: ita ut ſecundum præceprom Apoſtolicom probentur primùm, & ſic miniſtrenr, nullum crimen habētes. Diſtinc. 77. in ueteri lege.

20. Quicunq; in ſacerdotio Dei poſiti ſunt, irreprehenſibiles eſſe debent, Paulo arteſtante: Oportet epiſcopom irteprehenſibilē eſſe. Inoffenſos ergo & immacolaros decet Dei exiſtere ſacerdotes, nec ollius eos fornicationis cootagio pollui: ſed caſtè uiuentes, mundos ſemeripſos celebrandis exhibeanr ſacramentis. Abſtineamus etgo nos ab omni opere malo, & ab omoi inqoinamento carnis liberi maneamus, ur mundi corpore, purgati mēte, poſsimus ad ſacrificium Chriſti digni accedere, & Deum pro delictis omnium deprecari.

21. Quamois conſcientiam poram apod Deom oos habere oporteat, tamen & apud homines famam optimam cuſtodire conuenir: ut iuxta præceptom Apoſtolicum, non tantum coram Deo, ſed etiam coram hominibus, uitæ ſanctæ teſtimooium habeamus. Quidam enim hocoſque ſacerdotum, non modicum ſcandalum creauerunt, dum in cōuerſatione uitæ, non booæ famæ exiſtunt. ut ergo excludatur deinceps omnis nefandę ſuſpicionis occaſio, & ne detur ultra ſecularibus locus obtrectādi, oportet epiſcopos teſtimonium probabilium perſonarum conuerſationis & uitæ in cooclaui ſuo habere, ut & Deo placeant per conuerſationem bonam, & Eccleſiæ per optimam famam.

22. Similiter placuit, ut quemadmodom antiſtites, ita presbyteri atque Leuitæ, quos fortè infitmitas atque ætatis grauiras in conclaui ſuo manere non ſinit, ut et ijdem in cellulis ſuis teſtes oitæ habeant: oitamq; ſuam ſicut nomine, ita meritis teneant.

23. Prona eſt omnis ætas ab adoleſcentia in malum. Nihil enim incertius, quàm oita adoleſcentium. Ob hoc conſtituēdum oportuit, ot ſi qui in clero puberes aut adoleſcentes exiſtunt, omnes in ono conclaui atrij cōmorētur, ut lubricæ ætatis annos nō in loxuria, ſed in diſciplinis Eccleſiaſticis agant, deputati probatiſsimo ſeniori, quem & magiſtrum diſciplinæ & teſtē oiræ habeāt. Qoòd ſi aliqui ex his pupilli exiſtunt, ſacerdotali tutela foueantur, ut & uita eorum à criminibus intacta ſit', & res ab inioria improborū. Qui autem his præceptis reſolraoerint, monaſterijs depotentur, ur oagantes animi & ſuperbi, ſeueriori regula diſtringantur. 12. q. 1. omnis ætas.

24. Ignoranria mater cunctorum errorum, maximè in ſacerdotibus Dei oitāda eſt, qui docendi officium in popolis ſuſceperunt: ſacerdotes enim legere ſanctas Scripturas freqoenter admonet Paulus apoſtolus, dicens ad Timotheum: Intende lectioni & exhortarioni, doctrinæ quoque, & ſemper permane in his. Scianr igirur ſacerdotes Scripturas ſanctas, & Caoones meditentor, ot omne opus eorum in prędicarione diuina & doctrina conſiſtat, atq; ædificent cunctos tam fidei ſcientia, quàm operum diſciplina. Diſtinct. 38. ignorantia marer.

25. Quādo presbyteri in parochijs ordinātur, libellum officialem à ſuo ſacerdote accipiant, ot ad Eccleſias ſibi depotatas inſtructi ſuccedant, ne per ignorantiam eriam in ipſis diuinis ſacramenris offendant: ita ur quādo uel ad litanias, uel ad Concilium oenerint, rarionem epiſcopo ut reddanr, qoaliter ſuſceptum officium celebrent, uel baptizent. Diſtinct. 38. qoando presbyteri.

26. Quando presbyteri aut diaconi per parochias conſtituūtur, oportet eos primòm profeſsionem epiſcopo ſuo facere, ut caſtè & purè oiuant, ſub Dei timore: ut dum eos talis profeſsio obligauerit, uitæ ſanctæ diſciplinam retineant. Diſtinct. oigeſimaoctaua. quando presbyteri.

27. Epiſcopus, presbyter, aut diaconus, ſi à gradu ſoo iniuſtè deiectus, in ſancta Synodo innocens reperiatur, non poreſt eſſe quod fuerar, niſi gradus amiſſos recipiar coram altari de manu epiſcoporum. Si epiſcopus eſt, orarium, anoulom, & baculum: ſi presbyter, orariom & planeram: ſi diaconus, orariom & albam: ſi ſubdiaconus, patenam et calicem. Sic & reliqoi gradus ea in repararionem ſui recipiant, quæ cū ordioarentur perceperant. 11. q. 3. epiſcopus, presbyter.

28. Si qoia epiſcopus, aut presbyter, ſiue diaconus, uel quilibet ex ordine clericorum magos, aut aruſpices, aot hariolos, aut certè augures, uel ſortilegos, uel eos qui profirentur artem magicam, aur aliquem eorū ſublimia exercentem, conſuluiſſe fuerit deprehēſus, ab honore digniratis ſuę depoſitus, monaſterij cenſuram excipiat, ibique perpetuæ pœnitentiæ deditus, ſcelus admiſſum ſacrilegij ſoluat. 26. q. 5. ſi qois epiſcopus.

29. Confinirimi hoſtium ſacerdotes, prærer eos qui è regis poteſtate ſublimi licentiā acceperunt, quodlibet mandatum ad geotē extraneam occoltè accipere oel dirigere nō præſumanr. Qui autem deprehendirur aut conuincitur, denunciatus principi, apud Cōcilió cōdigna animaduerſione mulctabitur.

30. Sæpe principes contra qooslibet maie

ſtatis

ſtatis obnoxios, ſacerdotibus negocia ſua cōmittūt. Et quia ſacerdotes à Chriſto ad miniſteriū ſalutis electi ſunt, ibi conſentianr, regibus fieri iudices, ubi iureiurādo ſupplicio indulgentia promittitur, non ubi diſcriminis ſententia præparatur. Si quis ergo ſacerdotum, contra hoc commune conſulum, diſcuſſor in alienis periculis extiterit, ſit reus effuſi ſanguinis apud Chtiſtum, & apud Eccleſiam perdat proprium gradum. 23. q. 8. ſçpe principes.

31. Epiſcopi in protegendis populis, ac defendendis, impoſitam à Deo ſibi curam non ambigant. Ideoq; dum conſpiciunt iudices ac potentes pauperum oppreſſores exiſtere, & prius eos ſacerdotali admonitione redarguant: & ſi contempſerint emendari, eorum inſolentiam regis auribus intimēt, ut quos ſacerdotalis admonitio nō flectit ad iuſticiam, regalis poteſtas ab improbitate coherceat. Si quis autem epiſcoporum id neglexerit concilio erit reus.

32. Auaricia radix eſt cunctorum malorum, cuius ſitis etiam ſacerdotum mentes obtinet. Multi enim fidelium, in honorem Chriſti & martyrum, in parochijs epiſcoporum baſilicas conſtruunt, oblationes ſanctas conſcribunt: ſacerdotes hæc auferunt, atq; in uſus ſuos conuertunt. Inde eſt, quod cultores ſacrorom deficiunt, dum ſtipendia ſua perdunt. Inde labentium baſilicarum ruinæ nō reparantur: quia auaricia ſacerdotali omnia auferuntur. Pro qua re cōſtitutū eſt à pręſenti Cōcilio, Epiſcopos ita diœceſes ſuas regere, ut nihil ex earum iure pręſumāt auferre: ſed iuxta priorum autoritatem Conciliorū, tā de oblationibus quàm de decimis, tributis ac frugibus, tertiam conſequātur. Quod ſi amplius quippiam ab eis præſumptum extiterit, per Concilium reſtauretur, appellantibus aut ipſis cōditoribus, aut certè propinquis eorū, ſi iam illi à ſeculo diſceſſerunt. Nouerint ergo conditores baſilicarum, in rebus quas eiſdem Eccleſijs conferunt, nullā ſe poteſtatem habere: ſed iuxta Canonum inſtituta, ſicut Eccleſia, ita & dos eius ad ordinationem epiſcopi pertineat. 16. q. 1. conſtitutum eſt à presby. Item 10. q. 1. nouerint.

33. Quicunq; epiſcopus alterius epiſcopi diœceſin per triginta annos ſine aliqua interpellatione poſſederit, quia ſecundum ius legis uidetur eſſe diœceſis, admittenda contra eum non eſt actio repoſcendi. Sed hoc intra unam parochiā, extra uerò nullo modo, ne dum diœceſis defenditur, prouinciarū termini confundātur. 16. q. 3. quicūq; epiſcopus.

34. Sicut diœceſin alienam tricenalis poſſeſsio tolit, ita territorij conuentum non adimit. Ideoque baſilicæ quæ nouè conditæ fuerint, ad eum proculdubiò epiſcopū pertinebunt, cuius cōuentus eſſe conſtiterit. 16. q. 1. ſicut diœceſin.

35. Epiſcopū per cunctas diœceſes parochias ſuas per ſingulos annos ire oportet, ut exquirat quo unaqueq; baſilica in reparatione ſui indigeat. Quòd ſi ipſe aut lāguore detentus, aut alijs occupationibus implicatus id explere nequiuerit, presbyteros probabiles aut diaconos mittat, qui & redditus baſilicarū, & reparatiōes, & miniſtrātiū uitā inquirāt. q. 2. ꝓfeſsio. 10. q. 1. epiſcopū ꝑ cūctas.

36. Quicūq; epiſcopi ſuffragio cuiuslibet aliquid eccleſiaſticę utilitatis prouiderint, & ꝓ eo quodcūq; cōmodū in remuneratione ꝓmiſerint, promiſſi ſolutionē eos ſoluere oportebit, ita ut ad conciliū prouinciale deferatur, ut eorū cōniuentia cōfirmetur. quia ſicut Paulus ait: Dignus eſt operarius mercede ſua. 12. q. 2. quicunq; ſuffragio.

37. Præbendū eſt à ſacerdotibns uitæ ſolatiū indigentibus, & maximè his quib. reſtituenda uiciſsitudo eſt. Quicūq; ergo fideliū de facultatib. ſuis Eccleſiæ aliquid deuotione propria cōtulerint, ſi fortè ipſi aut filij eorū redacti fuerint ad inopiā, ab eadē eccleſia ſuffragiū uitę pro tēporis uſu percipiāt. Si enim clericis ſeu monachis, uel peregrinis, aut quālibet neceſsitatē ſuſtinētibus, pro ſolo religionis intuitu, in uſum res Eccleſiaſticę largiūtur: quāto magis conſulendū eſt, quib. retributio iuſta debetur? 16. q. 7. qcūq; fideliū.

38. Nonnulli diaconi in tantam erumpūt ſuperbiam, ut ſeſe presbyteris anteponant, atq; in primo choro ipſi priores ſtare præſumant, presbyteris in ſecūdo choro conſtitutis. Ergo ut ſublimiores ſibi presbyteros agnoſcant, tam hi quàm illi in utroq; choro conſiſtant. diſt. 93. nonnuli diacones.

39. Si oraria duo nec epiſcopo induere quidēlicet, nec presbytero: utiq; multo minus diacono, qui miniſter eorū eſt. Vnū ergo orarium oportet Leuitam geſtare in ſiniſtro humero, propter quod orat, id eſt prædicat. Dexterā autē oportet habere liberā, ut expeditius ad miniſterium ſacerdotale diſcurrat. Caueant ergo amodò Leuitę gemino uti orario, ſed uno tātū, & puro, nec ullis coloribus aut auro ornato. diſt. 25. unū orarium.

40. Omnes clerici uel lectores, ſicut Leuitę & ſacerdotes, detonſo ſuperius capite toto, inferius ſolam circuli coronā relinquāt. Nō ſicut hucuſq; in Galliciæ partibus facere lectores uidentur, qui prolixis ut laici comis, in ſolo capitis apice modicum circulum tondent. ritus enim iſte in Hiſpanijs hucuſq; hęreticorum fuit. Vnde oportet, ut pro amputando ab Eccleſijs ſcandalo, hoc ſignum dedecoris auferatur, & ſit una tonſura uel habitus, ſicut totius Hiſpaniæ eſt uſus. Qui autē hoc nō cuſtodierit, fidei catholicæ reus erit.

41. Cum

41. Cum clericis extraneæ fœminæ nullatenus habitent, niſi tanrum mater & ſoror, filia, amita, in quibus perſonis nihil ſceleris æſtimari naturæ fœdus permittit. Id enim & conſtitutio antiquorum Patrũ decreuit.

42. Quidam clerici legitimum non habẽtes coniugium, extranearum mulierum uel ancillarum ſuarum interdicta ſibi conſortia appetunt. Ideo quę coniũctæ taliter cum clericis ſnnt, ab epiſcopo auferantur, & uenundentur: illis pro tempore relegatis ad pœnitentiam, quos ſua libidine infecerũt. Diſt. 81. quidam clerici.

43. Clerici qui ſine conſultu epiſcopi ſui uxores duxerint, aut uiduam, aut repudiatá uel meretricem in cõiugium acceperint, ſeparari eos à proprio epiſcopo oportebit.

44. Clerici qui in quacunque factione arma uolenres ſumpſeriut, aut ſumpſerunr, repẽrè amiſſo ordinis ſui gradu, in monaſteriũ contradãrur perenniter. 13. q. 8. clerici.

45. Si quis clericus in demoliendis ſepnlchris fuerit deprehenſus, quia facinus hoc pro ſacrilegio legibus publicis ſanguine uindicatur, oportet Canonibus in tali ſcelere proditum à clericatus ordine ſubmoueri, & pœnirentiæ triennio deputari.

46. Pręcipienre Domino noſtro atque excellẽtiſsimo Siſenando rege id cõſtituit ſanctum Concilium, ut omnes ingenui clerici, pro officio religionis, ab omni publica indictione atq; labore habeantur immunes, ut liberi Deo ſeruiant: nullaq; pręepediti uecesſitate, ab Eccleſiaſticis officijs retrahantur.

47. Eos quos œconomos Græci uocant, hoc eſt, qui uice epiſcoporum res Eccleſiaſticas tractant, ſicut ſancta Synodus Chalcedonẽſis inſtituit: omnes epiſcopos de proprio clero ad regendas eccleſias habere oporret. qui aurem deinceps contempſerit, obnoxius eiuſdem magni Concilij erit.

48 Monachum aut paterna deuotio, aut propria profeſsio facit. Quicquid horũ fuerit, alligatũ tenebit. Proinde his ad mũdũ reuertẽdi intercludimns aditum, & omnes ad ſeculum intetdicimus regreſſus. 20. q. prima, monachum.

49. Clerici qni monachorum propoſitum appetunt: quia meliorem uitam ſequi cupiunr, liberos ¦eis ab epiſcopo in monaſterijs largiri oportet ingreſſus: nec interdici propoſitum eorum, qui ad contemplationis deſiderium tranſire nituntur. 19. q. 1 clerici qui monachorum.

50. Nuncistũ eſt præſenti Concilio, quod monachi epiſcopali imperio ſeruili operi mancipentur, & intra monaſteriorum contra inſtituta Canonum illicita pręſumptione uſurpentur, ita ut penè ex cœnobio poſſeſsio fiat, atque illuſtris portio Chriſti ad ignominiam ſeruitutemq; perueniat. Quapropter monemus eos qui Eccleſijs præſunt, ut ultrà talia non præſumant: ſed hoc tantum ſibi in monaſterio uendicẽt ſacerdotes, quod pręcipiunt Canones: id eſt, monachos ad cõuerſationem ſanctam præmonere, abbates aliaq; officia inſtituere, atq; extra regulá facta corrigere. Quod ſi aliquid in monachos Canonib. interdictum pręſumpſerint, aut uſurpare quippiam de monaſterij rebus tentauerint, non deerit ab illis ſententia excommunicationis, qui ſe deinceps ¦nequaquam ſuſtulerint ab illicitis. 18. q. 2. hoc tantũ ſibi.

51. Nonnulli monachotum egredientes à monaſterio, non ſolùm ad ſeculum reuertũtur: ſed etiam & uxores accipiunt. Igitur reuocati, in eodem monaſterio, à quo exierát, pœnitentiæ deputentur: ibique defleant crimina ſua, unde deceſſerunt.

52. Religioſi propriæ regionis, qui nec inter clericos, nec inter monachos habentur, ſiue hi per dinerſa loca uagi feruntur, ab epiſcopis, in quorum conuentu commorari noſcuntur, licentia eorum coherceatur, ut aut in clero, aut in monaſterio deputẽtur: pręter eos qui ab epiſcopo ſno aut propter ætatem, aut languorem fuerint abſoluti.

53. Hi qui in diſcrimine conſtituti pœnitẽtiam accipiunt, nulla manifeſta ſcelera confitentes, ſed tantum ſe peccatores eſſe prædicantes: huiuſmodi ſi reualuerint, poſſunr etiam per morum probitatem ad gradus Eccleſiaſticos petuenire. Qui uerò ita pœnitentiam accipiunt, & aliquod mortale peccatũ ſe perpetraſſe publicè fateantur, ad clerũ uel honores Eccleſiaſticos peruenire nullatenus poterunt: quia ſe confeſsione propria notauerunt.

54. Quicunq; ex ſecularibus, accipientes pœnitentiam, totondetunt ſe: & rurſus præuaricantes, laici effecti ſunt: comprehenſi ab epiſcopo ſuo, ad pœnitẽtiam, ex qna receſſerũt, reuocẽtur. Quòd ſi aliqui p̃ porentiá irreuocabiles ſunt, nec admoniti reuertũtur, ut ueri apoſtatæ corá eccleſia anathematis ſentẽtia condẽnentur. Non aliter & hi, qui à parentibus detonſi fuerunt, aut ſponre ſua, amiſsis parentibus, ſeipſos religioni deuouerunt, & poſtea habitum ſecularem ſumpſerunt, ut ijdem à ſacerdote comprehenſi, ad cultum religionis, acta prius pœnitentia, reuocentur. Quòd ſi conuerti non poſſunt, uelut apoſtatę anathematis ſentẽtię ſubijciantur. Quę forma ſeruabitur etiã in uiduis, uirginibusq; ſacris, ac pœnitentibus fœminis, quę ſanctimonialem habitum induerunt, & poſtea aut ueſtem mutauerunt, aut ad nuptias tranſierunt.

55. Duo ſunt genera uiduarum, ſeculares & ſanctimoniales. Seculares uiduę ſunt, quę ad-

adhuc diſponentes nubere, laicalem habitũ non depoſuerunt. Sauctimo uiales ſunt, quę iam mutato habitu ſeculari, ſub religioſo cultu in couſpectu ſacerdotis & Eccleſię apparuerunt. Hæ ſi ad nuptias tranſierint, iuxta Apoſtolum, non ſiue damnatione erunt: quia ſe primùm Deo uouentes, poſtea caſtitatis propoſitum abiecerunt.

56. De Iudæis autem præcepit ſancta Synodus, nemini deinceps ad credendum uim inferre. Cui enim uult Deus miſeretur, & quem uult indurat. Nõ euim tales inuiti ſaluaudi ſuut, ſed uolentes, ut integra ſit forma iuſticię. Sicut enim homo propria arbitrij uoluntate ſerpenti obediens perijt: ſic uocante ſe gratia Dei, propriæ mentis conuerſione homo quiſq; credeudo ſaluatur. Ergo nõ ui, ſed libera arbitrij uoluntate, ut conuertãtur ſuadendi ſunt, nou potius impellendi. Qui aũt iampridem ad Chriſtisnitstem uenire coacti ſunt, ſicut factum eſt temporibus religioſiſsimi Principis Siſebuti, quis iam cõſtat eos ſacramentis diuinis ſociatos, & baptiſmi grariã ſuſcepiſſe, & chriſmate unctos eſſe, & corporis Domini & ſanguinis extitiſſe participes: oportet, ut fidem etiã, quam ui uel neceſsitate ſuſceperunt, tenere cogautur, ne nomen Domini blaſphemetur, & fides quam ſuſceperunt uilis ac contemptibilis hsbeatur. diſt. 45. de Iudæis.

57. Tanta eſt quoruudã cupiditas, ut quidam eam appeteutes, iuxta quod ait Apoſtolus, etiam à fide errauerint. Multi quippe hucuſq; ex ſacerdotibus atq; laicis accipientes à Iudæis munera, perfidiã eorũ ſuo patrocinio fouent: qui non immeritò ex corpore Antichriſti eſſe noſcuntur, quia cõtra Chriſtum faciunt. Quicunq; ergo deinceps epiſcopus ſiue clericus, ſiue ſecularis, illis cõtra fidem Chriſtianam ſuffragium uel munere uel fauore præſtiterit, uerè (ut prophanus & ſacrilegus) anathema effectus, ab Eccleſia catholica & regno Dei habeatur extraneus: quia dignus eſt, ut à corpore Chriſti ſeparetur, qui iuimicis Chriſti patrouus efficitur.

58. Pleriq; qui ex Iudæis dudũ ad Chriſtianã fidem promori ſunt, nunc blaſphemãtes in Chriſtũ, nõ ſolùm Iudaicos ritus perpetraſſe noſcũtur, ſed etiã abomiuandas circũciſiones exercere præſumpſerunt. De quib. cõſultu pijſsimi ac religioſiſsimi Domini noſtri Siſenaudi regis, hoc ſanctũ decreuit Conciliũ, ut huiuſmodi tranſgreſſores, pontificali autoritate correcti, ad cultũ Chriſti ſui dogmatis reuocentur: ut quos uoluntss propria nõ emendat, animaduerſio ſacerdotalis coherceat. Eos aũt quos eircũ ciderunr, ſi filij eorũ ſunt, à pareutum conſortio ſepareutur: ſi ſerui, pro iniuria corporis ſui libertati tradantur. De conſec. diſt. 4. pleriq;.

59. Iudæorum filios uel filias baptizatos, ne parentum ultrà iuuoluantur erroribus, ab eorum conſortio ſeparari decernimus, deputaudos aut monaſterijs, aut Chriſtianis uiris, aut mulieribus Deum timentibus, ut ſub eorum cõuerſatione cultum fidei diſcant: atq; in melius inſtituti, tam in moribus quàm iu fide proficiaut. 28. q. 1. Iudæorum filios.

60. Iudæi bsptizati, ſi poſtea præuaricautes in Chriſtum, qualibet pœna damuari extiterint, à rebus eorum fideles filios excludi non oportebit: quia ſcriptum eſt, Filius non portsbit patris iniquitatem. 1. q. 4. Iudæi baptizati.

61. Sæpe malorum conſortia etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos qui ad uitia proni ſunt? Nulla ergo communio ultrà ſit Hebræis, ad fidem Chriſtianam translatis, cum his qui adhuc in ueteri ritu conſiſtunt, ne fortè eorum participatioue ſubuertantur. Quicunque ergo amodò ex his qui baptizati ſunt, infidelium conſortia non uitauerint, & hi Chriſtianis donentur, & illi publicis cædibus deputentur. 29. q. 1. ſæpe malorum.

62. Iudæi qui Chriſtianss mulieres in cõiugio habeut, admoneãtur ab epiſcopo ciuitatis ipſius, ut ſi cum eis permanere cupiũt, Chriſtiani efficiantur. Quòd ſi admoniri noluerint, ſeparentur: quia nõ poteſt infidelis iu eius permsnere coniunctione, quę iam in Chriſtianã translata eſt fidem. Filij aũt qui ex talibus nati exiſtunt, fidem atque conditionem mstris ſequantur. Similiter & hi qui procreati ſunt de infidelibus mulierib. & fidelibus uiris, Chriſtianam religiouem ſequantur, nõ Iudaicam ſuperſtitionem. 28. q. 1. Iudæi qui Chriſti.

63. Non poteſt erga homines eſſe fidelis, qui Deo extiterit infidelis. Iudæi ergo qui dudum Chriſtiani effecti ſunt, & nunc Chriſti fidem præuaricati ſunt, ad teſtimoniũ diceudum admitti nou debent, quamuis eſſe Chriſtianos annuncient: quia ſicut in fide Chriſti ſuſpecti ſunt, ita iu teſtimonio humano dubij habentur. Infirmari ergo oportet eorũ teſtimonium, qui iu fide falſi docentur: nec eis eſt credendum, qui ueritatis à ſe fidẽ abiecerunt. 2. q. 7. non poteſt.

64. Præcipieute Domino, atq; excellẽtiſſimo Siſenando rege, conſtituit id ſanctum Cõciliũ, ut Iudęi, aut hi q ex Iudæis ſunt, officia publica nullatenus appetant: quia ſub hsc oecaſione Chriſtianis iniuriã faciunt. Ideoq; iudices prouinciarũ cũ ſacerdotibus, eorũ ſubreptiones fraudulenter relictas ſuſpendãt, & officia publica eos agere nõ permittãt. Si quis aũt iudicũ hoc permiſerit, uelut in ſacrilegũ excõmunicatio proferatur:

& is qui ſubrepſerit, publicis cædibus deputetur. 17.q.4. conſtituit ſanctum.

65. Ex decreto glorioſiſsimi principis hoc ſanctum elegit Concilium, ut Iudæis non liceat Chriſtianos ſeruos, nec Chriſtiana mancipia emere, nec cuiuſquam conſequi largitate. Nefas enim eſt, ut membra Chriſti ſeruiant Antichriſti miniſtris. Quod ſi deinceps ſeruos Chriſtianos, uel ancillas Iudæi habere præſumpſerint, ſublati ab eorũ dominatu, libertatem à principe conſequantur.

66. Et ſi illi qui nulla ex rebus ſuis pauperibus Chriſti diſtribuunt, æterni iudicis uoce in futuro condemnabuntur: quanto magis qui auferũt pauperibus, quę nõ dederunt? Quapropter epiſcopi qui nihil ex proprio ſuo Eccleſiæ Chriſti compenſauerint, hanc diuinam ſententiam metuant, & libertos ex familijs Eccleſiæ ad condemnationẽ ſuã facere non pręſumant. Impium eſt enim, ut qui res ſuas Eccleſiæ Chriſti non contulerit, damnum inferat, & ius Eccleſiæ alienare contendat. Tales ergo libertos ſucceſſor epiſcopus abſq; aliqua oppoſitione ad ius Eccleſię reuocabit: quia eos nõ ęquitas, ſed improbitas abſoluit. 12.q.2. & ſi illi qui nulla.

67. Epiſcopus, qui mancipium iuris Eccleſiæ non retento Eccleſiaſtico patrocinio manumitti deſiderat, duo meriti eiuſdem, & peculij, coram Concilio Eccleſiæ cui præeminet, per commutationem, ſubſcribentibus ſacerdotibus offerat, ut uera & iuſta inueniatur diffinitio commutantis. Tunc enim liberam manumiſsionẽ ſine patrocinio Eccleſiæ concedere poterit: quia eum quem libertari tradere diſponit, iam iuri proprio acquiſiuit. Huiuſmodi autem liberto aduerſus Eccleſiam, cuius iuris extitit, accuſandi uel teſtificandi denegetur licentia. Quod ſi præſumpſerit, placet, ut ſtante commutatione, in ſeruitutem propriã reuocetur, cui nocere conatur. 12.q 2. Epiſcopus qui.

68. Conſenſus totius Concilij definiuit, ut ſacerdotes qui aut res ſuas Eccleſiæ relinquunt, aut nihil habentes, aliqua tamen prędia aut familias eccleſijs ſuis conquirunt, licebit illis aliquos de familijs eiuſdem eccleſiæ manumittere, iuxta rei collatæ modum, quem antiqui Canones decreuerunt: ita ut cum peculio & poſteritate ſua, ingenui ſub patrocinio Eccleſiæ maneant, utilitates iniũctas ſibi, iuxta quod potuerint proſequẽtes.

69. Liberti Eccleſię, quia nunquam moritur eorum patrona, à patrocinio eiuſdem nũquam diſcedant, nec poſteritas quidem eorum: ſicut priores Canones decreuerunt. Ac ne fortè libertas eorum in futura prole non pateat, ipſaq; poſteritas naturali ingenuitate obnitens, ſeſe ab Eccleſiæ patrocinio non ſubtrahat, neceſſe eſt ut tam hi liberti, quàm ab eis progeniti, profeſsionem epiſcopo ſuo faciant, per quam ex familia Eccleſiæ libertos effectos ſe eſſe fateantur: eiusq; patrocinium nõ relinquant, ſed iuxta uirtutẽ ſuam obſequium ei uel obedientiam præbeãt. 12. q.2. liberti eccleſiæ quia.

70. Liberti Eccleſiæ qui à patrocinio eius diſcedẽtes, quibuslibet perſonis adhæſerũt, ſi admoniti redire contempſerint, manumiſſio eorum irrita ſit: quia per obedientiæ contemptum, ingrati actione tenentur. 12.q.2. liberti Eccl. qui.

71. Liberti Eccleſiæ qui à quibuſcunq; manumiſsi ſunt, & Eccleſiæ patrocinio cõmendati exiſtunt, ſicut & regulæ antiquorum Patrum conſtituerunt, ſacerdotali defenſione, à cuiuslibet inſolentia protegantur, ſiue in ſtatu libertatis eorum, ſiue in peculio quod habere noſcuntur. Diſt. 87. liberti quia.

72. Quicunque libertatem à dominis ſuis ita percipiunt, ut nullum ſibi in eis obſequium patronus retentet, iſti ſi ſine crimine capitali ſunt, ad Clericatus ordinem liberi ſuſcipiantur: quia directa manumiſsione abſoluti noſcuntur. Qui uerò retento obſequio manumiſsi ſunt, pro eo quòd adhuc à patrono ſeruituti tenẽtur obnoxij, nullatenus ſunt ad Eccleſiaſticum ordinem promouẽdi: ne, quando uoluerint eorum domini, fiant ex clericis ſerui. Diſt. 54. quicunq; lib.

73. De familijs Eccleſię cõſtituere presbyteros & diaconos per parochias liceat, quos tamen uitæ rectitudo & probitas morũ cõmendat: ea tamen ratione, ut antea manumiſsi, libertatem ſtatus ſui percipiant, & denuò ad Eccleſiaſticos honores ſuccedãt. Eſt enim irreligioſum, obligatos exiſtere ſeruituti, qui ſacri ordinis ſuſcipiunt dignitatem. Quicquid autem talibus aut per libertatem, conceſſum, aut ſucceſsione extiterit datum, aut à quolibet quoquo modo collatũ, nõ licebit eis quippiã inde in extraneas perſonas tranſmittere: ſed omnia ad ius eius Eccleſię, à qua manumiſsi ſunt, poſt eorum obitũ pertineant. His quoq;, ſicut & cæteris Eccleſię libertis, accuſandi uel teſtificandi aduerſus Eccleſiam aditus intercluditur: ad quod ſi aſpirauerint, nõ ſolũ libertatis beneficio careant, ſed etiã honoris gradu, quẽ nõ dignitate naturę, ſed tẽporis neceſsitate promeruerũt.

74. Poſt inſtituta quædam Eccleſiaſtici ordinis, uel decreta, quæ ad quorundam pertinent diſciplinam, poſtrema nobis cunctis ſacerdotibus ſententia eſt, pro robore noſtrorum regum & ſtabilitate gentis Gothorum, põtificale ultimũ ſub Deo iudice ferre decretũ. Multarũ quippe gentiũ (ut fama eſt) tãta extat perfidia animorũ, ut fidem ſacramẽto promiſſam regibus ſuis obſeruare contemnant: & ore ſimulent iuramẽti profeſsionẽ, dũ

retineant

terincant mente perfidiæ impietatem. Iurát enim regibus ſuis, & fidem quã pollicentur, præuaricantur: nec metuunt uolumen illud iudicij Dei, per quod inducitur maledictio, multaq; pœnarum cõmiustio ſuper eos qui iurant in nomine Dei mendaciter. Quę ergo ſpes talibus populis, contra hoſtes laborantibus erit? Quæ fides ultrà cum alijs gentib. in pace credẽda? quod fœdus nõ uiolandũ? quæ in hoſtibus iurata ſponſio ſtabilis permanebit, quando nec ipſis proprijs regibus iuratam fidem couſeruaut? Quis enim adeò furioſus eſt, qui caput ſuum manu ſua propria deſecet? Illi (ut notum eſt) immemores ſalutis ſuæ, propria manu ſeipſos interimunt, in ſemeripſos ſuosq; reges proprias conuertendo uires. Et cùm Dominus dicat, Nolite tangere chriſtos meos: & Dauid, Quis (iuquit) extendet manum ſuam in Chriſtum Domini, & innocẽs erit? illis nec uitare metus eſt periurium, nec regibus inferre exitium. Hoſtibus quippe fides pacti datur, nec uiolatur. Quod ſi in bello fides uigeat, quanto magis in cæteris ſeruanda eſt? Sacrilegium quippe eſt, ſi uioletur à gẽtibus regum ſuorum promiſſa fides: quia nõ ſolùm in eos fit pacti tranſgreſsio, ſed & in Deum, in cuius nomine pollicetur ipſa promiſsio. Inde eſt, quòd multa regna terrarũ, cœleſtis iracũdia ita permutauit, ut pro impietate fidei & morum, alterum ab altero ſolueretur. Vnde & nos cauere oportet, caſum huiuſmodi gentium, ne ſimiliter plaga feriamur præcipiti, & pœna puniamur crudeli. Si enim Deus angelis in ſe præuaricantibus non pepercit, qui per inobedientiam cœleſte habitaculum perdiderunt (unde & per Eſaiam dicit, Inebriatus eſt gladius meus in cœlo:) quanto magis nos noſtræ ſalutis interitum timere debemus, ne per infidelitatem eodem ſæuiente Dei gladio pereamus? Quòd ſi diuinam iracundiam uitare uolumus, & ſeueritatem ad eius clementiam prouocare cupimus, ſeruemus erga Deum religionis cultum atque timorem, cuſtodiamus erga principes noſtros pollicitam fidem atque ſponſionem. Non ſit in nobis, ut in quibuſdam gentibus, infidelitatis ſubtilitas impia, non ſubdolæ mentis perfidia, non periurij nefas, & coniurationum nefanda molimina. Nullus apud nos ſub præſumptione regnum arripiat, nullus excitet mutuas ſeditiones ciuiũ, nemo meditetur interitus regũ: ſed defuncto in pace principe, primares totius gentis cum ſacerdotibus ſucceſſorem regni concilio communi conſtituant, ut dum unitatis concordia à nobis retinetur, nullum patriæ gentiſq; diſsidium per uim atq; ambitũ moliatur. Quòd ſi hæc admonitio mẽtes noſtras nõ corrigit, & ad ſalutem cõmunem cor noſtrũ nequaquam perducit, audi ſententiã noſtrã. Quicunq; ergo ex nobis, uel totius Hiſpaniç populis, qualibet cõiuratione uel ſtudio ſacramentũ fidei ſuæ, quod pro patriæ gentiſque Gotthorũ ſtatu, uel conſeruatione regiæ ſalutis pollicitus eſt, temerauerit, aut regẽ nece attrectauerit, aut poteſtate regni exuerit, aut præſumptione tyrannica regni faſtigiũ uſurpauerit: anathema ſit in conſpectu Dei Patris & angelorum, atq; ab Eccleſia catholica, quam periurio prophanauerit, efficiatur extraneus, & ab omni cœtu Chriſtianorũ alienus, cum omnibus impietatis ſuæ ſocijs: quia oportet, ut una pœna teneat obnoxios, quos ſimilis error inuenerit implicatos. Quod iterum ſecũdò replicamus, dicentes. Quicunque amodò ex nobis, uel cunctis Hiſpaniæ populis, quolibet tractatu uel ſtudio ſacramentum fidei ſuæ, quod pro patrię gẽtiſque Gotthorum ſtatu, uel conſeruatione regiæ ſalutis pollicitus eſt, uiolauerit, aut regem nece attrectauerit, aut poteſtate regni exuerit, aut præſumptione tyrannica regni faſtigium uſurpauerit, anathema in conſpectu Chriſti & Apoſtolorum eius ſit: atque ab Eccleſia catholica, quam periurio prophanauerit, efficiatur extraneus, & ab omni cõſortio Chriſtianorum alienus, & damnatus in futuro iudicio Dei, habeatur cum participibus ſuis: quia dignum eſt, ut qui talibus ſociantur, ipſi etiam damnationis eorum participatione obnoxij teneantur. Hoc etiam tertiò acclamamus, dicentes: Quicunque amodò ex nobis uel cunctis Hiſpaniæ populis, qualibet meditatione uel ſtudio, ſacramentum fidei ſuæ, quod pro patriæ ſalute, gentiſque Gotthorum ſtatu, uel incolumitate regiæ poteſtatis pollicitus eſt, uiolauerit, aut regem nece attrectauerit, aut poteſtate regni exuerit, aut præſumptione tyrannica regni faſtigium uſurpauerit, anathema ſit in conſpectu Spiritus ſancti & martyrum Chriſti: atque ab Eccleſia catholica, quam periurio prophanauerit, extraneus efficiatur, & ab omni communione Chriſtianorum alienus, nec partem habeat iuſtorum, ſed cum diabolo & angelis eius æternis ſupplicijs condemnetur, unà cum eis qui eandem coniurationem nituntur: ut par pœna perditionis conſtringat, quos in perniciem praua ſocietas copulat. Et ideo ſi placet omnibus qui adeſtis, hoc tertiò reiteratam ſententiam ueſtræ uocis conſenſu firmate. Ab uniuerſo clero uel populo dictum eſt: Qui contra hanc noſtram definitionem præſumpſerint, anathema maranatha: hoc eſt, perditio in aduentu Domini ſint, & cum Iuda Iſcarioth partem habeant ipſi & ſocij eorum, Amen. Quapropter nos ipſi & ſacer-

ſacerdotes omnes, ſanctam Eccleſiam Chriſti ac populum admonemus, ut hæc tremenda & toties teiterata ſententia, nullum ex nobis præſenti atque æterno condemnet iudicio: ſed fidem promiſſam erga glorioſiſſimum dominum noſtrum Siſenandum regem cuſtodientes, ac ſincera illi deuotione famulantes, nõ ſolùm diuinæ pietatis in nobis clementiam prouocemus, ſed etiã grariã antefati principis percipere mereamur. Te quoq; præſentem regem, ac fututos ætatum ſequentium principes, humilitate debita depoſcimus, ut moderati & mites erga ſubiectos exiſtentes, cum iuſticia & pietate populos à Deo uobis creditos regaris: bonamq; uiciſsitudinem, qui uos nobis conſtituit, largitori Chriſto rependatis, regnantes in humilitate cordis, cum ſtudio bonę actionis. Nec quiſquam ueſtrûm ſolus in cauſa captiuum aut reum ſenteutia ſeriat: ſed conſenſu publico cum rectoribus ex iudicio manifeſto delinquentium culpa pateſcat, ſeruata à uobis in offenſis manſuetudine, ut non ſeueritate magis in illis quàm indulgentia polleatis: ut dum omnia hæc (autore Deo) pio à uobis moderamine conſeruentut, & reges in populis, & populi in regibus, & Deus iu utriſque lætetur. Sanè de futuris regibus hanc ſententiam promulgamus, ut ſi quis ex eis contra reuerenriam legum, ſuperba domiuatione & faſtu regio, in flagitijs & facinore ſiue cupiditate, crudeliſsimã poteſtatem in populis exercuerit, anathematis ſententia à Chriſto Domino condemnetur, & habeat à Deo ſeparatiouem atq; iudicium, proptet quod præſumpſerit mala agere, & in perniciem regnum deducere. De Semithilana uetò, qui ptopria ſcelera metuens, ſeipſum regno priuauit, & poteſtatis faſcibus exuit, id cum genris conſultu decreuimus: ut neque eum, uel uxorem eius, propter mala quæ cõmiſerunt, neq; filios eorũ unitati noſtrę unquam cõſociemus: nec eos ad honores, à quibus ob iniquitatem deiecti ſunt, aliquãdo promoueamus. Quiq; etiã, ſicut in faſtigio regni habẽtur extranei, ita à poſſeſsiõe rerũ quas de miſerorũ ſumptibus auxerãt maneãt alieni, præter id quod pietate pijſsimi principis noſtri fuerint cõſecuri. Nõ aliter & Geillanẽ, memorati Semithilanæ & ſanguiue & ſcelere fratrem, qui nec in germanitatis fide ſtabilis extitit, nec fidẽ glorioſo Domino noſtro pollicitã conſeruauit: hũc ergo cũ cõiuge ſua, ſicut & antè factum eſt, à ſocietate gẽtis atq; cõſortio noſtro placuit ſeparari: nec in amiſsis facultatibus, in quib. per iniquitatẽ creuerãt, reduces fieri, ptæter id quod cõſecuti fuerint pietate clemẽtiſsimi Principis, cuius gratia bonos donorũ pręmijs ditat, & malos à beneficentia ſua nõ ſeparat. Gloria aũt & honor omnipotẽti Deo noſtro, in cuius nomine cõgregati ſumus. Poſt hæc pax & ſalus & diuturnitas pijſsimo & amatori Chriſti domino noſtro Siſenãdo tegi, cuius deuotio nos ad hoc decretũ ſalutiferũ cõuocauit. Cortoboret ergo Chriſti gratia tegnũ illius, gẽteſq; Gotthorũ in fide Catholica annis & meritis. Protegat illũ uſq; ad ultimã ſenectutẽ ſummi Dei gratia: & poſt præſentis regni gloriã, ad æternũ regnũ trãſeat, ut ſine fine regnet, qui in ſeculo feliciter imperat ipſo ptęſtante, qui eſt Rex tegum & Dominus dominorũ, cum Patre & Spiritu ſancto, in ſecula ſeculorum, Amen. Definitis itaq; his quæ ſuperius cõprehenſa ſunt, annuente religioſiſsimo Principe, placuit deinde, nulla in re impediente, à quolibet noſtrûm, ea quæ cõſtituta ſunt temerari, ſed cuncta ſalubri conſilio conſeruari. Et quia profectibus Eccleſiæ & animæ noſtræ conueniunt, etiam ptopria ſuſcriptione (ut petmaneant) roboramus. Ego Iſidorus, in Chtiſti nomine Spalenſis eccleſiæ metropolitanus epiſcopus, hæc conſtituens ſubſcripſi. Similiter & alij epiſcopi ſubſcripſeruut, numeto ſeptuaginta.

Baleus Centuriæ ptimæ, capite ſeptuageſimoquarto, in Appendice, affirmat, Iſidorum teſtari, in hac Synodo clericis legitimũ coniugium eſſe conceſſum, & conſortio ancillarũ & extranearũ mulierum interdictũ.

TOLETANA SYNODUS

Quinta, ſub Chintilla rege.

ANno primo Chintillæ regis Gotthorum, quinta Toleti Synodus celebrata eſt, impetante Hetacleone: ut Regino annotat. Iohannes Magnus Gothicæ hiſtoriæ lib. 16. cap. 18 narrar, Iſidorum Hiſpalenſem archiepiſcopum præſediſſe. Verùm nomen eius, inter eos qui ſubſcripſerunt Cauonibus, non extat: ſed Eugenij.

Canones huius Concilij teferuntur hoc ordine.

1. Vt in cuncto tegno à Deo ſibi conceſſo, ſpecialis & propria hæc religioſa omni tempore teneatur obſeruanria, ut à die Iduum Decembrium Litania triduò ubique annua ſucceſsione peragatur, & indulgenria delictorum lachrymis impetretur. Quod ſi dies Dominica iutercesſerit, in ſequenti hebdomada celebreturut quoniã deficiente charitate, eò uſq; ꝓteletur malicia, ut noua exerceantur ſaciuora: noua quoq; hæc ipſa ſurgat conſuetudo, quæ poſsit ante omnipotentis oculos noſtra eſſe purgatio.

2. Summa aũt uobis uigilanria & grandi religionis cuta prouideudum eſt, ut mala quæ aſsiduè prohibita perpetrantur, circũſpecta diſciplina Eccleſiaſtica extirpentur.

Non enim eſt incaſsùm ſcriptum: Peſtilente flagellato, ſtultus ſapienrior erit. Quamobrem, quoniam præponderante onere delictorum, experientia penè ſemper ac ſæpe fieri diſcimns, quod magnopere uitare debemus: quod eriam cuſtoditur, cum hoc quod diuinis ſactamentis ſpopondimus, temeritate uiolamus: ideoque frequenter cõpeſcendum, quod crebrò inuenitur tranſgreſſum. Sed ne ſuccedentes præcedẽtibus, ac deinde ſequsntes inuideãt anterioribus, & cuncta quiera & pacata permaneant: hæc in Concillo cõmuniter cõſiderata defertur ſenrentia, ut ſeruetis quæcũq; in uniuerſali & magna Synodo prouiſa cõſcriptaq; circa principũ ſalutẽ & utilitatẽ ſunt. Hæc quoq; adiecta cuſtodiãtur, uidelicet ut omni benignitate omniq; firmitare circa omnẽ poſteritatẽ principis noſtri Chintilliani regis teneatur dilectio, & præbeatur rationabile defenſionis adminiculũ: ne res iuſtè prouiſæ, aut etiã parentũ digna prouiſione procuratę, ad iuris proprietatẽ pertinentes, iniuſtè fraudulenterq; auferãtur: nec à quo quã cauſa illicitè exquiſita lædẽdi eos præbeatur: nec quocunq; modo, quibuslibet rebus, ſpreta dilectione moleſtenrur. Hæc enim licẽtia efficit & principes in ſubiectis ſuſpectos, & ſubiectos in bonis principnm cupidos. Quocirca ne & pręmiſſa cõtemnantur, & ut cupiditas radix omniũ malorũ auferatut, cõteſtamut omnes præſentes & abſentes, uel etiam futuris temporibus cõſequentes, coram Deo & angelis eius, quòd ſi quiſquã noſtræ cõteſtationis temerator extiterit atq; contẽptor, & quacunque argumentatione odioſè eos moleſtare, aut in aliquo fuerit conatus lædere, ſit anathema in Chriſtianornm omniũ cœtu, atq; ſuperno cõdemnetur iudicio: ſit exprobrabilis omnibus Catholicis, & abominabilis ſanctis angelis in miniſterio Dei conſtitutis. Sit in hoc ſeculo perditus, & in futuro cõdemnatus, qui tam rectę prouiſioni noluir præbere conſenſum.

3. Inexpertis & nouis morbis nouam decet inuenire medelam. Quapropter quoniã ſunr inconſideratæ quorundam mentes, & ſe minimè capientes, quos nec origo ornat, nec uirtus decorat, qui paſsim putanr licenterq; ad regalia maieſtatis peruenire faſtigia: huius rei cauſa, noſtra omniũ cum inuocatione diuina profertur ſententia, ut ſi quis talia meditatus fuerit, quem nec electio omninm præficit, nec Gothicæ gentis nobilitas ad hunc apicem trahit, ſit conſortio catholicorum priuatus, & diuino anathemate condemnarus.

4. Ergo quia & religioni inimicum, & hominibus conſtat eſſe pernicioſum, futura illicitè cogitare, & caſus principum exquirere, ac ſibi in poſterum prouiders: cum ſcriptum ſit, Non eſt ueſtrũ noſſe momenta uel tempora, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate: hoc decreto cẽſemus, ut quiſquis inuentus fuerit talia perquiſiſſe, & uiuente principe, in alinm attendiſſe, pro futura regni ſpe, aut alios in ſe propter id attraxiſſe, à conuentu catholicorum cum excommuuicationis ſenrentia expellatur.

5. Sed & hoc pro peſtilentioſis hominum moribus, ſalubri deliberatione cẽſemus: ne quis in ptincipem maledicta congerat. Scriptum eſt enim à legislatore: Principi populi tui ne maledixeris. Quod ſi qnis fecerit, excõmunicatione Eccleſiaſtica plectatur. Nã ſi maledici regnũ Dei non poſsidebunt, quanto magis talis ab Eccleſia neceſſariò pellitur, qui diuinę uiolator ſenrẽtiæ inuenitur?

6. Simili prouidentia pro fidelibus tegum noſtra datur ſenrentia, ut quiſquis ſuperſtes principum extiterit, iuſtè in rebus profligatis, aut largitate principis acquiſitis, nullam debeat habere iacturam. Nam ſi licenter & iniuſtè perturbentur fidelium mentes, nemo optabit proprium ac fidele præbere obſequium, dum cuncta nutant in incertum, & in futuro diſcriminis formidant canſam, ſed ſaluti & rebus eorum principalis pietas debet præbere ſuffragia. Exemplis cnim cæteri prouocantur ad fidem, cum fideles non fraudantur mercede.

7. Propter malarum mentium facilitatem, & memoriæ obliuionem, hoc ſacratiſsima ſtatuit Synodus, ut in omni Concilio epiſcoporum Hiſpaniæ, uniuerſalis Concilij decretum, quod propter principũ noſtrorum eſt ſalutem cõſtitutum, peractis omnibus, in Synodo publica uoce debet pnunciari: quatenus ſæpe replicatũ auribus, uel aſsiduitate, iniquorũ mens tettita corrigatur, quæ ad præuaricandum & obliuione & facilitate perducitur.

8. In his omnibus quæ præmiſimus, poteſtatem indulgentiæ in culpis delinquentium Principi teſeruamus: ut iuxta bonitatis ſuæ & pistatis moderamen, ubi emendationem proſpexerit mentium, ueuiam tribuat culparum.

9. His uerò omnibus finem & tobur ſnbſcriptione noſtra facientes, glotiam & laudem omnipotenti Domino Deo, in quantũ mortalium naletudo ſinit, teddimus. Poſt hæc gratias excellentiſsimo & glorioſiſsimo principi noſtro Chintillano regi peragimus, cuius ardor fidei, & ſtudium bonæ intentionis, & unanimitatis concordiam nobis tribuit, & charitatis. Donet ei Dominus de inimicis triumphum, & de beatirudine gaudinm: cuſtodiat eum protectione aſsidua, & muniat bonæ uolũtatis ſuæ circum-

ſpectione tutiſsima,cuius regnum manet in ſecula ſeculorum.

Ego Eugenius, Toletanæ eccleſię prouinciæ Carthaginenſis metropolitanus epiſcopus,his omnibus decretis annuens ſubſcripſi. Similiter & alij epiſcopi ſubſcripſerũt, numero uiginti.

SYNODI SVB CONſtante Imperatore.

SYNODVS ROMANA *ſub Theodoro.*

PYrrhus Conſtantinopoli expulſus; in Aphricam ad Maximum uenit, ac cum eo contulit de quæſtione, Vna'ne an plures in Chriſto aſſerendæ ſint uoluntates à Maximo autẽ uictus & perſuaſus,Romã ad Theodorum abit, eiq; libellũ de ſua ſententia offert,in quo duas in Chriſto naturas, & duas uoluntates & operationes aſſerebat. Theodorus eum,ut rectè ſentientem,in cõmunionem admittit. Ille uerò Roma diſcedens, cũ Rauennam ueniſſet,redit ad ingenium,& errorem ſuum defendit. Ea re cognita, Theodorus ſacerdotes Romanos & Eccleſiam cõuocat,& Pyrrhum denunciat excommunicatum,& ab officio remotum, ſcriptis literis atramento madefacto uino ex calice diuino. Paulus Diaconus libro decimooctauo rerum Romanarum.

SYNODVS AFRICANA.

NArrat Paulus Diaconus lib. 18 rerum Romanarũ,in Africa penes Byzaotium,Numidiam & Mauritaniam,in Synodos epiſcopos diuerſos coijſſe:& de mota cõtrouerſia, an duæ uolũtates & actiones in Chriſto ſint ſtatuendæ, an uerò una tantum,diſceptaſſe, & opinionem Monothelitarum damnaſſe. In Synodo ſub Martino papa,recitatur ſcriptum de actis in Africa,quod ſubijcimus.

¶ Domino beatiſsimo, Apoſtolico culmini ſublimato,ſancto Patri patrũ, Theodoro papę,& ſummo omniũ præſulũ Põtifici, Columbus primę ſedis epiſcopus Cõcilij Numidię,& Stephanus primę ſedis epiſcopus Cõcilij Vizacini, & Reparatus epiſcopus primæ ſedis Cõcilij Mauritanię,& uniuerſi epiſcopi de trib. Cõcilijs antè dictis, Africanę prouincię. Magnũ & indeficientẽ,omnib. Chriſtianis fluẽta redũdantẽ,apud Apoſtolicã ſedẽ conſiſtere fontẽ,nullus ambigere poſsit, de quo riuuli prodeũt afflũetes, uniuerſum largiſsimè irrigã tes orbẽ Chriſtianorũ. Cui etiã in honore beatiſsimi Petri,Patrũ decreta peculiarẽ omnẽ decreuere reuerentiã, in requirendis Dei reb. quas omni & ſolicitè deberet,maximè uero iuſto, quę ab ipſo pręſulũ examinare,uertice Apoſtolico:cuius uetuſta ſolicitudo eſt,tã mala damnare, quàm probare laudanda. Antiquis enim regulis cenſitũ eſt,ut quicquid, quãuis in remotis, uel in lõginquo poſitis ageretur prouincijs, nõ prius tractandũ uel accipiendũ ſit,niſi ad noticiã almę ſedis ueſtrę fuiſſet deductũ: ut huius autoritate iuxta quę fuiſſet & pronũciatio firmaretur:indeq; ſumerẽt cæteræ Eccleſiæ,uelut de natali ſuo fonte, prędicationis exordiũ, & per diuerſas totius mũdi regiones puritatis incorrupta maneãt fidei ſacramenta ſalutis. Quocirca humilimum ueſtro Apoſtolico culmini perſoluẽtes obſequiũ,cum lachrymis ſuggerimus,quod ſine cordis gemitu reticere non ualemus: ante hoc tẽporis ſpaciũ exoſum, apud Cõſtantinopolitanã ciuitatẽ nouitatis cõmentum, ad nos uſq; opinanter fuiſſe delatũ. Et ut hactenus ſiluiſſemus, putauimus ſeueriſsima examinis ueſtrę Apoſtolicę ſedis fuiſſe deſertum. Quod ubi pertinaciter cognouimus inualeſcere,relegẽtes uidelicet libellũ Pyrrhi noſtri fratris & coepiſcopi,dudũ eiuſdẽ Conſtantinopolitanæ ciuitatis apud ueſtrã uenerabilẽ ſedẽ prolati,relationẽ, qualẽ neceſsitas exigit,fratri Paulo, nũc Cõſtantinopolitanæ ciuitatis eccleſiã occupanti, emiſimus,exhortãtes cũ nimio fletu, iam dictum nouitatis cõmentũ,nõ quidẽ ſuis temporibus adinuentũ,à ſuo uidelicet autore cõfutatũ,à ſe quoq;,uel ab omni eccleſia cui pręſidet,repellere, & chartas omnes præ forib. ipſius ſanctę eccleſiæ,ad ſcandalũ populorũ ſuſpenſas,proijcere,qualiter fides, quæ nũc uſq; permanſit integra,& Apoſtolica eruditio illibata ſeruetur. Certũ eſt enim,quod tales ſermonum nouitates, de malo gloriæ amore naſcuntur:dum ſibi nonnulli uolunt acuti,perſpicaces & ſapientes uideri, quærunt quid noui proferant: neſcientes, quia Deus infirma mundi eligit, ut confundat fortia, & ſapientes per mundi ſtulta confundit. Ad Timotheum quippe Doctoris gentiũ ſolicitè legant ſermones,quibus ait: Vt nouitates uitẽt uocum profanas: ad impietatem nempè iſta proficiũt, quæ ſuper ſpinas & tribulos intulerunt. Et Epheſi remanens denũcient* quibuſdam, ne quis aliter prędicaret. & ut aliqua de ueteribus proferamus, Hieremię prophetę uerba ſunt: Horribilia, inquit, facta ſunt ſuper terra: Prophetæ iniquitatem prophetant. Multa ſunt diuinæ legis documenta, quæ de largo ueſtrę culminis fonte noſtris riuulis infundantur. Quia uerò in quandam ſuſpectionem noſtra Africana, à malignis hominibus apud memoratam regiam ciuitatem, recitata eſt prouincia, antè dictam relationem memorato fratri Paulo Conſtantinopolitano antiſtiti tranſmiſſam, ueſtræ Deo amabili beatitudini direximus: quam rogamus humiliter per ue-

ſtræ ſa-

ſtræ ſacratiſsimæ ſedis teſponſales tranſmittete: qualitet ptoſperè cognoſcamus, ſi memotatus ſuperius frater Anefandas, è nouitatis adinuentione ad integram teformauerit orthodoxę fidei ptędicatiunem. Quod ſi diſsimulauerit, autoritas almę ſedis ueſtrę iuxta Patrum ſanctioues ſalubri couſilio pertractauit, à ſano corpote ſeparare uulnus inſanum, remotoq; morbi ſæuiẽtis flatu, cautius quæ ſunt ſyncera perdutent: & grex puriot ab hac mali cõtagione, ſpiritali ueſtri culminis fettamento purgetur. Nouiſsimè hoc neceſsitatis euentum, quod accidit, in ueritate ſuggerimus. Quia nobis ſpecialiter pro unaquaq; prouincia Synodos cõtrahẽtibus uenerandas, dum ex noſtro collegio fratribus electis pleuam tranſmittere nitimur legatiunem cum noſtris Relationibus, quædã oborta ſunt, quæ noſtram intentionem rationabilitet ptohiberent. Sed huius rei, quã memotauimus urgente neceſsitate, generali Africanę prouinciæ cõſtitutos per legatos diuerſorũ Conciliorũ inito, geueralem hanc proſperè ueſtro Culmini demandamus relationẽ, poſtulantes nun nobis, ſed ipſi quæ euenit neceſsitas ſcribere. Ota pto nobis Domine ſancte, ac beatiſsime Patrum Patet.

BYZANCENA SYNODVS.

DE Byzancena Synodo extat ibidẽ ſcriptũ ad Conſtantinum: Domino clementiſsimu, terræ mariſq; Domino, Conſtantino Auguſto, Stephanus ptimæ ſedis epiſcopus, uel uniuerſi epiſcopi Concilij Vezezani, ueſtræ pietatis ultimi famuli. Omnipoteus Deus eccleſiæ ſuæ pruuidens, præſcitos ac ptædeſtinatos in præſidio eius cõſtituit Romani nominis reges, ut quoties turbo diabolicæ factionis quiddam contrarium excitate tentauerit, à ueſtræ clementiæ rigure uideat comprimi, quatenus quies eius procuratę ueſtræ potentiæ ſuffragio debeat defenſati: quia ei poteſtatem ueſtram ſeruiendo ſubijcitis, cuius munere & protectione imperatis. Vnde diuinitùs præordiuati, eius curam ſingularem habetis, aut primam. Scriptum eſt igitut de uobis, & de eadem ſancta Eccleſia, toto terrarum orbe diffuſa: Erunt reges uutricij tui. Pariterq; ſcriptum eſt: Honor regis iudiciũ diligit. Quia dum diuina rebus humanis ptæpouitis, & orthodoxam fidem curis ſecularibus pręfertis, quid aliud quàm iudicium tectum Dei cultui immolatis? Pro quare pietati ueſtræ, cuncti ueſtræ Africæ domini ſacerdotes, coram Domino ſupplicamus, ut nouellæ pręſumptiõis ſcandalum, quod aduerſus fidem noſtram attentatum eſt, auferatur: fratremq; noſtrum Paulum Conſtantinopolitanæ eccleſiæ epiſcopum, regali autoritate, ut nubiſcum, id eſt cum omni generalitate, orthodoxè ſapere debeat, coarctate dignemini. Fidem namq; rectam à ſanctis Patribus nobis traditam, ſine adiectione aut imminutione cuſtodire debemus: quia quicquic auctũ fuerit, aut ſubtractum, nequaquam probatut fuiſſe perfectum. Et quid hoſtes Chriſti hæretici dicturi ſiut, nulli uenit in dubium. Scripſimus enim prædicto fratri & coepiſcopo noſtro Paulo, per latores præſentium: & ut noſtra eum uice cum ueſtræ clementiæ præceptione admoneant deſtinantes iniunximus: quos ueſtræ manſuetudini commendantes, petitionis nuſtræ uota ut effectui mancipentut, omnes unanimiter genu mentis flexo deprecamut. Pro quare expedit cenſuræ eius & famæ, ut quod autor tantæ præſumptionis correxit, à ſe uel ab alijs non ſinat in cotrectũ, iam iamq; ſcandalũ, defenſari. In iunximus aũt legationi nuſtræ, ſupplici pietatis ueſttæ, ut eá quæ prædicto fratti noſtro ſcripſimus, pias ad ueſtrę ſercnitatis aures deducere uõ morentur: quatenus pietas ueſtra diuinitatis amore inſtructa, pro pacè Eccleſiarum Dei regale pręcipiat largiri præſidiũ, ut pace Dei fruẽtes, quę omnem ſuperat intellectum, tegnũ ueſtrũ in pace ſecurũ annis innumeris propagetur. Omnipotens Deus noſter, cuius poteſtate cũcta teguntur, benignus ad ueſtrũ teſpiciat principatũ: paganasque gẽtes, quę de ſua feritate cõfidunt, potẽtię ſuę dextra pietatis ueſtrę Chriſtianiſsimę ditioni ſubiugare dignetur. Et ſubſcriptio:

Stephanus primæ ſedis epiſcopus, pijs his precibus noſtris ſubſcripſi.

Secundus, gratia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Tagaſenſis, his pijs precibus noſtris ſubſcripſi.

Dacianus, gratia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Tutreblãdis, his pijs precibus ſubſcripſi.

Saturinus, epiſcopus ſanctæ eccleſię Miricianenſis, his pijs precibus ſubſcripſi.

Ioannes, gratia Dei epiſcopus ſanctę eccleſię Mibiarcenſis: Ianuatius Gadianenſis.

Benetius, humilis miſericordia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ ciuitatis Turditanæ.

Rumulus, humilis miſericordia Domini epiſcopus ſanctæ eccleſiæ ciuitatis

Candidus, gratia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Patticædinenſis.

Reſtitutus, Dei miſericordia ſanctæ eccleſiæ Lubalidienſis.

Fortunus, gratia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Cellenſis.

Creſcentinus, gratia Dei epiſcopus eccleſiæ ciuitatis Leptis.

Stephanus, gratia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Talaptenſia.

Ebaſius, epiſcopus Aterienſis.

Donatus, epiſcopus Limmiſenſis.

Theodorus epiſcopus ciuitatis Camazeni.
Optatus, epiſcopus eccleſiæ Amentenſis.
Conſtantinus, epiſcopus Helienſis.
Stephanus, epiſcopus Tiaræquenſis.
Victorinus, epiſcopus Temunianenſis.
Paſchaſius, epiſcopus Decorianenſis.
Iulianus, epiſcopus Ruſpeis.
Saluſtins, epiſcopus Rebisnenſis.
Donatus, epiſcopus Vinziuerenſis.
Theodorus, epiſcopns Hirinenſis.
B. Stephanus, epiſcopus eccleſiæ Queſtorianenſis.
Muſculus, epiſcopus eccleſiæ Cebaraddefenſis.
B. Laurentius Taraſus, epiſcopus Eccleſię ciuitatis Vſilabis.
Stephanus, epiſcopns Gummaſis.
Bonifacius, epiſcopus eccleſiæ Iuſtini ac Maximienſis.
Cyriacus, epiſcopus.
Ianuarius, epiſcopus eccleſiæ Banenſis.
Felix, epiſcopus Theniſijs.
Quintus, epiſcopus Acolitaneus.
Spes, epiſcopus Secrepedulenſis.
Nepua, epiſcopus.
Felix, epiſcopus eccleſiæ Municipijs & Gerniſis.
Pentaſius, epiſcopus eccleſiæ Tutriumtamalns.
Bonifacius, epiſcopus Saſuritanæ.
Numidius, epiſcopus Soſianæiuncis.
Benadus, epiſcopus Hermianenſis.
Rodibaldus, epiſcopus Valentinianenſis.

SYNODVS IN AFRICA *Proconſulari.*

DE huius Synodi actis extat reſcriptũ in Synodo Martini papę, quod ſubijcimua, ¶ Domino beatiſsmo & honorabili, Sancto fratri Paulo patriarchę, Guloſus Probus, & cæteri epiſcopi ſancti Concilij procõſularis, qui ſubter ſcripturi ſumus.

Caput & fundamentum fidei Catholicæ, uel uniuerſalis Eccleſiæ noſter Deus eſt, Dominus IESVS CHRISTVS: qui cum Patre & Spiritu ſancto indiuiſam habens naturam deitatis ſuæ, ſicut nos Euangelium docet, ait diſcipulis: Euntes docete omnes gentes, baptiſantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Dum ergo In nomine diceret, & nõ In nominibus, unitatẽ inſeparabilẽ, nõ ſchiſma, fideliter eũ colentibus, & in eũ ſyncerè credentibus, demõſtrauit. Beati igitur Apoſtoli, pręceptũ ſui Magiſtri, noſtri Domini IESV CHRISTI, perficientes, ſanam et rectam doctrinam in omni orbe terrarum prædicauerũt, quo'nã modo ſit Deus colendus, & Chriſtus eius filius, qui noſter Deus & Dominus dicitur, & homo credendus: & coæternus & coęqualis Patri & Filio diuinitate Spiritus ſanctus. In hac ergo, ſine querela, uera Dei cultura, Catholica ſancta Eccleſia manẽte unita, inuidia Diaboli mors introiuit in corda infidelium, qui à uia ueritatis deuiantes, ſecundum ſuæ errorem prauæ conſcientiæ, à fide, ſicut Apoſtolus loquitur, errauerunt, & inſeruerunt ſe doloribus multis, iuxta uniuſcuiuſque malum intellectum, per hæreſes ſidei Catholicæ aduerſantes. Contra quas Concilia uenerabilium Põtificum, per ſacras Chriſtianiſsimorum Principum uiſiones congregata tunc eſſe noſcũtur, in quibus de hæreticorum diuerſorum uerſutia, uel aſtuta ac ſubtili aduerſus rectã fidem eorum fallacia, ſancti & ueri Pontifices exquirentes, mundam fidei orthodoxæ & liquidius declaratã, omnes hæreticos prędamnantes, uniſonam dixere ſententiã: ſancientes, quomodo fidelis populi credulitas obtineret, ſolidata & ineuulſibiliter radicata, Chriſtique Domini noſtri, quemadmodũ confitemur, perſonam: eo qui ſupra hæc auderet quippiam adijcere aut mutare, uel exinde quiddã adimere, perpetuo anathemate condemnando. Quam piam & ſanctam, & Deo placitam determinarionem, omnis ſuſcepit libenter fidelis Eccleſia: & per tot tẽporum curricula habetur & retinetur à rectè credẽtibus, hæc definitio immaculata & immutilata firmiſsima.

Quia uerò comperimus, quòd quędã contraria in Cõſtãtinopolitana ſunt ciuitate, cõtra inſtituta fidelium & antiquiſsimorũ Patrum uniuerſalium Conciliorum propoſita, per chartulę cuiuſdam uenenoſæ dicta: miramur, imò dolemus, cur à uobis hæc ſunt permanere permiſſa, aut non ſtatim conſciſſa, & recto ſacerdotali propoſito radicitùs amputata. Nos ergo omnia quæ aduerſus definitiones Patrum, uel ſanctorum Orthodoxorum Conciliorum Catholicam fidem, per Apoſtolorum doctrinam fundantium, & iam nouiter temporibus Sergij tunc in tempore patriarchæ, fuerint adſumpta uel prędicata, utpote execranda damnamus: illa ſcilicet amplectentes, quæcunque à ſanctis Patribus determinata ſunt, in quibus fides noſtra firma et recta permanet inconuulſa, et fauẽte Chriſto inuiolabiliter incorrupta. nec neceſſarium nobis eſt eadem repetere, quæ ſemel ſunt bene poſita & decreta: ne ad contentionẽ prouocati, in periculo incedamus: ſuſcipientes iuxta Patrum definitionem anathema ſuper eos, qui inſuper aliquid dicere, uel mutare, uel minuere (quod abſit) pręſumſerint: qualia noua quædã, quæ iam intelliguntur peruerſa, hæretica, & Deo aduerſantia capitula: cum in aſſumentibus talia, ultio infertur iuſta diuina: niſi pœnitentiæ fletib. ad Chriſtum, in quo delinquunt, conuerterint puriſsima ſua corda. Hoc autem quod

ſancta

ſancta ſuſcepit tecta fides & ueta, ſicut prædicauit & fatetut uniuerſalis immaculata Eccleſia, colimus & tenemus: Patrem & Filiũ & ſanctum Spiritum inſeparabilem eſſe Trinitatem, unum Deum: unum autem ſanctæ Trinitatis filium Dei, id eſt Chriſtum Dominum Deum noſtrum, catnem ueram habere humanam, cũ anima tationali & intellectuali, nullatenus Deitate omiſſa aut diminuta: ſed eundem noſtrũ Dominum IESVM Chriſtum, Deum & hominem confitemut dicentes: & diuinam natutam, uoluntatem & operationem, ut Deum habete perfectũ: et quod eſt hominis, eundem ipſum, ſine quolibet duntaxat peccati uel concupiſcentię modo: ſimilitet naturam, uoluntatem & operationem habere pleniſſimam: id eſt, in Deo Domino noſtro IESV Chriſto duas eſſe naturas, duas operationes, duasq; uolũtates naturales, ſicut Catholica docuit, & docet ſemp, Eccleſia. Vt autem etiá exemplis ſanctorum Patrũ, quæ præmiſſa ſunt, multo amplius roborentur: eorũ exempla huic noſtro epiſtolari eloquio, ex multis parua inſeri maturauimus. Ex libro ſancti Ambroſij Mediolanẽſis epiſcopi. Inter alia Apoſtolus dicit: Nõ rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe ęqualem Deo. Quod enim quis non habet, rapete conatur. Ergo non quaſi rapinã habebat ęqualitatem cum patre, quã in ſubſtãtia ſui tanquã Deus & Dominus poſſidebat. Vnde addidit, Formá ſerui accepit. Contrariũ utiq; ſeruus: æqualis ergo, in Dei forma: minot, in ſuſceptione carnis, & hominis paſſione. Ná quomodo eadé poſſet minor eſſe, ęqualisq; naturæ? Quomodo auté, ſi minor eſt, eadé ſimiliter facit, quę pater facit? nam quomodo eadé operatio diuerſę eſt poteſtatis? Nũ quid poteſt minot, quemadmodũ maiot, operàri: aut una operatio poteſt eſſe, ubi diuerſa ſubſtantia eſt? Itaq; accipe, Chriſtum ſecundum diuinitaté, minoré dici non poſſe. Ité, cuius ſuprà: Timet ergo Chriſtus: cũ Petrus non timeat, Chriſtus timet. Petrus dicit, Animam meã ponã pro te: Chriſtus dicit, Anima mea turbatur. utrũq; uerũ eſt, & plenũ utrũq; ratione: quòd & ille qui eſt inferior, nõ timet: & ille qui eſt ſuperior, gerit timentis affectũ. ille enim quaſi homo uim mortis ignorat: iſte auté quaſi Deus, in cotpote cõſtitutus, fragilitate carnis exponit, ut eorũ qui ſacramentũ incarnationis abiurãt, excluderetur impietas. Deniq; & hæc (dixit) & Manichęus nõ credidit, Valẽtinus negauit, Marcion phantaſma iudicauit: eò uſq; autem hominé, qué ueritate corporis demonſtrabat, æquabat affectus, ut diceret: Sed tamé nõ ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis. Ité ex libro cuius ſuprà: Audi etiã ipſum agere, quod uult. dixit enim: Vt faciã uoluntaté tuã Deus meus, uolui. Et alibi: Voluntariè ſacrificabo tibi, et confitebor. Item ex libro cuius ſuprà: Quid eſt quod pater uelit, & filius nolit: aut filius uelit & pater nolit? Pater quos uult uiuificat, & filius quos uult uiuificat: ſicut ſcriptũ eſt. Dic nũc, quos uiuificauerit filius, & pater uiuificare noluerit. Cũ aũt filius quos uelit uiuificet, & operatio una ſit: inde non ſolùm filius uolũtaté patris, ſed etiã pater filij facit uolũtaté. Quid eſt aũt uiuificare, niſi per filij paſſionem? Paſſio autem Chriſti, uolũtas eſt patris. Quos ergo filius uiuificat, per patris uiuificat uoluntatem. Vna igitur uoluntas. Quæ aũt uoluntas patris, niſi ut ueniret Ieſus in hunc mundum, & nos mundaret à uitijs? Audi leproſum dicẽtem: Si uis, potes me mundare. Reſpondit Ieſus: Volo. & ſtatim ſanus effectus eſt. Videtis, quia filius ſuæ arbiter eſt uoluntatis: & Chriſti uoluntas eadem quę paterna eſt. Quanquam cum dixerit, Omnia quæ pater habet, mea ſunt: ſine dubio, quia nihil excipitur, quam pater habet, eandem & filius habet uoluntatem. Vna ergo uoluntas, ſub una operatione. In Deo enim uoluntatis ſeries, operationis effectus eſt. Sed alia uoluntas hominis, alia Dei. Denique ut ſcias unam uoluntatem hominis eſſe, quia mortem timet: paſſionem autem Chriſti in uoluntate diuina, ut pateretur pro nobis. Cum Petrus uellet Dominum à paſſione reuocare, Dominus ait: Non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominum. Suſcepit ergo uoluntatem meam, ſuſcepit triſticiam meam. Confidenter triſticiam nomino, quia crucem prædico. Mea eſt uoluntas, quam ſuam dixit: quia ut homo ſuſcepit triſticiam meam, ut homo locutus eſt. & ideo ait: Non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis. Mea eſt triſticia, quam meo ſuſcepit affectu. Nemo enim moriturus exultat mihi, compatitur mihi, triſtis eſt mihi, dolet mihi. Ergo pro me, & in me doluit: quia pro ſe nihil habuit quod doleret. Doles igitur Domine IESV, non tua, ſed mea uulnera: non tuam mortem, ſed noſtram infirmitatem. Sicut ait Propheta: Quia pro nobis dolet. & nos, Domine, exiſtimauimus te eſſe in doloribus, cum tu non pro te, ſed pro me dolueris. Et quid mirũ, ſi pro omnibus doluit, qui propter unũ fleuit? quid mirum, ſi moritur unus pro omnibus * qui Lazarum reſuſcitaturus illachrymat? Verùm & ibi piæ ſororis lachrymis cõmouetur, quis menté humaná tangebat: & hic alto operatur affectu, ut ſicut mors eius morté abſtulit, liuor eius ulcera noſtra ſanauit: ita etiã mœroré noſtrũ mœror eius aboleret. ut homo ergo dubitat, ut homo turbatur: non turbatur uirtus, non turbatur eius diuinitas: ſed turbatur anima,

turbatus

turbatut humanæ fragilitatis aſſumptio. Et ideo, quia ſuſcepit animam, ſuſcepit & animæ paſsiones. non enim Deus, eo quòd Deus erat, aut turbari, aut moueri poſſet. Denique, Deus Deus (inquit) meus, quare me dereliquiſti? Vt homo ergo lo qnitur, meos circumferens metus: quòd in periculis poſiti à Deo deſeri nos putamꝰ. Turbatur ut homo, flet ut homo, crucifigitur. Sic enim & apoſtolus Paulus inquit: Quia Chriſti carnē crucifixerũt. Et alibi apoſtolus Petrus ait: Chriſto paſſo ſecundũ carnē. Caro igitur eſt paſſa, diuinitas autē à mortis libera paſſione: corpua humanę naturæ lege conceſſit. an uerò mori diuinitas poteſt, cum anima non poſsit? Nolite, inquit, timere eos qui corpus poſsũt occidere, animam autem non poſſunt. Ergo ſi anima occidi non poteſt, quomodo diuinitas poteſt? Item ex libro S. Auguſtini Hipponenſis epiſcopi, aduerſum Arianos: Eſt in homine ſimile quiddam, quamuis nequaquam illius Trinitatis, qua Deus eſt, excellentiæ comparandum. Ille enim Deus eſt, iſte creatura: habet tamē aliquid, quo diſtát: ut qualicunque modo, id quod de illa ineffabili Dei natura dicitur, poſsit intelligi. Neque enim fruſtra non eſt dictum: Faciamꝰ hominem ad imaginem tuam: tanquam pater filio loqueretur. aut, Ad imaginē meam: ſed dictũ eſt, Ad imaginem noſtrā: quod ex perſona ipſius Trinitatis rectiſsimè accipitur. Tria itaq; iſta in hominis animo cogitemus, Memoriam, Intelligentiam & Voluntatem. Ab his tribus fit omne quod facimus: & cum tria iſta bene rectéque ſeſe habent bonum & rectũ eſt omne quod facimus: ſi nec memoriam decipiat obliuio, nec error intelligentiam, nec iniquitas uoluntatem. ad Dei quippe imsginē reformamur. Omne igirur opus noſtrum ab his tribus fit. nihil enim agimus, quod nō hæc tria ſimul agát. Deinde cũ de ſingulis loquimur, etiā quod ad ſingula pertinet, ab omnib. agitur. Neq; enim ſermonē, quē de ſola memoria facimus memoria ſola facit: ſed intelligētia uolũtasq; cooperatur eum, quamuis ad ſolā memoriā pertinentem. Hoc & de duobus cæteris uidere facilimum eſt. Nam qui de ipſa intelligentia loquitur, ſine memoria & uoluntate non loquitur: ſed quicquid de ſola ſe ipſa uoluntas dicit aut ſcribit, ſine intelligenria memoriaque non facit. Item ex libro S. Auguiſtini de gratia noui Teſtamenti, ad Honorarum: O' homines, nolite deſperare uos fieri poſſe filios Dei: qnia & ipſe filius Dei: hoc eſt, uerbũ Dei, caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Reddite uicem, & efficimini ſpiritus, & habitate in illo qui caro factus eſt, & habitauit in nobis. Neque enim iam deſperandum eſt, participatiōe uerbi fieri poſſe homines filios Dei, quando filius Dei participarionē catnis factus eſt filius hominis. Nos itaque mutabiles, in melius commutandi, participes efficimur uerbi. Verbum autem in mutabilem nihil in deterius commutatum, particeps carnis effectum eſt rarionali anima mediante. Neque enim homo Chriſtus, ut Apollinariſtæ hæretici putauerunt, aut non habuit animam, aut non habuit rationem aut uoluntatem: ſed more ſuo Scriptura, ut & Chriſti humilitatē magis oſtenderet, nec carnis nomē quaſi indignum aliquid, refugiſſe uideretur, carnē pro homine poſuit. Neq; quia ſcriptũ eſt, uidebit omnis caro ſalutare Dei, animæ ibi non ſunt intelligendæ.

Guloſus, epiſcopus eccleſiæ Puppitanæ, huic libello rectæ fidei noſtræ ſubſcripſi.

Probus Montanenſis, Pariator Lnlcenſis, Theodorus Biltenſis, Melloſus Gelipenſis, Conſtantinus Talbomenſis, Felix Parienſis, Paulus Tabucenſis, Florentius Euguſenſis, Donatus Hipporizamenſis, Valerius Tiburſicenſis, Vitalis Zarnenſis, Creſcis Cæſaleſis, Auguſtalis Abitinenſis, Gentilis Cubdenſis, Creſcens Tuburnicēſis, Maximus Racumenſis, Victor Municipirogiæ, Ioannes Cilibienſis, Bonifacius Zelenſis, Felix Timidenſis, Fructuoſus Vinenſis, Benenatus Semitenſis, Cyprianus Radduenſis, Baſſus Carpitanæ, Adeodatus Abbiritanæ, Victor Membreſsitanæ, Vitalia Tizinenſis, Petrus Culcitanenſis, Ianuarius Liberrinenſis, Redemptus Neapolitanus, Felix Aborenſis, Pariator Scilitanæ, Victor Balnenſis, Dominicus Abſaſallenſis, Stephanus Tuccaborienſis, Bonifacius Pappianenſis, Valentinianus Viſicenſis, Germanus Tuburbo Fortunius Oſitanæ, Redemptus municipij Canapu, Creſciturus Buſitanæ, Reparatus Meglapolitanæ, Ianuarius Muſcitanæ, Maximus Sicenſis, Iulianus duarum Senepſalrinarum, Donatianus Nummulitanæ, Clariſsimus Tauracins, Conſtantinus Altoburitanæ, Lucianus Sucubenſis, Creſconius Venlenſis, Candidus Sicenſis, Donatus Horrenſis, Flotentius Zencenſis, Guobulus Ceciritanæ, Felix Triſipelſis, Benenatus Bacariēſis, Stephanꝰ Clipienſis, Victorinus Auleritanæ, Melloſus Bullenienſis, Cyprianus Villæmagnenſis, Nabigius Tigimenſis, Tripolius Vcitanæ, Benenatus Nauaggaritanus Flauianus Vticenſis, Benenatus Turbitanæ, Fortis Agenſis.

SYNODVS ROMANA SVB *Martino, contra Monothelitas.*

ANno Domini 652, Imperij Conſtantis nono, aut 650. iuxta alios, menſe Octobri,

bri, indictione octaua, Martinus pontifex Synodum Romæ celebtauit. Occaſioné prębuit Paulus Conſtanrinopoleos epiſcopus, qui ſuorũ anteceſſorũ opinionem, de una in Chriſto uoluntate, non modò approbabat, ſed etiã defendebat: & alios in erroré inducebat, & à ſe diſſentiétes perſequebatur: & edictum Conſtantini Imperatoris, quo nec unam, nec duas in Chriſto uoluntates aut operationes cõfitendas imperauerat, in hũc modum.

¶ Cõſuetudiné habétes de omnib. curam agere, & intendere quæ reſpiciũt ad utilitaté Chriſtianiſsimæ Reipublicæ, & præcipuè quę ferũtur ad immaculatá noſtrá fidé, per quam nobis omnia proſperè fieri credimus, cognonimus in multa perturbatiõe eſſe noſtrũ Orthodoxũ populũ: utpote dicentibus quibuſdã, unam noluntaté in diſpenſatione magni Dei & Saluatoris noſtri IESV CHRISTI, & eundé ipſum operari diuina & humana: alijs aũt dogmatizãtibus, duas uolũtates & duas operationes in eadé diſpenſatione incarnati uerbi. & illis quidé in ſatisfactione propter unã perſonã, eſſe Dominũ noſtrum IESVM Chriſtũ, in duab. naturis incõfuſè & indiuiſè uolenté & operanté, diuina & humana: alijs aũt propter cõuenientes naturas indiuiſè in ipſa una perſona, & ut ſaluetur & maneat earũ differentia, ſecundũ naturas eundem ipſum unũ Chriſtũ naturaliter operari diuina & humana: & ex hoc in multa diſſenſione & contentione Chriſtianiſsimá Rempublicá produci, ut diſcordantes inuicé non cõuenirent, & ex hoc ſecundũ multos modos eam lædi oportere. Igitur arbitrati ſumus, ab omnipotenti Deo inſpirati, ſicut talem accenſam diſcordiæ flammá extinguere, & nõ cõcedere eam ulterius humanas animas depaſci. Quapropter ſancimus, nobis ſubiectos, qui cõſiſtunt in orthodoxa & immaculata noſtra Chriſtianorũ fide, qui ſunt Catholicę & Apoſtolicę eccleſię, nõ habere licentiá, inuicé à præſenti, de una uolũtate aut una operatione, aut duarũ uoluntatũ, aut duarũ operationũ, qualécunq; proferre altercationé, aut contentioné, aut rixam. Hęc aũt ſancimus, nihil aliquid interficientes penitùs de pijſsimis dogmatibus, quæ à ſanctis probabilibus Patribus de diſpenſatione incarnati Dei uerbi dogmatizati ſunt: ſed ulterius cõtentioné, quæ gratia propoſitæ quęſtionis orta eſt, ceſſare præuidétes, & tantũmodo de eis ſequi & ſufficiéter habere diuinas Scripturas, & traditiones ſanctorum quinq; uniuerſaliũ Conciliorũ, & ſimplicibus, ſine quęſtione ſanctorũ probabiliũ Patrũ uſibus, ſiue uocibus, quorũ dogmata Regulę & leges, ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ eccleſię cõſiſtunt, nihil eis addétes propriũ, neq; minuentes, aut per ſuã intentioné eas interpretantes, ſed prioré habitũ ubiq; cuſtodiri. ſicuti antè quàm procederet contentio prędictarũ quęſtionum, quaſi nulla de eis exorta cõtentio de omnibus cuiuſq; ad pręſens, unã uoluntaté & unã operationem, aut duas uolũtates & duas operationes dogmatizarunt. Siquidem eam querelam huius gratia, aut accuſationem factam, niſi tãtummodo qui ex ſanctis quinq; uniuerſalibus Concilijs & cæteris orthodoxis probabilibus Patribus, eiecti ſunt hæretici, cũ impijs eorum dogmatib. & cõſcriptis. Et ut cõpendioſè dicamus: Quos ſancta catholica & Apoſtolica Eccleſia nõ accepit, ſed abiecit. Ad perfectã aũt unitatem ſanctarum Dei Eccleſiarum, & cõmunem concordiam; & ut nulla occaſio relinquatur eis qui ſine fine uolunt cõtendere, & chartas quæ poſitæ fuerunt in archiuo Sanctiſsimæ magnæ Eccleſię, huius à Deo conſeruandæ regiæ noſtræ urbis, quæ continet prædictas quæſtiones iuſsimus leuari. Qui autem ea præſumpſerint præuaricare, primùm quidé ſubiacebũt iudicio terribilis omnipotentis Dei. Deinde aũt, & nõ qualamcunq; Regalé indignationem reuereátur, per quã ſiquidem epiſcopi aut clerici qui ſunt, ſui ſacerdotij ſiue ſui cleri, modis omnibus excedant. Sin autem monachi ſint, ſegregentur, & alieni ſint de ſuis locis. Sin autem dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant, nudentur de eis. Sin autem ſunt priuati, ſiquidem Nobiles conſiſtunt, ſuarum ſubſtantiarum proſcriptione puniantur. Sin autem ignobiles conſiſtunt, non ſolùm in corpore uerberentur, ſed & in exilio perpetuo caſtigentur: ut omnes timore Dei compreſsi, & comminata eis digna ſupplicia reuerentes, immobilem & ſine turba pacem ſanctarum Dei eccleſiarũ cuſtodiãt.

¶ Excitabant autem Martinum tum multi alij Doctores, tum præcipuè Maximus abbas: ut patet ex Pauli Diaconi libro 18 rerum Romanarum.

Conuenerunt itaque à Martino uocati Romam, in eccleſia Saluatoris, iuxta Epiſcopium Lateranenſe, epiſcopi centum & quique, iuxta Bedam, Iuonem, Sigebertum: uel centum & decem, iuxta Paulum Diaconum lib. 17. rerum Romanarũ: aut ducenti, iuxta Palmerium, quorũ nomina hoc ordine referuntur: Martinus papa, Maximus Aquileienſis epiſcopus, Deuſdedit Caralitanus, Maurus & Deuſdedit legati Rauennatenſis epiſcopi, Sergius Tempſanenſis, Reparatus Mantunanenſis, Epiphanius Abbanenſis, Benedictus Aiacenſis, Iulianus Hoſtanus, Papinius Vibonenſis, Maximus Piſaurenſis, Lucianus Leonienſis, Viator Hortonenſis, Bonitus Formianus

Fotmianus, Maiorianus Præneſtinu, Germanus Numanenſis, Laurentius Peruſius, Caroſus Faralitanus, Marcianus Mebienſis, Batbatus Sutrinus, Calumnioſus Aleſinus, Romanus Cetellitanus, Peregrinus Meſſanēſis, Creſcens Lucrenſis, Felix Agrigētinus, Marcellinus Cluſinus, Geminianus Boluterranus, Mariniahus Populoniēſis, Luminoſus Tiſemiſti, Berinorum epiſcopus, Potentinus Belliternenſis, Maurus Tuſcanēſis, Martinua Grauinatæ, Adeodatus Spolitinus, Iohānes Peſtanus, Gaudioſus Reatinus, Laurentius Tantianēſis, Ioannes Trapetanus, . Luminoſus Salernitanus, Sabbatius Buxentus, Ioannes Tarantinus, Ruſinus Sipontinus, Adeodatus Ametinus, Gaudioſus Capuanus, Bonicus Ferentinatę, Maurus Sinogallienſis epiſcopus, Mauroſua Anconitanus, Bonus Ficudenſis, Fortunatus Auximatæ, Thomacus Lunenſis, Bonicus Fetentiſpolimarcius, Maximus Trocalitanus, Paſchalis Blandanę, Luminoſus Marſorū, Glotioſus Camerinus, Decoratus Tiburtinus, Amabilis Hoſtenſis, Albinus Pottuenſis, Palumbus Fundanus, Theodoſius Contronenſis, Scholaſticius Fanenſis, Helias Lillibitanus, Aquilinus Aſiſinacus, Euſebius Attellanus, Martinus Centumcellenſis, Lubētinus Stabienſis, Maurus Senatæ, Leo Lucanns, Theodorus Roſellanus, Andreas Ydrontēſis. Iuſtus Tauromenitanus, Felix Panormitanus, Laurentius Tudeſtinus, Ioannes Carinenſis, Albinus Signēſis, Auguſtinus Squillacinus, Ioannea Regitanus, Barbatus Cumanus, Felix Tetracinenſis, Opportunus Anagninus, Firminus Bleiranus, Lobianus Firmabus, Anaſtaſius Namienſis, Theodorus Tyndaritanus, Sapientius Numentanus epiſcopus, Maximus Meſmatę, Gratioſus Nepeſinus, Leontius Neapolitanus epiſcopus, Paſchalis Termitanus, Opportunus Piſanus, Donatus Macianenſis, Bonoſus Alerinus, Petegrinus Lyparitanus, Boetius Cornenēſis, Videntinus Turtitanus, Luminoſus Bonenſis, Cteſcentius Libienſis, Stephanus Popilienſis, Gallioniſtus Hadrianenſis, Ioannes Vicoſabinatæ, Potentius Polenſis, Leontius Fabentinatę, Donatus Saſsinatæ, Ioannes Vnnogoritanus, Stephanus Dorenſis, Ioannes Gabopolitanus, Vuictoricanus Vzalenſis.

In ptima actione Martinus narrat, Gyrum ante annos octodecim, in nouem ſuis capitulis, unam in Chriſto uoluntarem & operationem, cum Acepbalis hæreticis aſſeruiſſe. Et Sergium in epiſtola ad Cytum, eundem errotem approbaſſe: & ſub nomine Imperatoris Heraclij edictum ſcripſiſſe, in quo unā uoluntatem Chriſti, iuxta Apollinaris hæreſin confeſſus ſit: idq́; foribus eccleſiæ affixiſſe, & epiſcopis ſuis obtruſiſſe. & eam ſententiam refutat teſtimonijs Baſilij, Cyrilli, Leonis, & Chalcedonenſis Synodi. Deinde commemorat, quomodo Pyrrhus idem edictum approbarit, & ad eius ſubſctiptionem epiſcopos ſuos partim blanditijs, partim ui adegerit: ſed poſtea pœnitēria ductus, obtuletit libellum Apoſtolicæ ſedi, in quo omnia ſua & ſuorum maiorum acta & ſcripta aduerſus ueram doctrinam & fidem dānarit. uerùm paulo pòſt, ut canis ad uomitū reuerſus, in eundem errotem reuolutus, ab officio remotus ſit. Tertiò exponit etiam, quomodo Paulus Pyrrhi ſucceſſot, in epiſtola ſua ad eccleſiam Romanam eundem errorem aſſeruetit, & ueram doctinam euertere conatus ſit: & Imperatori Conſtantino hortator extiterit, ut edictum promulgaret, neque unam neque duas in Chriſto uoluntates aut operationes eſſe confitendas. Et quàm impia ſit hæc ſententia oſtendit, ut quæ omnes ſanctorum Patrum definitiones, & neruos contra hæreticos tollat, & Chriſto uoluntatem & operationem, atque ipſam naturam & eſſentiam adimat. Accuſat etiam eum, qnòd altare ſedis Romanæ in domo Placidiæ deſtruxerit: & legatos ſedis Romanæ prohibuerit, iſthic ſacram Synaxim celebrate: ac eos cum alijs epiſcopis, qui eum monuiſſent de errore, inſectatus ſit uerberibus & exilio. Quartò indicat, multos pios à ſede Apoſtolica petijſſe auxilium, contra illos Conſtanrinopoleos hæreticos: quibus motis, anteceſſores ſuis per ſctipta & legatos illos ſtuduiſſe ab errore reducere. Sed omnia fruſtra fuiſſe. Quare ſe propter irreuocabilem eorum mentem, & propter animas quæ per eornm fallacem deceptionem pereant, & propter piorum preces, & propter metum iræ Dei, ob neglectū officium, conuocaſſe Synodum, ad controuerſiam illam dignoſcendam & dijudicandam. Poſtremò ergo hortatur Patres, ut ſuàs operas in timore Domini conferant, ad ueritatis inquiſitionem, & errorum refutationem & damnationem.

Secundo loco, legati Maurum Rauennaris epiſcopnm abſentem excuſant, & epiſtolam eius offerunt, in qua ſuam ſententiam exponit: quæ à Pattibus approbatur, & actis Synodi inſeri iubetur. Ea autem ſic habet:

¶ Domino ſancto, & meritis beatiſsimo, totoq́ue orbe Apoſtolico & uniuerſali pontifici, Matrino papæ, Maurus Seruus ſeruorū Dei, epiſcopus: Vnicū omnibus & ſin-

gulare

gulare eſt redemptoris Dei & Domini noſtri IESV CHRISTI conceſſum remedium, ad animarum noſtrarum ſalutem, ut ea quę per Apoſtolorum prædicationem percepimus, & Patrū doctrina proculdubiò teneamus. Ergo quia Apoſtolatus noſtri præceptionibus admonitus, ut pro his quæ aduerſum eorum doctrinam cōmentata ſunt, debeant ad ſanctam & Apoſtolicā eccleſiam, noſtramq; præſentiam referri: & uoã cum cæteris epiſcopis, qoæ de his Patres præcipiunt, debeant terminari: meq; etiam præparatum, dum ab exercitu & plebe huius ciuitatis, uel etiam Pentapolitanorum detinerer: proin certis Gentiliū incurſionibus, & non ſe habenribus, præſentia excellentiſsimi Exarchi, ad hanc ſuggeſtionis meæ ſatisfactionē uenire compulſus ſum. Quod cum ſummo mœrore ſatisfaciens, ſupplico: ut me nō ſicut abſentem, ſed ut præſentem & feſtinantem ſuſcipere Apoſtolatus ueſter dignetur. Nam in his quæ mouentur, & contra Patrum orthodoxorum decreta proponuntur, me non aliter ſentire profiteor, niſi quomodo ſancta ueſtra Apoſtolica doctrina & orthodoxa teoet Eccleſia: & omnē nouitatē repellens atq; reſpuens, nō ſolùm ecthesin, quæ à Pyrrho Conſtantinopolitano epiſcopo defendebatur, abijcio: quippe quia ut hæretica, de ædibus Conſtantinopolitanæ eccleſiæ eſt depoſita: ſed & quæ ad eiuſdem defenſionem nouiter conſcripta ſunt, omnimodò nec conſentio, nec ſuſcipio, ſed cum anathemate repello. Sed & duas operationes, duasq; uoluntates profiteor: & Deum & hominem, Dominū noſtrum IESVM Chriſtum, per Spiritum ſanctum in utero uirginis conceptum & natū, in duabus naturis uerum Deum & hominē, in una perſona utraq; operantem quæ deitatis & humanitatis ſunt, tenere me profiteor. Nec aliud quàm quod ſanctas quatuor uniuerſales Synodos inuenimus prædicaſſe, & quintam ſub pię memoriæ Iuſtiniano, ſuſcipere: ſed ſolam fidem à Patribus conſtitutam, per quam uerum Deum, uerumq; hominem, totum in ſuis, totum in noſtris prædicauerunt, omni conſtantia profiteri: ad quod hanc ſatisfactionis meæ ſuggeſtionem, per conſamulos meos Maurum Ceſenate epiſcopū, & Deuſdedit presbyterum dirigere non omiſi: eosq; uice mea, ut quicquid aduerſum ecthesꝭos, uel alia conſcripta, ad eius defenſionem nouiter commentata deſcriberent, me ſine dubio eſſe conſeruaturum. Et ſubſcriptio: Ora pro me Domine ſancte, & meritis beatiſsime, totoq; orbe Apoſtolice papa.

Tertiò Patres Synodi petūt, ut legitimus inſtituatur proceſſus, & unus aut plures cōſtituantur actores, & producantur teſtimonia contra accoſatos.

¶ In ſecunda actione Stephanus Dorenſis epiſcopus primus, ſanctę Synodi ſub Hieroſolymitana Patriarcha ſede, offert libellū, in quo Theodorum Faraoitanæ eccleſiæ epiſcopum, & Cyrum Alexandrinum, & Sergium Conſtantinopoleos, & ſucceſſores eius Pyrrbum & Paulum, accuſat turbatores Eccleſiæ, & aſſertores opinionis Apollinaris & Seueri, in eo quòd unam uoluntatem & unam operationē diuinitatis & humanitatis in Chriſto docuerint, & ſcriptis euulgauerint: & Imperatores in errorem adduxerint, ut decreta contra fidem promulgarint.

Secundo loco offertur & legitur libellus abbatum & monachorum in Africana prouincia, in quo eodem modo accuſantur hæreſeos illi quos ſuprà nominauimus.

Tertiò recitatur ſuggeſtio Cyri Cyprenſis archiepiſcopi, ad Theodorum papam.

Quartò recitatur ſcriptū ex præſidis Concilij Columbæ Numidiæ, & Stephani præſidis Concilij Byzanceni, & Reparati præſidis Concilij Mauritaniæ, in quo accuſant autores nouitatis: & hortantur Theodorum pontificem, ut contra commenta nouitatis ſuo fungatur officio: tranſmittunt ſuum libellum, quem contra Paulum Imperatori miſerint: & Synodi eam epiſtolam, qua Paulum hortati ſint, ut ab errore Sergij recedat.

Quintò recitatur ſcriptum Stephani, & Concilij Byzanteni, in quo Patres Conſtantino Auguſto ſupplicarunt, ut Paulum iubeat ab errore diſcedere, & ſcandalum remouere.

Sextò recitatur ſcriptum Patrum Concilij, & Proconſularis prouinciæ ad Paulum: in quo indicant ſe mirari, cur Paulus errores, qui in Conſtātinopolitanam eccleſiam irrepſerūt, de una uoluntate & operatione in Chriſto, non damnet & tollat: & oſtendunt, ſe cum uniuerſa Eccleſia ſentire & cōfiteri, duas in Chriſto naturas, & duas nolūtates & operatiooes. & hanc ſentētiam confirmant Ambroſij dicto, ſuper textum: Cùm eſſet in forma Dei, non arbitratus eſt rapinam: Philip. 2. Et Auguſtini aduerſus Arianos.

Septimò, Victoris epiſcopi Carthaginenſis Synodica ad Theodorum papam legitur, in qua ille ſuam ordinationem indicat, & nouam illam adinuentionem accuſat: & petit, ut à ſede Apoſtolica damnetur.

Octauò, inſtituitur paraſceue ad actionē tertiam, per Martinum indicantem, oportere cognoſci ſcripta accuſatorum: ut manifeſtum fiat, eos erronea affirmaſſe.

¶ In actione tertia, cùm ijdem epiſcopi conſediſſent, ex libro Theodori Farantini epiſcopi leguntur loci, in quibus aſſerunt, nnam unius eiuſdemque Chriſti operationem: & omnia quæ in humanitate Chriſti dicantur, oportere unam operationem ſcire: opificem autem eius, & creatorem, Dominum uerbum. Verba ipſa ſubijcimus:

Theodori epiſcopi Farentini, de ſermone, ſcripto ab eo ad Sergium:

Quicquid igitur ſcribitia dixiſſe aut operari Dominum, per ſenſum & intellectum & ſenſibilia & dixit, & operatus eſt. Et hęc ita, utpote de toto, atque unius una operatio uerbi intellectus, ſenſibilis & organici corporis, omnia dicenda ſunt eiuſdem de eodẽ uerbo. Ergo quia præcipuè per quandam diuinam & prudentiſsimam diſpenſationem, ſomnum & laborem, eſuriem & ſitim ſuſcepit quando uoluit, quammaximè meritò, & in his motum & quietem ualidiſſimę & prudantiſsimę operationis uerbi applicamus, ac per hoc unam unius eiuſdemq; Chriſti operationem fatemur. Eiuſdem de eodem uerbo: Sufficienter, nt arbitror, per requiſitionem ſermo nobis aperuit: quoniã omnia quę ſcribuntur de Domino Chriſto, ſiue de Deo, ſeu animæ ſeu corporis, ſiue utriuſque, animæ dico & corporis, ſint, ſingulariter ac indiuiſè agebatur, incipientes quidem, ac ſi de fonte ſapientię uerbo & bonitatis uel uirtutis, mediante intellectuali anima & corpore procedentes. Et proptetea una operatio totius, ſicuti de uno eiuſdem Saluatore noſtro, hæc omnia exiſtunt atque dicta ſunt. Eiuſdem, de eodem uerbo profecto: Habemus in his luculenter, quomodo opus Dei eſt omnia, quanta in Chriſto audimus & credimus, ſiue diuinæ naturæ adperrinent, ſiue humanæ: & propterea una operatio hæc diuinitatis eius & humanitatis piè nominata ſunt. Eiuſdem de eodem uerbo: Vt eſſet omnis incarnatio ab initio uſque ad finem, & quantacunque parua & magna eius ſunt, una ſecundum ueritatem altiſsima & diuina operatio. Eiuſdem, de ſermone quem fecit in interpretationibus paternorum teſtimoniorum: Diuina uerò uoluntas, quod eſt ipſius Chriſti: quoniam ipſius uoluntas una eſt, & hæc diuina. Eiuſdem de eodẽ ſermone: Per hæc igitur ſine quadam difficultate docemur, quoniam omnia quæ ſalutiferæ diſpenſationia ſunt, ſiue diuina ſeu humana, de ſaluatore noſtro Chriſto dicuntur. Initiũ quidem à diuinirate, utpote permiſſum, & exordium accipiebat: Mediante autem intellectuali & rationali anima miniſtrabatur à corpore, ſiue mirificam quandam dixeris uirtutem, ſeu naturalem quendã hominis motum: id eſt, ueluti cibi deſideriũ, ſomnum, laborem & dolorem, participationem, triſticiam & aſſlictionem, quæ paſſiones ſecundum uſitationem nominum ex conſuetudine nuncupantur: ſpecialiter autem naturalis motionis propria, per animatum & ſenſibile animal exiſtunt, ſed ipſæ, quæ ſpecialiter ſunt & dicuntur paſsiones, utpote crux, mortificatio, fixuræ, liuor, cicatrices, ſputa, colaphus: omnia hæc rectè & meritò una eiuſdemque unius Chriſti operatio nominabitur. Eiuſdem de eodem ſermone: Intelligitur ergo à nobis modis omnibus, omnia quæ ſunt humanitatia Chriſti ſaluatoris, diuina & ſalutifera ſecundum ueritatem operatio. Eiuſdem de eodem ſermone: Ex his namque omnibus, atque ſimilibus, bene & maximè iuſtè una Dei operatio cuncta propria humanitatis credatur atq; dicatur. Eiuſdem de eodem ſermone: Quoniam noſtra quidem anima non eſt tantæ uirtutia, ut & naturales corporis proprietates à ſe, uel ab eo proijciat: ſed neque domina tantùm uiſa eſt rationalis anima proprij corporis, ut cohærentia ſibi & coniunctæ rumidam molem, quod Græci dicunr ὄγκον atque defluxionem uel colorem obtineat, & fotis hæc conſtituat eum aliquando. Quæ omnia in diſpenſatione ſaluatoris noſtri IESV Chriſti & dicta & facta ſunt, in diuino & uiuifico corpore exiſtunt. Nam ſine tumore, & (ut ita dicatur) incorporaliter, ſine diſtinctione proceſsit ex utero, & ſepulchro & ianuis, & cùm ſuper ſolum maris deambulat. Eiuſdem de eodem ſermone: Oportet igitur ita ſapere & dicere nos, omnia quæ in incarnatione Saluatoris dicũtur eſſe, unum ſcite operationem. Huius aũt opificem & creatorem Deum uerbum, organum uerò humanitatem. Conſiſtere ergo quæque uelut de Deo, aut humanè de ipſo dicuntur, omnia una operatio eſt uerbi diuinitatis.

¶ Deinde Martinus papa, ex ijs quæ lecta ſunt, colligit errores, & refutat eos autoritate & teſtimonijs Patrum, in hũc modum inquiens: Age ergo nunc compendiò hoc faciamus, per comparationem dogmatum iſtius, atque catholicæ Eccleſiæ prædicationum, & ordinabilirer diſtinguamus. Ita Theodorus Farenitanus quidã epiſcopus dixit: Incorporaliter ex utero proceſsit Dominus. Cyrillus glorioſus Alexandrinus epiſcopus dixit: Corporaliter ex uirgine natum fuiſſe Dominum. In primo enim de duodecim Capitulis ab eo compoſitis, ad Neſtorium, & Synodalem eius epiſtolã, ſic ait: Quiſquis non confitetur Dominum eſſe ueraciter Emanuelem, & propterea Dei genetricem ſanctam uirginem, genuit namque

que

que carnaliter carnem factum ex Deo uerbum, anathema ſit. Et iterum theologus Gregorius ad Didonium ſcribens ait: Quiſquis ueluti de fiſtula per uirginē rranſiſſe, non autē in eam plaſmari diuinè paritetq; humanè, dicit: diuinè quidem, quoniā ſine uiro: humanè autem, quia ritu parienris genuit, ſimiliter ſine Deo eſt. Theodorus Farenitanus epiſcopus dixit, Corporalem magnitudinem non habuiſſe ſecundū carnem Dominū, ſed abſq; mole, & incorporaliter eum ſuper mare deambulare. Dionyſius egregius, & molem carnalē habere eum ſecūdum carnem, prędicat, & pondus corporeum, & cum mole & pondere corporeo incedere ſuper aquas, non infuſis pedibus. & hoc in opuſculis eius de Diuinis nominibus docēs ait: Ignoramus qualiter de uirgine is alia lege præter naturalem formabatur, & qualiter non infuſis pedibus, corporalem molem habentibus, & materiale pōdus, deambulat humidam & inſtabilem ſubſtantiam. Atq; iterum in epiſtola eius ad Caium ſcripta ait: Et ſupra hominem operabatur quæ hominis ſunt: & hoc oſtendit uirgo ſuper naturam pariens, & aqua inſtabile terrenorū & materialium pedū ſupportās pondus, & non obediens, ſed ſupernaturali uirtute ſine diffuſione conſiſtens.

Theodorus Farenitanus epiſcopus dixit: Quoniā Dominus propriū corpus de cohęrentibus eidē corpori, id eſt, defluxionis & coloris foris conſtituit. Item ſanctus Baſilius, non ſolùm defluxionē ex lachrymis habuiſſe corporaliter perhibet Chriſtū, ſed etiam ex nutrimētis ſolidis & humidis digeſtionem & conſumptionē, & ex itineribus neruorū extenſionē, ita in ſermone de gratiarū actione docens: Sicut ergo ſuſcepit eſuriem Dominus de ſolido cibo, digeſto ab eo: & ſitim adſumpſit, humiditate quæ in corpore eius erat cōſumpta, & fatigat⁹ eſt, muſculis & neruis ex itinere diſtenſis: non utiq; deitate ex labore fatigata, ſed corpore quę natura ſequūtur paſsiones ſuſcipiente: ita & lachrymas admiſit, naturalem paſsionem carni ſuperinduci permittens.

Theodorus Farenitanus epiſcopus dixit: Abſq; naturalibus corporis proprietatibus, ut hominē factū fuiſſe Dominū, & has naturales eius proprietates à ſe abijcere.

Sancta & uniuerſalis Chalcedonēſis Synodus, in ſua definitione prædicat, nunquā ſublata differētia naturarū propter unionē, magis aūt ſaluam diminuta proprietate utriuſq; naturæ, in unam perſonā atq; unam ſubſiſtentiā concurrentem. His itaq; nobis opportunè declaratis, ut diſſentiēs ille ſanctis adprobatus, ac paternis ac Synodalibus definitionibus apertiſsimè cōtradicens, ab his rationabiliter condemnatur, eo quòd nullā habeat cum eis cōmunionem, apertā autē per proprios ſermones alienationem.

¶ Tertiò profertur ſeptimum Capitulū Cyri Alexandrini, quod ſic habet:

Si quis unum Dominū noſtrum IESVM Chriſtum, in duabus dicens uideri naturis, non cōfitetur hūc unum eſſe Trinitatis, qui ante ſecula à patre natus eſt Deus uerbum: in ultimis aūt ſeculi tēporibus, eundem incarnatum, & genitum de ſancta & immaculata Domina noſtra Dei genitrice, ſemperq; uirgine Maria, ſed alium hūc ſcit, & alium: nō enim unū eundemq; (ſecūdum ſapientiſsimū Cyrillum) in deitate perfectū, & humanitate perfectū: eundem & ſecundū hoc tantūmodò in duabus naturis exiſtentem, ipſum paſsibilem & impaſsibilem, ſecundū aliud & aliud, ut prędictus ſanctæ memorię Cyrillus aſſeruit, patienrem quidē humana carne, eo quòd homo eſt: manentem aūt impaſsibilem, ut Deū, in proprijs paſsionibus carnis, & eundē unum Chriſtū & unum filium, operantem Deo decibilia, & humana una Dei & uiri operatione. Securi rum beatum Dionyſiū, per contemplationem tantummodò diſcernens ea ex quibus unitas facta eſt, & hęc intellectualiter conſiderans incōuertibilia & inconfuſa, poſt eorū naturalem & ſubſtantialē unitatem manētia, & in his indiuiſe & inſeparabiliter unum eundemq; Chriſtū & filium, cognitum ex hoc, quòd ea quæ ab inuicem incōfuſe conuenerunt, per intellectū conſiderat, ueracē eorum contemplationem faciens. Non enim fantaſia falſa & inanibus ſenſus functionibus, nullatenus autem diuidit, utpote iam intenta in duabus partitione, propter ineffabilem & inconfuſam & incomprehenſibilem unitatem, dicens ſecundum beatum Athanaſium mox caro, mox Dei uerbi caro, mox caro animata intellectualis, mox Dei uerbi caro animata intellectualis: ſed in diuiſione pro parte huiuſmodi ſuſcipit nocē, anathema ſit.

¶ Exēplar epiſtolæ ſcriptæ à Sergio quodam præſule Conſtanrinopolitanæ eccleſiæ, ad Cyrum præſulem eccleſiæ Alexandrinæ, in qua laudat eum pro una operatione, & confirmat eam quaſi pro unitate Acephalorum hæreticorum. Sacras ſyllabas ueſtræ à Deo honorādæ ſanctitatis ſuſcepimus, per grariā diuini Spiritus & Deo placitum ſtudiū à Deo cōſeruandi & ſereniſs. noſtri Principis atq; diuina inſtitutiōe, nec nō totius orthodoxę plena ſacratiſsimę ueſtræ beatitudinis, adnunciātes factū in Alexandrinā Chriſti dilectā magnam ciuitatē, & in omnes regiones eius: uidelicet qui prius dicebantur Theodoſiani, in catholi-

cam atque Apoſtolicam atq; orthodoxam Eccleſiſticam unitatem, pro quibus ſpirituali atque ineffabili gaudio repleti, gratiæ laudes, omnipotēti Deo, & ſaluatori noſtro IESV Chriſto, ex toto corde retulimus: quoniam tandem aliquādo cooperatione diuina, medio pariete diſcordiæ abſtracto, per quem prius cōmunis omniū inimicus è fratribus fratres ſeparare ſtuduit, coniuncti & cōparticipes paruerunt, & facti ſunt omnes unum labium, & una lingua, bonam cōfeſſionem & glorificarionē, ur oportet, glorioſæ atq; uiuificæ Trinitati celebrātes: & prędicatur ab omnibus cōſonanrer unus Dominus, una fides, unum baptiſma. .Dicta enim oſtendētes eis uenerabiliū & uniuerſalium ſanctarum Synodorū, per gratiā ſancti Spiritus cōuenerunt, & unam eandemq; orthodoxam fidem definientiū: id eſt, Nicenam, Conſtanrinopolitanā, Epheſinsm primā, & Chalcedonenſem: atq; iterū Conſtantinopolitanam, ſub temporibus diuæ memoriæ Iuſtiniani cōgregstsm, ſanctam quintam Synodum: atq; omne ſcandalū de medio per ess, ſicut aliquas perras à ſemita iactantes, apertam & nimis facilem, uel Deo amsbilē unitatem tranſitū effeciſtis: pro qua re multa ueſtrę profectioni ſacræ, rum apud Deum rum omnes homines merces & laus repoſita eſt. Aſſeruiſtis igirur in Capitulis quæ ad ipſos facta ſunt, cōfiteri (bonū eſt enim, ut Ipſis ſacris uocibus ueſtris nramur) Patrē & Filium & Spiritū ſanctum, Trinitatem conſubſtantialem, unā Deitatem in rribus ſubſtanrijs: ipſum aūt unum de ſancta Trinitate Deum uerū, qui ante ſecula ex Parre genitus eſt, deſcendere de cœlis in ultimis diebus, & incarnari ex Spiritu ſancto & domina noſtra ſecundum uerirate Dei genitrice ſemperq́ue nirgine Maria, carnem aſſumentem ex ipſa, nobis conſubſtantialem, animatam anima rarionali & intellectuali: eandemq́ue ex ipſa conceptione unire ſibi unitate naturali & ſubſtanriali: & ita narum ex ipſa unum exiſtentem, inconfuſum, indiuiſum, perfectum in Deitate, perfectumq́ue in humanitate: eundemq́ue paſsibilem & impaſsibilem, ſecundum aliud & aliud, quomodo beatus Cyrillus adſeruit: patientem qnidem humaniter carne, quia homo: manentem autem impaſsibilem eundem, quomodo Deum in paſsionibus ſuæ carnis. Atque eundem unum Chriſtum operati Deo decibilis, & humans, una operatione. Quia omnis diuina & humana operatio, ex uno eodemq́ue incatnato Deo uerbo procedebat. Secundum bunc pium intellectum, & Leo ſanctæ memoriæ Romanus archiepiſcopus ſapuit & docuit, dicens: Operatur utraque natura cum alterius communione, Vnde & ex duabns naturis, id eſt diuinitate & humanitate, unum Chriſtum uenerari cōuenienter docuiſtis: & unam naturam Dei uerbi incstnatam, ſecundum beatæ memoriæ conſeſsi eſtis Cyrillum: unamq́ue ſubſiſtenriam cōpoſitam, quæ eſt ipſe Dominus noſter IESVS Chriſtus: unus de ſancta & cōſubſtantiali Trinitate, ſimiliter autem & in duabus naturis eundem confiteri prædicantes. Non alium & aliū eum eſſe aſſeruiſtis, ſed unum eundemq́; ſecundum ſapienriſsimnm Cyrillū: contemplarione tantùm diſcernētes ea ex quibus unitio ſacta eſt, & hæc per intellectum conſiderantes, incōuertibilia & inconfuſa poſt eorum naturalem & cōſubſtantislem unitatem permanentia, ueracem eorum uiſionem exponētes. nou enim phantaſiam ſalſsm, & inanibns ſactionibus mentis urique interempta in duas diuiſiones, proprer ineffabilem & inconfuſam atque inclrcumſcriptam unitatem. Hęc piè & nimium * acribioſiua exponentes, omnes ſeqnenter impiornm hęreſium anctores, anathemati ſubmiſiſtis. Cum quibus & omnes contradictores dnodecim Capitulorum ſapientiſsimi & sdmirabilis Cyrilli: quos minimè pœnitentes, ſed in eodem uſque in finem permanentes errore ſimilibus execrationibus cōdemnaſtis. Igirur bsnc ueſtram orthodoxam relegentes doctrinā, per quam gloriæ beneplacitum eſt Domino, tantorum ſratrum noſtrorum unitionē diſpenſare, ipſius benignitatem glorificauimus. Laudauimus sutem & ueſtram ſacratiſsimam ſanctitatem, in tali mirifico, & ultra omnem ſpem inrercedere dignatam negocio, tam per grariam ſancti & uiuifici atque electione & doctrina à Deo ſapientiſsimi, & ueraciter pacifici magni Imperaroris, qui ſanctificarum eius cor in msnu Dei hsbet, & ab ipſo ſecūdum ueritatem in omnibus actionibus ſuis ducitur & gubernatur: quem ſuper omnes ſolus potens Deus in amplius exaltet, ſaluet, conſeruans eum in firmamentum ſanctarum Dei eccleſiarum, & immaculatæ Chriſtianorum fidei: commodans ei longinquitatem temporū, multirudinem pacis, & omnium hoſtilium gentium ſubiugationem in filios ex filijs regalem ſuccedentem imperium. Donet autem & ruæ ſanctæ & ſactæ charitati abūdantius ſusm gratiam in labijs, & uerbum in apertione otis, per quem & quod ſortaſsis reſiduum eſt, eorum qui nobis ſtultè & ineptè contradicunt, ſaluetur: ueſtigia ſequentes nuper nobis adunatis dilectiſsimis filijs noſtris, quos uidelicet per uos beatiſsimos, ſpiritalibus brachijs amplectentes, & oſculo ſancto ſalutantes oramus, hos omnium bonorum ex Deo percipere iucunditarem.

Et ſub-

Et ſubſcriptio: Saluus in Domino, ora pro nobis reuerendiſsime frater.

Quartò, confertur teſtimonium Dionyſij à Cyro adductum in ſeptimo Capitulo, & demonſtratur ab eo eſſe corruptum: & pro, Nouam quandam Domini uirilem operationem, unam eſſe ſcriptum.

Quintò, Themiſtij hæretici, præceptoris Sergij & Cyri, codex profertur: & demonſtratur eos inde hauſiſſe ſuum uitium.

Sextò, profertur ecthesis ſeu decretum Heraclij, Sergij conſilio ſcriptum, in hunc modum: Expoſitio orthodoxæ fidei, facta ab Auguſto & pijſsimo noſtro Domino magno Principe Heraclio, propter emerſam ab aliquibus altercationē, pro requiſitione operationis, cōſonans in omnibus ſanctis & uniuerſalibus quinq; Concilijs. Quam cum multa ſatisfactione & gratia exceperunt Patriarchicis ſedibus præſules, & gratanter ei conſenſerunt, utpote pacem ſanctis Dei eccleſijs inferente.

¶ Credimus in Patrem & Filium & Spiritum ſanctū, Trinitatem cōſubſtantialem, unam Deitatem, ſiue naturā & eſſentiam, uirtutemq; & poteſtatem in tribus ſubſtantijs ſiue perſonis cognoſcētes, uniuſcuiuſq; ſubſtantiæ familiaritatē, unitatem in Trinitate, & Trinitatē in unitate: unitatem quidē ſecundum eſſentiæ ſiue deitatis rationē, Trinitatem aūt ſecundū ſubſtantias ſiue perſonas. Nec enim unum ſecundū eſſentiam cōfitentes, à perſonarū differentia excedimus: neq; aūt Trinitatem perſonarū confitentes, unā deonegamus Deitatem. Vnus Deus pater, unus Deus filius, unus Deus ſpiritus ſanctus, unus hæc tria Deus in eadem & immutabili Deitatis ratione. Nam perſonarū differentia Deitatis, ſiue eſſentiæ non infert diuiſionem. Vnam igitur confitemur Deitatem, familiaritates inconfuſas ſeruantes, & nō in unam perſonam tribus nominibus nuncupatam adhærentes, hæc tria ſecundū Sabellionem. Neq; autē in tres eſſentias unam Deitatem diuidētes, aut extraneantes à Patris eſſentia Filium aut Spiritū ſanctum, ſecundū inſaniam Arij. Vnū enim eſt in tribus Deitas, ut dicit Magnus Gregorius in Theologia: & tria unum, in quibus Deitas, ſiue, ut ueriſsimè dicatur quæ Deitas. Confitemur aūt, unum ſanctæ Trinitatis unigenitum filium Dei Dominū uerbum, à Patre progenitum ante omnia ſecula, lumen de lumine, ſplendorem gloriæ uultus paternæ ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt: in extremis diebus, propter nos, & propter noſtram ſalutem deſcendere de cœlis, dignatū; in intacto utero ſanctiſsimæ Dei genitricis & ſemper uirginis Mariæ habitare: & ex ea conglomerantem ſibi carnem, in una ſubſtantia animam habentem rationalem atq; intellectualem, natum eſſe ab ea, & ſemper manentem perfectum Deum, eundemque perfectum fieri hominem, inconfuſè atque indiuiſè, conſubſtantialem Deo & Patri ſecūdum Deitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ſecundum humanitatem: & per omnia ſimilem nobis, ſine peccato. unde & duas natiuitates eiuſdem unigeniti Dei uerbi confitemur: unam ante ſecula à Patre, ſine tempore & incorporaliter: alteram ipſius in extremis diebus, à ſancta intactaque Dei genitrice & ſemper uirgine Maria, cum animato intellectualiter eius corpore. Quapropter ſanctam & nimis laudabilem ſemper uirginem Mariam, rectè & ueraciter Dei genitricem prædicamus. Non quia Dei uerbum initium ab ea accepit, ut eſſet: ſed in extremis diebus incarnatus, ex ea immutabiliter homo factus eſt, et paſsionem pro nobis ſpontaneam carne ſuſtinuit. Compoſitū autem Chriſtum glorificamus, ſanctorum Patrum ſequentes doctrinam, pro myſterio quod in Chriſto eſt per compoſitionem unitio, & confuſionem & diuiſionem eijcit, & ſeruat quidem in utraque natura proprietatem, unam autem ſubſtantiam & unam perſonam Dei uerbi cum animata intellectualiter eius carne oſtendit: neque coæternitate nobis pro ſancta Trinitate introducta, abſit. neque enim quartæ perſonæ additamentum ſancta Trinitas ſuſcepit, & incarnatum uno ex ea Deo uerbo. neque enim alter erat qui miracula operabatur, ſicut Deus: alter autem quàm ipſe, qui paſsiones ſuſtinuit: ſed unum eundemque filium confitemur, Deum ſimul & hominem, unam ſubſtātiam, unam perſonam, paſsibilē carne, impaſsibilem Deitate, perfectum deitate, & perfectum eundem humanitate: & ipſius miracula & paſsiones, quas ſponte ſuſtinuit corpore. Vnde & ex duabus naturis unum CHRISTVM confitemur, unum filium, unum Dominum, unam perſonā, unam ſubſtātiam compoſitam, & unam naturam Dei uerbi incarnatam corpore animata intellectualiter, ſicut Cyrillus magnus ſapuit & docuit, & in duabus naturis eundem eſſe glorificantes, ut in Deitate & humanitate, unum Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, uerum Deum cognitum eſſe confitemur: differentiam per hunc modum ſolum ſignificantes naturarū, pro quibus inconfuſè ineffabilis unitas facta eſt. Nec enim Deitas tranſmigrauit in carnem, neq; caro in Deitate tranſmutata eſt: ſed in proprietate naturali, & pro uniuſcuiuſque ſubſiſtentiæ unitate utrumque permanſit: unde unū ſcimus filium Dominum noſtrū IESVM Chriſtum ex initium non habente

Patre, & ex intacta matre, eundem ante ſecula, & in extremis diebus conſtitutum impaſaibilem atque paſsibilem, uiſibilem & inuiſibilem, unius aiuſdemque miracula & paſsiones prędicamus: & omnem diuinam & humauam operstionem, uni eidemque incarnsto Deo uerbo tribuimus, & unam ei offerimus uenerstionem, ſponte & uera-eiter propter noa crucifixo carne, & exurgenti ex mortuis, & in cœlos aſcendenti, & reſidenti in dextersm Patris, & itarum uenienti iudicare uiuoa & mortuos. Nullo modo concedentes alicui ex omnibus unam usl duas dicere ſiue docere operationes, in diuina Domini incarnatione: ſed magis, ſicut ſanctæ & uniuerſales tradiderunt Synodi, unum eundemque filium uoigenitum Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, uerum Dominum confiteri, opetsri diuina & humana, & omnem Deo congruá & bomini operationem, ex uno sodemque incarnato uerbo indiuiſe & ioconfuſè procedere, & in unom aundemque ſortire: eo quòd unius quidem operstionis uox, licet ab aliquibus Patribus dicta eſt, tamen turbat extraneas quorundam aures, arbitrantium io interitũ eandem prolatsm eſſe duarum naturarum, quæ in uns ſubſiſtentia unitæ ſunt in Chriſto Domino noſtro: ſimiliter autem duarum operstionum uocem multos ſcandalizare, utpote à nemine dictam ſanctorum & prætipuorum Patrum. Sed & ſequi in eo, ut duas confiteamur uoluntates contrariè sdinuicem ueoientes: Deo quidem uerbo uolente ſaluberrimam paſsionem explere: incarnationem sutem in eo factam, obuiam euntem ipſius uoluntati, oppugnante: & exinde duo contraria uolentes introduci, quod impium eſt & extraneum Chriſtianici dogmatis. Si enim inſanus Neſtorius, licet diuidens diuinam Domini noſtri humanitstem, & introducẽs filios, duas uoluntates iſtorum dicere non aoſus eſt: econtrariò autem conſonsntem uoluntatem, in eo formatis duabus perſonia, confeſſus eſt: quomodo poſsibils eſt, orthodoxam confitentes fidem, & unum filium Dominum noſtrum IESVM Chriſtũ uerum Deũ glorificantes, duas, & haa contrarias uoluntates in eo ſuſcipere? Vnde ſanctoa Patres in omnibus, & in hoc ſequẽtes, unam uoluntatẽ Domini noſtri IESV Chriſti uerisſimi Dei confitemur, utpote in nullo tempore animatæ + intellectualiter eius corporis ſepsratæ, & ex proprio impetu cõtrario motui unito ei Dei uerbi in una ſubſtantia naturalem eius producere motionem: ſsd quando, & qualem, & quanta ipſe Deus uerbum uoluerat, hęc pietatis dogmata tradiderũt nobia, qui ab initio præſentaliter uiderunt & miniſtri uerbi facti ſunt, eorumq; diſcipuli & ſucceſſores, quiq; ſequentes à Deo inſpirati eccleſiæ doctores, id eſt ſanctæ & uniuerſales quinq; Synodi beatorum à Deo ſuſceptorũ Patrum: id eſt, qui in Nicæam, & in hanc Regiam ciuitatem, nec non in Epheſum primùm, & in Chalcedona, & iterum in Conſtantinopolim io quinto congregati ſunt Concilio. & hæc in omnibus ſequentes, & diuina eorũ ſuſcipientes dogmsta, omnes quos exceperunt excepimus, & quos eiecerũt eijcimus, & anathematizamus: præcipuè Noustom, Sabellionem, Atium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Origenem, Euagrium, Didymum, Theodorum Mopſueſtium, Nsſtoriom, Eutychea, Dioſcorum, Seuerum, & impia cõſcripta Theodori quæ contra rectam fidem & Epheſinsm primam Synodum & duodecim Capitula ſancti Cyrilli, & quanta pro Theodoro & Neſtorio conſcripſerunt, & nuncupatam Ibæ epiſtolam. & hortamur omnes Chriſtianos, ſic ſapere, & ſic glorificare, nihil addentes his, nihil ſubtrahentes, nihil tranſmutantes ſecundum quod ſcriptum sſt, definitiones æternales quas à Deo inſpirati Eccleſiæ ſacerdotes ad ſaluté cunctorum prefixerunt. Et ſubſcriptio Principis: Heraclius fidelis in Ieſu Chriſto Deo Princeps ſubnotauit.

Septimò proferũtur ſcripta & acta, quibus probatur, Sergiũ & Pyrrhũ & Cyrum, illud Imperatoris edictũ approbaſſe, defendiſſe, & diſſeminaſſe, aliosq; ad aſcenſum excitaſſe.

¶ In quarta actione Martinus, poſt longam præfationẽ, in qua damnat Cyrũ, Sergium, Pyrrhũ, ob probatá ecthesin Heraclij, indicat ex collatione Canonũ quinq; Conciliorũ uniuerſalium, demonſtrandum eſſe, uaná eſſe profeſsionẽ iſtiua ectheſeos, quod uelit ſanctorũ Conciliorum uniuerſaliũ decreta ſalua & incorrupta. * Deinda Benedicti Aracenſis epiſcopi, & totius Synodi hortato etiá inquiritur de ijs, ob quæ Paulua erat accuſatus. ac profertur primùm eius epiſtola ad Theodorum, in qua confitetur ſe cum ſuis, uná tantùm, & nõ duas uolũtates & operationes in Chriſto docere. Secũdò proponitur typus Imperatoris Conſtãtini, perſuaſu Pauli contra fidem Catholicá promulgatus: in quo prohiberor, ne quis ſiue unam ſiue duas in Chriſto dicsr uoluntates & operstiones: quem ſuprà adſcripſimos. Patres uerò reſpondent, illum Typum ſanè bonũ intentum habere, ſed uirtutem in-tenrui contrariam. Nam diſſenſiones & altercationes pro cauſa fidei cohibere, omnibus timentibus Deum aſſe deſiderabile: ſed nõ eſſe utile, orthodoxorum Patrum dogmata & uerba cum malo deſtruere, boc

eſt,

eſt, uera & falſa dogmata ſimul damnare: ſed oportere oers probari, & falſa & impia ſola reprobari & damnari.

Porrò nr oſtendarur, Typum illum & opinionem Cyri, Sergij, Pyrrhi & Pauli, de una uoluntste & operatione Chriſti, pugnare cum Decretis & Canonibus quioq; uniuerſalium Synodorũ: proferunrur Symbolum Nicęnum, Symbolum ſeu Canones apud Epheſum à ducentis epiſcopis conſcriprnm, & definitio Chalcedoneoſis Synodi, item definitio Quintæ Synodi. Er Maximus epiſcopus Aquileienſis pronunciar ſeotentiam, Cyrum, Sergium, Pyrrhũ, Paulum oppugnaſſe doctrinam in Concilijs quinque aſſertam, de duabus in Chriſto naturis, uolunratibus & operarionibus: ideoq; eos iure damnari & deponi, iuxra Canonem Chalcedonenſis Synodi: Si quis præſumpſerit, contraria his quæ à nobis piè ſtatura ſunt, credere, aur docere uel ſcribere, ſiquidem epiſcopus fuerit, aur in clero connumeratus, hic ur alieoa à ſacerdotibos & Eccleſiaſticæ diſciplinæ peragens, denudabirur ab epiſcoparo uel clericaru: ſi aurem monacbus uel laicus, aoachematizabirur.

¶ In quinta actione, primùm Patrũ rogatu relegitur Canon Chalcedonẽſis Synodi, quo damnanrur omnes qui cootra decreta quaruor Synodorũ doceanr: & noo omnia uerbo & mente ſuſcipiant, quæ in Synodis cõtra hęreſes ſunt expoſita. Deinde proferuntur Patrũ teſtimonia, de naturalibus operationibus Chriſti. Tertiò, Synodus pronunciar, Cyrum, Sergiũ, Pyrrhum & Paulũ, in ſcriptis & ſine ſcriptis ſanctos Patres & quinq; Concilia uniuerſalia per calumoiã ſuæ impiæ opinionis aſſeruiſſe patronos: ac falſum eſſe quod dixerint, eos nihil definitiuè de uolunrsribus & operationibus Chriſti expoſuiſſe. Inquiunr enim: Ecce etenim non ſolùm definitiuè, ſed & dogmaticè & ſyllogiſticè ac naturalirer demonſtratiuè, & ſecundũ Scripturas agoniſticè, & per exempla & compendioſè, per omnem modum & per uerbũ intellectualia eorũ & prudentiſsimæ doctrinæ, urpore legitimè & uiriliter pro ipſo iocarnato Deo uerbo contradicẽtibus, reſiſtenres & repugnanres hęreticos, Arium, Apollinarem, Neſtoriũ, & omnes omnino ſequentes impietares illorũ, eiuſdemq; unius Chriſti Dei uoluntates & operationes profeſsi ſunr, & profireri prædicauerunt, per numerũ & nomina hæc proferentes, psr pronomina, per alrerius iorellectum, per eiuſdem ſignificationẽ, per qualirarem, per proprietatem, per uirtutem: & compendioſè omne uerbum & poſitiooẽ, per quam potuiſſer approbari eorundẽ uoluntatũ & opsrarionum uera fide dictio & conſtaotia: id eſt, per numerũ, ex hoc quod dicunr, in unũ eundemq; Chriſtũ duss uoluntates & operationes, & duplicem operationem. per oomina, ex hoc quod dicũt, diuinam uolunrarẽ & humanam uolũtatem, deificantem & deificatam: & irerũ diuinam operationem & humanã operationem. per pronomina uerò, ex hoc quod dicũt, aliam uolunratem eſſe diuinã, & aliam humanã, & aliam arq; alism operationẽ. per alterius autę intellectum, ex hoc quod dicenr, quoniam quæ slterius generis ſunt, ſiue narurę, ſimilsm operstionẽ habsre, nullns ſapiens dabit. psr einſdem sũt ſignificarionem, ex boc quod dicunr, quonism quæ eiuſdem operationis ſunt, nriq; eiuſdem ſubſtantiæ confitenrur, & cõmunio uolunratis nniratẽ oſtendit ſubſtantię. per qusliratem uerò, ex hoc quod dicũt, ſicuri habenr diuerſam ſubſtantiam, & qualitatis rationem, ita & diuerſam operstionem. Per proprietarem aũr, ex hoc quod dicunt: Si enim tanrùm poſsibile eſt, quicquã de diuinis proprietatibus ineſſe alicui, qui nõ eſt eiuſdẽ ſubſtantiæ, & ita poteſt eſſe quomodo & ipſa deiras: dic mihi, quid eſt quod impediar, ut iã omnia quę ſunt deitatis cedsnt? quid nam ex boc euenir? cõfuſa ſonr omnis nobis, & alra cedent imis: ima aũr aſcendnot in alrs. Per uirtutem uerò, ex boc quod damnãt, qnæ eadem operatione & esdẽ naturali uirtnte urũrur, eiuſdem eſſe ſobſtanriæ, * modis omnibus neceſſa eſt, & nnlla narurs alterius ſubſtantiæ uel generis indiſsimiliter habebit poreſtates & operstiones. & bæc quidem ipſe ſanctorum Deus, Dominus noſter IESVS Chriſtus, mulrifariè mulrisque modis per ſanctos Parres de ſeipſo loquurus, illuminauit nos, fidem ſuam orthodoxam, ſic & intranſgreſsibiliter teosre eam, ſicuti Patres prædicauerunr.

Quartò proferuntur teſtimonia hæreticorum, & demonſtratur hos eadem cum hęreticis dicere, & eoſdem oppugnare: ſcilicet Patrum & Conciliorum dogmata, quæ illi hæretici oppugnsrunr.

Quinrò refurstur à Mssimo Aquilsienſi, & à Deuſdedir Sardiniæ epiſcopis, argumẽtum illorũ, quo illi moti, noluerant concedere duas uolnntates & operationes in Chriſto, ne uiderenrur cõrrarias uolũrates & operationes uni perſonæ attribuere.

Sextò, Synodus ſentantiam ſuam de iſta controuerſia proferr, & contrariss opiniones damnat, in bunc modum: Licet soctores nouiratis, ur ism nobis ex omnibus approbarnm eſt, urpore non ſolùm ſermonibus eorum ab inuicem confuſis, ſed & hęreticorum doctrinis per omnia conſonantibus

buſ eis, nec nō paternis ac Synodalibus prę dicarionibus, catholicę eccleſiæ ab eis extraneas non intellexerunt omninò, ſicut per prophericum uaticinium dictum eſt: Quoniam obſcurati ſunt, oe uideant oculis ſuis, & intelligant cordibus ſuis: Venerabilium Patrum noſttorum ſana decreta & definitiones, quas poſueruot in conſeruarione orthodoxæ fidei, ſed & nos corde credentes in iuſticia, ore autem coofitentes in ſalutem, conſonanter, & abſque ulla nouitate, ſicut ab eis percepimus, ita intranſgteſsibiliter ctedimus, unum eundemq; filium Dominum noſtrum & Deum IESVM Chriſtū, petfectum eundem in Deitate, & eundem perfectum in humanitate, Deum uetè, & hominem uetè, eundem ex anima tariooali & corpore, conſubſtantialem Patri ſecundum Deitatem, & conſubſtantialem nobis eundem ſecundum humanitatem, per omnia nobis ſimilem abſque peccato: ante ſecula quidem de Patre genitum ſecundum Deitatem, in nouiſsimis diebus autem eundem propter noſtram ſalutem ex Maria uirgine Dei genitrice ſecundū humanitatem, unum eundemque Chriſtum ſilium Dominum unigenitum in dusbus natutis inconfuſè, immutabiliter, indiuiſe, inſeparabilitet agnoſcendum, nuſquam ſublata diffetentia naturarum ptopter unitionem, magisque ſalua indiminuta proprietate uttiuſque naturæ, & unam perſonam atque ſubſiſtentiam concuttentem: noo in duas petſonas partitum atque diuiſum, ſed unum atque eundem filium unigenitum Deum ueibum, Dominum IESVM Chriſtum: & duas eiuſdem ſicuti natutas unitas inconfuſe, indiuiſe, ita & duas naturales uoluotates, diuinam & humanam, & duas naturales opetationes diuinam & humaniam, in approbatione perfecta & indiminuta: eundem ueracitet eſſe perfectum Deum, & hominem perfectum, ſecundum ueritatem: eundem atque unum Dominum noſtrum, & Dominum IESVM Chriſtum, utpote uolentem & operantem diuinè & humanè noſtram ſalutem, ſicut ſuperiùs Prophetę de eo, & ipſe Dominus noſter IESVS Chriſtus docuit nos, atque ſanctorum Patrum tradidit Symbolum, & generaliter omnes ſanctę & uniuetſales Synodi & omnes probabilium catholicæ Eccleſiæ doctorum chorus. His itaq; nobis piè atque orthodoxè, iuxta diuinitùs inſpiratam doctrioam eorum profeſsis, conſonanter dicimus omnes.

DECRETA SYNODICA

Martini Papæ primi, contra Theodorum & Cyrum, quondam epiſcopos, ac ſocios eorum hereticos: damnantis eos, quòd unam naturam & unam uoluntatem atq; operationem in filio Dei aſſerebant: quæ tranſcribens, miſit per orthodoxos uiros in Orientem atque Occidentem.

CAPITVLVM PRIMVM.

SI quis non confitetur, ſecundum ſanctos Pattes, propriè & uerè, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, Trinitatem in unitate, onitatē in Trinitate, hoc eſt, unum Deū in tribus ſubſiſtentijs conſubſtantialibus, & æqualis gloriæ, unam eandemque trium deitatem, naturam, ſubſtanriam, uirtutem, dominationem, regnum, poteſtatem, ooluntatem, operationem, herilitatem incooditam, ſine initio, infinitam, immutabilem, creatricem omnium prooidam, & protectricem, ſit condemoatua.

2 Si quis non confitetur ſecundō ſanctos Pattes, ptopriè & uerè, ipſom onum ſanctæ & conſubſtanrialis & adotandæ Trinitatis Deum uerbum, deſcendentem de cœlis, & incarnatum de Spiritu ſancto, & Maria ſemper uirgine, & hominem factum, crucifixū carne pto nobis, & pto noſtra ſalute, ſponte & paſſum & ſepultum, & reſurgentem tertia die, & aſcendentem in cœlos, & ſedentem ad dexreram Patris, & uenturum iterū cum paterna ſua gloria, ac cum aſſumpta ab eo intellectualitet animata uiuos & mortuos, ſit condemnatus.

3 Si quia non confitetur ſecundū ſanctos Patres, propriè & uerè Dei genitricē ſemper ſanctam uirginē immaculatā Mariam, utpote ipſum ptopriè ac uerè ex Deo patre natū ante omnia ſecola Deū uerbum, in ultimis ſeculotū, abſq; ſemine cōcepiſſe ex Spiritu ſancto, & incorruptibiliter enixā eſſe, & indiſſolubili petmanēte & præ & poſt partum eiuſdem uirginitate, ſit condemoatus.

4 Si quis non confitetur ſecundū ſanctos Pattes, ptoptiè & uerè, ipſius & unius Domini noſtri & Dei IESV Chriſti duas natiuitates exiſtere, unam quidem ante ſecula ex Deo Patre incorporaliter & ſempiternaliter, altetam autem de ſancta ſemper uirgine Maria catnaliter in ultimis ſeculorum: & eundem & uoum Dominum & Deum IESVM Chriſtum, conſubſtantialem Deo patri ſecūdom Deitatem, & conſubſtantialem uirgini ſecundū humanitatem: ac euodem paſsibilem carne, impaſsibilē Deitare, circumſcriptum corpore, incircumſctiptū Spiritu, eundē inconditum & cōditum, terrenum & cœleſtē, uiſibilem & intelligibilē, capacem & incapacem, ut toto homine eo-

demq;

demq; Deo totus homo reformaretur, qui ceciderat ſub peccato, ſit condemnatus.

5 Si quis non cōfitetur ſecundum ſanctos Patres, propriè & uerè, uoam naturam Dei uerbi incarnatam, ex hoc quòd incarnata dicitur noſtra ſubſtātia, perfectè in ipſo Chriſto Deo, & indimioutè (abſq; tantūmodò peccato) ſignificata, ſit condemnatus.

6 Si quis non confitetur ſecundum ſanctos Patres, propriè & uerè ex duabus naturis Deitate & homanitate ſecundum ſubſiſtenriam unitis, inconfuſè & indiuiſè, eoodem & rnom Dominum noſtrum IESVM Chriſtum eſſe, ſit condemnatus.

7 Si qois non confitetur ſecundū ſanctos Patres, propriè & uerè ſubſtaotialē differentiam oaturarū poſt ineffabilem onitionem, ex quibus unus exiſtit Chriſtus inconfuſè & indioiſè in eo ſaluatam, ſit condemnatus.

8 Si quis nō confitetur ſecundum ſanctos Patres, propriè & uerè ſecundum compoſitionem, id eſt, ſecundum ſubſiſtentiam naturarum unitionem, ex quibus unus & ſolus exiſtit Chriſtus, inconfuſè & indiuiſè in eo cognitam, ſit condemnatus.

9 Si quis non cōfitetnr ſecundnm ſanctos Patres, propriè & uerè naturales proprietates Deitatis Chriſti, & humanitatis, indiminutè in eo & ſine defectione ſaluatas, in affirmationem ueracem, eondem ipſum Deū perfectum & hominem perfectum, ſecundum naturam exiſtere.

10 Si quis non confitetur ſecuodū ſanctos Patres, propriè & nerè duas eiuſdem & unius Chriſti Dei uolunrates cohęrenter nnitas, diuinam & humanam, ex hoc in utraque eius natura uolūtarium ſecundum naturam eundē exiſtere noſtræ ſalutis, ſit condemnatus.

11 Si quis non cōfitetur ſecundum ſanctos Patres, propriè & uerè duas eiuſdē & unius Chriſti operationes cohærēter nnitas, diuinam & humanam, ex hocq; in utraque eius natura efficacem ſecundū naturam eundem exiſtere noſtræ ſalutis, ſit condemnatus.

12 Si quis cōfitetur ſecundū ſceleratos hęreticos, deitatis & humanitatis Chriſti unam naturam, aut unam uolnntatem, aut unam operationem in peremptionem quidem ſanctorum Patrum confeſsionis, abnegationem aūr eiuſdem Saluatoris noſtri diſpenſationis, ſit condemnatus.

13 Si quis ſecundū ſceleratos hæreticos, in Chriſto Deo unitis ſubſtantialitar, ſaluatis, & à ſanctis Patribus noſtris piè prædicatis, duabus uoluntatibus & duabus operationibus, diuinam & humanam ſubterfugit ſimul confiteri, aſſerens cōtra ſanctorum doctrinam, & uoam uoluntatem & unam operationem, ſit condemnatus.

14 Si quis ſecundum ſceleratos hæreticos, cum una uoluntate & una operatione, quæ ab eiſdem hęreticis in Chriſto Deo impiè conſonduntur, & duas uoluntates, & duas operationes, diuinam & humanam, quæ io ipſo Chriſto Deo, ſecundum unitionem naturaliter ſaluatas, & à ſanctis Patribus orthodoxè in ipſis prædicatas, ſimul abnegat, & ſimul reſpuit.

15 Si quis ſecundum ſceleratos hęreticos, Deiuirilem operationem (quod Græci dicunt θεανδρικὴν) unam inſipienter ſuſcipit, & non duplicem eam confitetur, ſecundum ſanctos Patres, hoc eſt, diuinam & humanam: aut ipſam nouæ dictionis oinutem, unius eſſe deſignatiuam operationis, & non utriuſq; glorioſæ & præ natura unitionis demōſtratiuam, ſit condemnatus.

16 Si qois ſecundum ſceleratos hæreticos, in peremptionem io Chriſto Deo ſecuodum unitionem ſaluatis eſſentialiter, & à ſanctis Patribus piè prædicatis duabus uolunraribus, & duabus operationibus, diuina & humana, diſſenſiones & diuiſiooes ioſipientet in myſterio diſpeoſationis eius innectit: & propterea Euangelicas & Apoſtolicas, de eodem Saluatore uoces, non uni & eidem perſonæ eſſentialiter tribuit, id eſt, ipſi Domino noſtro & Deo IESV Chriſto, ſecundū beatum Cyrillum, ad cōfirmationem Deum eſſe natura & hominem uerè eundem, ſit cōdemnatus.

17 Si quis non confitetur ſecundum ſanctos Patres, propriè & uerè omnia quæ tradita ſunt & prædicata ſanctę & Apoſtolicæ Dei eccleſię ab ipſis ſanctis Patribus, & probabilibus & uniuerſalibus quinque Concilijs, uſque ad unum apicem uerbo & mente, ſit condemnatus.

18 Si quis ſecundum ſanctos Patres cōſonanter nobiſcū eadē credens, non reſpuit & anathematizat anima & ore, oēs quos reſpuit & anathematizat nefandiſsimos hæreticos, cum omnibus impijs eorū conſcriptis, uſq; ad unū apicem, ſancta Dei cathollca & Apoſtolica eccleſia, hoc eſt, ſanctæ & uniuerſales quinq; Synodi, & ipſi oēs conſonanter probabiles Eccleſiæ patres: dicimus aūt Sabelliū, Arium, Eunomiū, Macedooiū, Apollinarem, Polemonē, Eutychen, Dioſcorū, Timotheum, Aelurum, Seuerum, Theodoſium, Colutū, Themiſtium, Paulū Samoſatenū, Chodorum, Neſtoriū, Theodorū Periam, Origenē, Didymum, Euagriū, & cōpendioſè alios oēs hæreticos, qui à catholica Eccleſia reprobati atq; abiecti ſunt, quorū dogmata diabolicę operationis ſunt genimioa, & eos qui ſimilia cum his uſque ad finem ſine pœnitentia ſapuerūt aut ſapiunt uel ſapient: cum quibus meritò, utpote

eadem

eadem dogmatizantes & docentes, ſicut oſtenſum eſt, & in proprio errore uitam ſuã deſtruentes, dicimus aũt Theodorum quondam epiſcopũ Pharatritanum, & Cyrum Alexandrinũ, & Sergium Conſtantinopolitanum, & eius ſucceſſores Pyrrhum & Paulũ in ſua perfidia permauẽtes, & omnia impia eorũ conſcripta, & eos qui ſimilia cum his uſq; ad finem ſine pœnitenria ſapuerũt, aut ſapiunr, uel ſapiẽt: hoc eſt, unam uoluntatem aut unam operationẽ deiratis & humanitaris Chriſti, & cum his impijſsimã ectheſin, quæ perſuaſione eiuſdem Sergij facta eſt ab Heraclio quondã Imperatore aduerſus orthodoxam fidem, unã Dei Chriſti uoluntatem, & unã ex adinuenrione maligna definiente operarionẽ confiteri: ac omnia quę pro ea impiè ab eis ſcripra uel acta ſunt, ſuſcipiunr: & cum his iterum impijſsimũ typum, factum ex eiuſdem ſuaſione, eiuſdem Pauli, nuper à ſereniſsimo Principe Cõſtantino Imperatore cõtra catholicam Eccleſiã, utpote duas naturales uolunrares & operationes diuinam & humanam, quæ à ſanctis Patribus in ipſo Chriſto Deo uero & Saluatore noſtro piè prædicãrur, cum una uoluntate & operatione, quæ ab hærericis impiè in eo dogmatizantur: ſimul denegare, & ſimul racere promulganrem, & propterea cũ ſanctis Patribus, & ſceleratos hærericos ab omni querela & condemnatione iniuſtè abſoluere definientẽ, in inreremprione carholicæ Eccleſiæ definitionum & regularum. Si quis igitur, iuxta quod dictum eſt, conſonanrer nobis, cùm omnia impijſsima hæc hæreſeos illorum dogmata, & ea quæ pro illis, aut in definitionem eorum à quolibet impiè conſcripta ſnnt, & eos prædictos hæreticos, Theodorum dicimus & Cyrum, & Sergium & Paulum, non reſpuit & anathematizar, rebellis catholicæ Eccleſiæ exiſtens: aut ſi quis aliqnem de his qui ab illis, aur ſimilia cum eis ſapientibus, in ſcripto uel ſine ſcripto, quocunque modo uel loco aur tempote temerè depoſiri ſunr aur condemnari, ob id quod minimè illorum ſapientem, ſed ſanctorum Patrum nobiſcũ confirentem doctrinam, uti condemnatum habet, aur omni modo depoſitum: ſed non magis huiuſmodi, quicunqne fuerit, ſiue epiſcopus, ſiue presbyter uel diaconus, ſiue alrerius cuiuſcunque Eccleſiaſtici ordinis, aut & monachus & laicus, pium & orthodoxũ cenſet, & carholicæ Eccleſiæ propugnatorem, & ex ipſa firmius conſolidarum, in quolibet uocarus eſt à Domino ordine: illos autẽ impios, ac deteſtabilia eorum pro hoc iudicia, id eſt, ſententias uacuas & inualidas arq; infirmas determinar, magis aũt prophanas & exectabiles, uel reprobabiles, huiuſmodi ſit condemnatus.

19 Si quis ea quæ ſcelerati hæretici, manifeſtius confirens & dogmatizans, per audacem inſipientiã dicit, hæc pietatis exiſtere dogmara, quæ rradiderunt qui ab initio ſpecularores & miniſtri nerbi fuere: hoc eſt dicere, ſanctę & uniuerſales quinq; Synodi calumnias, ipſos ſanctos Patres, & eaſdem ſanctas & uniuerſales quinq; Synodos in deceptione ſimpliciũ, id eſt ſuſceptione ſuę profanæ perfidiæ, huiuſmodi ſit condemnatus.

20 Si quis ſecundum ſceleratos hęreticos quocũq; modo aur uerbo, uel tẽpore aut loco, terminos tranſmutãs inlicitè, quos poſuerũt firmius ſancti catholicę Eccleſię Patres, temerè adinuenire, & fidei alrerius expoſitiones, aut typos, uel leges, aut definiriones, aut libellos, aur relationes, aur epiſtolas, aut cõſcripta, aut ſubiectiones, aut teſtimonia falſa, aut Synodos, anr actus monimentorũ, aur ordinationes uacuas, & Eccleſiaſticæ regulæ incognitas, aur loci ſeruaturas incõgruas, & ſine regula & cõpendioſè dicere: Si quis aliquid, quod impijſsimis hęreticis cõſuetũ eſt agere, pro diabolica operatione rortuoſè & callidè agir cõtra pias orthodoxorũ catholicæ Eccleſiæ, id eſt, paternas eius & Synodales prædicationes, ad peremptionẽ ſinceriſsimæ in Dominũ noſtrũ IESVM Chriſtũ confeſsionis, & uſq; in finẽ ſine pœnitentia permanet: hęc impiè ageus, huiuſmodi in ſecula ſeculorũ ſit cõdemnatus. & dicet omnis populus, fiat, fiar.

His itaque à nobis piè definitis, & cum omni enncleatione, ſecũdum Domini præceptum, zizania quidem, & omnes facientes ſcandala cum paleato eorum & hæretico intellectu, Canonica ſentẽtia ab Apoſtolica area proijcientes: triticum aũr orthodoxæ & immaculatæ noſtræ Chriſtianorũ fidei, in horreũ, id eſt carholicam Eccleſiam per uenrilabrũ paternæ doctrinæ, communione congregantes, uictrices ei cũ propheta Sophonia cantemus hymnos: Iubila nimis ô filia Sion, prędica filia Hieruſalẽ: abſtulit à te Dominus iniquitates aduerſariorum ruorũ, liberauit te de manu inimicorũ, Dominus in medio rui. Non uidebis mala ulrra, omui exploſa nouitate hęretica, & omni cõfirmata in te orthodoxa fide in poſſeſsione uitæ æternæ, per ipſum Chriſtum Deum ſaluatorem animarũ noſtrarum: cui gloria & honor, ueneratio & imperiũ cum Patre & Spiritu ſancto, nunc & ſempet, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Et ſubſcripſerunt, Martinus papa ac cæteri epiſcopi, numero 105.

¶ De Actis uerò huius Synodi, Martinus ad alios paſsim epiſcopos & Eccleſias, in hunc modum ſcribit:

MAR-

MARTINVS ſeruus ſeruorum Dei, atque per gratiam eius epiſcopos ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ eccleſiæ urbis Romæ, unà cum ſancto Concilio noſtro reuerendiſsimorum ſacerdotũ, regulariter huc nobiſcum uenientiũ, in confirmatione piiſſimorum catholicæ Eccleſiæ dogmatum; his qui coęqualem nobis ſortiti ſunt fidem Domini & ſaluatoris noſtri IESV Chriſti, per lauacrum regenerationis, in omni loco dominationis eius, qui peregrinátur io ſanctitate & iuſticia, ſpiritualibus fratribus noſtris, epiſcopis, presbyteris, diaconibus, abbatibus monaſteriorum, monachis continentibus, atque catholicæ Eccleſiæ uniuerſæ ſanctæq; plenitudini, Gratia uobis & pax multiplicetur in agnitione & communione ſancti Spiritus, in hæreditatem incorruptibilem & immarceſsibilem, conſeruatam ante conſtitutionem mundi, nunc aũt manifeſtatá in nobis, qui credimus in Chriſto IESV Domino noſtrò, qui omnia nobis donauit quæ ad uitá & pietatem reſpiciũt, per ſalutarem prædicationem, ot in hoc permanentes ſemper, & inſtructi per concordię ſinceritaté, ſuperædificemus fundamento ſanctorum Apoſtolorum & Prophetarũ, in ipſo ſummo angulari lapide Chriſto, qui ſuper omnia Deus exiſtit, & ſaluator noſtrarũ animarũ: In quo omnis ædificatio conſtructa, creſcit in augmentum eius, per architectoniá ſpiritus in regale ſacerdotium & templum ſanctũ, qualiter in eo proficiétes à gloria in gloriam, uirtutes annunciemus eius qui de tenebris nos uocauit, in illud admirabile lumen ſuũ: apud quem non eſt cõmutatio, nec momenti obumbratio, omnium aũt bonorũ perfectio: ex qoo illuminari, tenemus in eum cõfeſsionem immobilé, donec occurramus oẽs in unitatem fidei, & in agnitionem eius in uirum perfectũ, in menſuram ætatis plenitudinis eius, ut nõ ſimus paruuli fluctuantes, & circũferamur omni uento doctrinæ, in nequicia hominũm, io aſtutia ad machinationem erroris diaboli, qui ſemper propria feſtinat operari in filios diſſidentiæ. Itaq; notum facimus uobis dilectiſsimi fratres, quòd & uos ſine dubio nobiſcũ cognoſcitis, uigilantem & bene zelantem Dominum habentes propriũ: quoniá catholica Dei & Apoſtolica Eccleſia in quiete & pace cõſiſtente, ueluti leones rugientes & quæreotes quẽ deuorarent, ſubintroierunt quidã homines, qui olim proſcripti ſunt, in hoc iudiciũ impietatis ſpõte procedere: hoc eſt, Theodorus quidã epiſcop⁹ Farãtinus, Cytus Alexandriæ, Sergius Conſtantinopolitanus, & eius ſucceſſores Pyrrhus & Paulus, magni Dei & ſaluatoris noſtri diſpenſationé in hæreticam nouitatem retorquentes, & eum qui emit eos Chriſtũ Dominũ denegátes: ex hoc quod io ſcripto adſerunt, minimè eum habere ſecundũ formam ſerui, uel ſecundũ quod propter nos factus eſt homo, uolontaté aut operationé naturalem: ſed ſine ſubſtantia eum, & ſine natura, & non ſolùm ſine anima, & irrationabilẽ & inſenſibilem ſecundũ eos exiſtere: quia ſicut nos glorioſi Eccleſię Patres docuerunt, quicquid abſq; uoluntate cõſiſtit, & operatione, ab omni caret ſubſtátiali natura: pro qua re ipſum gloriæ Dominũ & Deum noſtrum IESVM Chriſtũ, per utranq; ex quibus cõſiſtit naturis, atq; adpertinentibus eiſdem naturalib. proprietatibus perfectũ eſſe in omoibus, abſq; tantummodò peccato, prædicarunt. Si ergo perfectum in omnibus, quomodo non & in uoluntate & operatione ſecundũ noſtram naturá? Certum eſt enim, quia proprietas naturalis noſtræ ſubſtátię cõſiſtit eſſentialis & operatio & uolũtas: qua proprietate amputata, utiq; & ipſa natura cum illa perimitur Quia tum natura cognoſci nullo modo poteſt per eſſentialẽ deſignaotem eam naturalẽ proprietatem: propterea & pari numero unius ſubſtátialiter ei naturis, eiuſdem uoluntates & operationes ſapere nobis tradiderunt: hoc eſt, increatá & creatam, diuiná & humaná cohærenter unitas teſtantur uerba eorũ, actibus noſtris in approbationẽ ueritatis inſerta, & ſuper oẽm radiũm ſolis nitentis. Igitur eorundem ſanctorũ Patrum, qui hæc nos docuerunt, rectá uiam, hoc eſt orthodoxam cõfeſsionem, ſuperius dicti contra ueritatem reſpuentes ac derelinquẽtes, ambulauerunt in uiá Balaam Deboſor, hoc eſt in perfidia hæreticorũ, & in ſpontaneo eorũ errore effuſi ſunt, atq; in cõditione inobedientiæ ſuę obdurati ſunt, ſidera exiſtentes erroris, & nubes ſine aqua: nec nõ arbores autũnales, infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ: fluctus feroces maris, ſpumãtes proprias cõfuſiones: quibus caligo tenebrarũ in æternũ cõſeruata eſt, minimè pœnitentibus, ſed huc illucq; maculá propriæ hæreſeos abſq; timore iactátibus, qui cõmutauerunt ueritaté Dei in mẽdacio: & coluerũt & prępoſuerũt catholicę Eccleſiæ pijs dogmatibus, hęreticorũ ſeductioſa cõſcripta: properantes omnib. modis aut decipere ſimpliciores, aut perſequi eos qui in Dño permanẽt, quod iá & in plures orthodoxos uiros operati ſunt, corporaliter eos afficientes, quoniam animá captare nõ ualent, in petra orthodoxæ fidei illorũ colliſi. Ideoq; propter prauas eorũ adinuentiones, & prauiores nouitates, commota & in interiora cordis, iuxta beatũ Hieremiam, cõturbata, catholicæ recordationis anteceſſores noſtri

Ponti-

Pontifices non deſtiterūt admonentes eos & conteſtantes, recedere à ſua huiuſmodi hęreſi, & ſanam doctrinā amplecti: ne quando iraſcarur Dominus, & pereant funditùs de nia inſtorum, hoc eſt pia ſanctorum Patnm confeſsione. Hoc autem cōſultiſsimè non ſolùm ipſi effeciſſe noſcuntur, ſed & id in plutes diuerſas prouincias habitantes reuerendiſsimi epiſcopi, & quod maius eſt dicere, generalitates Synodorum, per ſua ſcripta, nō ſolùm illos innitantes emēdare propriam hæreſin: ſed & nos ipſos, id eſt, Apoſtolicam noſtram ſedem, cōiurantes & proteſtantes, erigere ſe ſecnndum regularem auctoritatem, & non uſq; ad finem per tot tempora permittere, contrariorum nouitatem ſanctas Dei Catholicas eccleſias depaſci. Ideoq; ex omnibus penè ſacerdotibus, cum cbaritate admoniti, non inclinauerunt aurem ſuam ad audiendam uocem poſtulantium eos, neque cordis ſui ceruicem mitigare noluerunt, nt conuerterentur ad Dominum. Sed quod ait Dominus de inobedientibus, boc & in eis prouenire eertum eſt. Dicit enim per Prophetam: Miſi ad eos omnes ſeruos meos propbetas, per diem, cōſurgens diluculo, & mandaui, & non audierunt me, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed indurauerunt ceruicem ſupra petram, quia uilis es facta nimis, iterans uias tuas, addere peccata ſuper peccata. properauerunt humanitatem Saluatoris, atque deitatem eius blaſpbemare ac denegare per impijſsimum typum, qui ex maligna inſtigatione eorum factus eſt, contra immaculatā noſtram Chriſtianorum fidem, à ſereniſsimo Principe: definientes in eodem typo, nec unā nec duas uoluntates aut operationes: hoc eſt, neque diuinam neque humanam uoluntatem & operationē in ipſo Saluatore noſtro quempiam omnino confiteri. Hæc autem prædicauerunt, ut non ſolùm in humanam eius naturam, ſed etiam in utraq; omnino eum ſine uoluntate & operatione, hoc eſt, abſq; natura & eſſenria eſſe denūcient, quatenus eum perfidis hæreticis & orthodoxos Patres abijciant, & cum ſceleroſorum uirorū uocibns, boc eſt, una uoluntate & operatione, pariter denegari faciunt orthodoxorum doctrinas, id eſt, duas eiuſdē Cbriſti uoluntates & operationes, ſicuti & naturas unitas, inconfuſe & indiuiſè promulgantes, illicitè etiam ſine reprebenſione nel condemnatione conſiſtere in ſuis confeſsionibus hæreticos, hoc eſt, in ipſa quæ ab eis prædicatur nna uoluntate & operatione. atq; eadem ſine periculo libertate perfrui eos qui in dogmatibus reprehenduntur hæreticos, cum eis qui in doctrina uſque ad finem irreprehenſibiliter deliteſcūt, ſanctis Patribus, quos utique Catholicæ eccleſiæ ſacratiſsimas regulas deſtruere certum eſt, magis autem totius à Deo inſpiratæ doctrinæ ſanctam prædicationem, quæ nullatenus noxios excuſat, neque liberat de iudicio culpantes innoxios: hoc enim prannm, & diuinæ æquitatis eſt alienum. Quoniam autem & illud cum cæteris contrarij præſumpſerunt, in deceptione ſimplicinm, & cooperimentum ſuarum prauitarum in ſcripto audacter proferre impijſsimæ ſuæ nouitatis inualida dogmata, dicenres hæc eſſe pietatis dogmata, qnæ tradiderunt bi qui ab initio ſpeculatores & miniſtri uerbi facti ſunt: & ſequenter ſucceſſores eorum à Deo inſpirati Eccleſiæ patres, ſanctæque uniuerſales qninque Synodi: ideo conſultiſsimè pertractanres rerribile eſſe, & diuinam prouocans indignationem, hæc omnia deſpicere quæ oppugnant catholicam Eccleſiā: nt ne condemnenur, ntpote imperfectos atque inefficaces habentes intellectus animæ ad diſcernendum malum & bonum, prompti ſecundum gratiam Dei eonueniſſe dinoſcimur in hac Romana Chriſtianiſſima ciuitate, ad confirmationem qnidem pijſsimarum Eccleſię prædicarionum, condemnatiouem autem impijſsimorum nouitatis dogmatum, per ſimilitudinem deceſſorum noſtrorum ſanctorum Patrum, quiq; per ſinceram concordiā & in idipſnm Deo amabilem connentionem deſtruxerunt hęreſin, & omnes hæreticos ſuperaſſe noſcuntur, eripientes de eorum errore Catholicā eccleſiam. Quæ enim ex ſacra concurſione, hoc eſt ſpiriruali conſonantia ſanctorū Patrum exequuntur, ualidiorem habent contra aduerſarios, & inexpugnabilem uirtutem: In ore enim, inquit, duorū aut trium teſtium ſtabit omne nerbnm: Et funiculus triplex difficilè rumpitur: & frater qui adiuuatur à fratre, quaſi cinitas firma, præualebit autē ſicuti fundatnm imperium. Propterea & nos, ut dictum eſt, ſecundnm indiuiſam eommunionem ſpiritus in idipſum eonuenientes, properauimus per geſtorum ſeriem comparationem adinuicem per deſtructionem diſcrerum efficere, tum ſanctorum Patrum & uniuerſalium quinque Synodorū ſacras promulgationes, & dogmata infidelium hęreticorum, tam anteriorum quàm nunc emergentiū contra fidem, cum impia eorum ecthesi, nec non impijſsimo typo proferentes, ut omnibus oſtendamus relegentibns, differentiam luminis & tenebræ: hoc eſt, claræ Patrum doctrinæ, & temnlentæ bæreticorū ueſaniæ: & quia nulla communio hæreticis exiſtit eum ſanctis Patribus: ſed quantum diſtat Oriens ab Occaſu, tantum diſtant impij hæretici uerbo & mente,

& mente, à Deo inſpiratis uiris. Propterea ſanctos quidē Patres ſeutentialiter cōfirmauimus, cū omnib. ſacris prędicationib. eorū, nec nō eis qui nobiſcū ſincerè ipſos & eiuſmodi ſuſcipiunt. Impios aūt hęreticos, cū omnibus prauiſsimis dogmatibus eorum, & impiā ecthesin, uel impijſsimū typū, & omnes qui eorū quidquam quæ de eis expoſita ſuut, in eis ſuſcipiūt aut defendunt, ſeu uerba pro eis faciūr, in ſcripto anathematizauimus: ur & uos oēs, q per omnē orbē terrarū inhabitare noſcimini, pij & orthodoxi, bæc piè à nobis geſta cognoſcentes, pro tuitione catholicæ Eccleſiæ cōſonaoter nobiſcū ſimilia & ſequamini: & omnes quidem ſanctos Patres confirmetis in ſcripto, conſouantes illis & nobis, quæ in orthodoxam fidem. Anathemarizetis autē omnes hæreticos, qui præſumptiuè banc olim & nūc expugnauerunt, unà cum ſceleroſa Ecthesi, & impijſsimō typo: ſed & qui eos, aut quiddā quod ab eis implicitè expoſitum eſt ſuſceperint, quatenus fructū piæ confeſsionis ueſtrarum animarum hæreditare ualeatis ſalutem. Propterea eoim ea quę à nobis pro catholicā Eccleſia Synodaliter geſta ſunt, omnibus direximus, ut noſtri ſtodij perficientes opus, nos quidē ipſos innoxios eſſe approbemus coram Deo & electis angelis eius, ante quos ab eo iudicaturi ſumus, cum eis qui hæc à nobis ſuſceperinr, in terribili eius aduentu: inexcuſabiles aurem eos qui non obediuot demonſtremos, utpote oullam habentes occaſionem, pro ſua perfidia poſt ueritaris oſtēſionem, Domioo dicente: Si non ueniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatū non haberēt. nūc aūt excuſarionem non habeut de peccato ſuo. Sed & Apoſtolus iterum perhibet: Conſideremus inuicem in prooocationem charitatis & bonorum operum, non deſerentes collectionem noſtram, ſicut eſt conſuetudinis quibuſdam: ſed conſolamini, & tanto magis, quantum uiderimus appropinquantem diem. Voluutariè eoim peccantibus nobis, poſt acceptam noticiā ueritatis, iam nō relinquitur boſtia pro peccatis: terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ conſumptura eſt aduerſarios. Scimus enim dicentem: Mihi uindictam, & ego retribuā, dicit Dominus. Propter quod præmuniens nos, præcepit dicens: Et tu fili hominis, loquere ad filios populi tui, & dices ad eos: Terra ſuper quā inductus fuerit gladius, & tulerit populus terræ uirū unum de nouiſsimis ſuis, & cōſtituerit eū ſuper ſe ſpeculatorē, & ille uiderit gladiō uenientem ſuper terrā, & cecinerit buccina, & adnūciauerit popolo, ut quiſquis ille ſooitō buccinę audiēs nō ſe obſeruauerit, ueneritq; gladius & ceciderit eū, ſanguis illius ſuper caput ipſius erit: quia ſonū buccinæ audiuit, & nō ſe obſeruauit, ſanguis eius in ipſo erit. Si autē cuſtodierit, animā ſuā ſaluauit. Quod ſi ſpeculator uiderit gladiū oenientē, & non inſonuerit buccina, & populus nō ſe cuſtodierit, ueneritq; gládios, & tulerit de eis animā, ille quidē iniquitate ſua captus eſt, ſanguinē autem eius de manu ſpeculatoris requiram. Propter quod teſtificamur omnibus in hodiernum diem, ſicut inquit beatos Paulus, quia mundi ſumus à ſanguine omnium ueſtrûm. Nō enim ſubtraximus nos, nō annūciare omnibus, quæ tradira eſt nobis à ſanctis Patribus & Synodis orthodoxā confeſſionē, per ea quæ nuper apud nos Synodaliter geſta ſuot. Attendite itaq; uobis, & omni gregi, in quo Spiritus S. cōſtituit epiſcopos, regere Eccleſiā Dei, quā acquiſiuit proprio ſanguine, ut nō ſit qui uos decipiat aot ſeducat in ſubtilitate ſermonis, per philoſophiā & inanē fallaciā. Apertiſsimè eoim Spiritus ſanctus per Apoſtolū dicit: Quia in nouiſsimis temporibus recedent quidā à fide, attendenres ſpiritibus ſeductoribus, & doctrinis dæmoniorū, in hypocriſi mendaciloquiorū, cauteriatam habentiū ſuā cooſcientiā. Propter quod uigilate, & orate, ut nō intretis in tentationē. Nā mentis tranſgreſsio operatur io his qui nō crediderunt uetirati, ſed cōſenſerunt iuiquitati, eo quòd charitatē ueritatis nō perceperunt, ut ſalui fierent. Deus enim intenrator malorum eſt, ipſe aōt neminē tentat. Vnuſquiſq; uerò teotatur à cōcupiſcētia ſua, abſtractus & illectus de cōcupiſcentia, cū cōceperit peccatū. Peccatum uerò cū conſummatō fuerit, generat mortē. Nolite itaq; errare, fratres mei dilectiſsimi, doctrinis uarijs & extraneis circūducti: & licet nos, aot angelus de cœlo euāgelizauerit uobis, pręter quod accepimus, tū à ſanctis Apoſtolicis & probabilib. Patribus, & oniuerſalibus qoioq; Synodis, anathema ſit. Igitur ſicut prędiximus, & nūc iterō dicimus, ſi quis uobis euangelizauerit præter id quod accepimus ex ipſis, anathema ſit. Modò aūt hominib. ſuademus, an Deo? aut quærimus hominibus placere? Si adhuc hominib. placerē, inquit beatus Paulus, Chriſti ſeruus nō eſſem. Sicut ergo accepiſtis Chriſtū à ſanctis prædicatoribus, ſic in eū credite: bonō depoſitū uſq; in finē cuſtodite, per Spiritō ſanctū qui habitat in uobis. Quoniā firmō fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculū boc: Nouit Dominus qui ſunt eius: & diſcedat ab iniquitate, omnis qui inuocat nomen Domini. Propterea fratres, profanas uocum nouitates euitantes, nullatenus eos qui de terra clamant, & non ex ore Domini loquuntur, ſuſcipiatis aduerſus fidem: typos aut leges, uel definitiones aut expoſitiones bæ-

reticas agnoſcentes: quoniã hæc omnia requiſiturus & iudicaturus eſt ipſe glorię Dominus: & quia nullus hominum, quorum ſicut fœnum dies illorum, pro nobis crucifixus eſt, neque in nomine cuiuſquam eorum baptiſati ſumus: ſed in mortem Chriſti Dei, per lauacrum regenerationis renouari dinoſcimur, qoi crucifixus eſt pro nobis ſub Pontio Pilato: maximè apertiſsimè conſiderantes, qoonism & pro ſe ſua dogmata deſtroit coutraria. Dicit enim Dominus: Omne regnum in ſe diuiſum, non ſtabic: & omnis ſententia & lex aduerſum ſe diuiſa, non ſtabit: & ſié Typus deſtruit Ecthesin, ſed & Ecthesis deſtruit Typum: illa quidẽ dicẽs unam habere, hic autem adſerens non unam habere Dominum noſtrum uoluntatem & operarionem.

Ergo in ſe diuiſum eſt utrunq;: & quomodo ſtabit aduerſariorũ hęreſis, magis à ſemet ipſa inualida & insnis exiſtens, quàm à nobis deſtructa? Ergo nullo modo, per trãſitoriam umbram potius, aut corruptelã diſſolutam Chriſti Dei, ueſtrã orthodoxam fidem amittaris, mirantes perſonas quęſtus cauſa: quoniam ſicut flos pertranſiet. exortus eſt enim ſol cum ardore, & areſecit fœnũ, & flos eius cecidit, & decor uulrus eius deperijt. Ita & diues in itineribus ſuis marceſsir: ur ne dilectionem mundi compatientibus nobis, dicatut etiam de nobis, Dilexetunt gloriam hominum magis quàm gloriam ſolius Dei: & ſubiaceamus ęterno iudicio. Horrendum eſt, frarres, incidere in manus Dei uiuentis, qui proteſtatur dicens: Quicunque me negauerit, & uerba mea, coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qui in cœlis eſt. Reuelatur enim ira Dei de cœlo ſuper omuem impietatem & iniuſticiam hominum, qui oeritatem per illicitam hæreſin expugnant, aut denegant: quia quod notum eſt de Deo, manifeſtum factum eſt in illis. Deus enim manifeſtauir hoe per ſanctos Apoſtolos & propheras & doctores, & uniuerſales quinque Synodos, quarum dogmata lex catholicæ Eccleſiæ exiſtunt: & tamen de his omnibus, propriam nouitatem præpoſuerunt. Nemo ergo uos ſeducat inanibos uerbis. propterea enim uenit ira Dei ſuper filios diffidentiæ. Nolite ergo eſſici comparticipes dogmatum eorum, neqoe communicetis infructuoſis uerbis illorum: magis aurem & redarguire, qooniam cœtus præuaticatorum ſunt, & exteoderunt linguam ſuam quaſi arcum mendacij, & nõ ueritaris. Completum eſt in eis, quia de malo ad malum egreſsi ſunr, & me non cognouerunr, dicir Dominus. Veritatem enim non loquentur: docueront autem linguam ſuam loqui meodacium, ut impiè agerent: laborauerunt, & renuerunt ſcire me, dicit Dominus.

Stare ergo uos, dilectiſsimi, ſuper uias, & uidete & inrerrogate de ſemitis Domini antiquis, & uidete quę eſt uia bona ſanctorum Patrum, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Sed etſi patimini propter Chriſtũ, beati eritis. Metum aũt eorum ne timueritis, neq; cõturbemini. Dominũ aũt Deum ſanctificate in cordib. ueſtris, ipſo dicente: Nolite timere eos qui corpus occidũt, animã aũt nõ poſſunt occidere: ſed potius eum timete, qui poteſt animã & corpus perdere in gehennam. Non'ne duo paſſeres aſſe ueniunt, & unus ex illis non cadet ſuper terram ſine patre ueſtro? Veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere eos: multis paſſeribus meliores eſtis uos. Rememoramini ergo fratres, eom qui talem ſuſtinuit à peccatoribus aduerſus ſemetipſum conrradictionem, ut ne fatigemini animis ueſtris deficientes. nondum enim uſq; ad ſanguinem certauimus, aduerſus peccarum repugnaotes. Confidimos aurem de uobis, fratres chariſsimi, meliora & uiciniora ſaluti. Quia neque mors, neq; uita, neque angeli, oeque principatus, neq; inſtanria, neq; futura, neque forritudines, neq; altitudo, neq; profondũ, neq; creatura alia (magiſtro genriũ docenre) poterit uos ſeparare à charitate Domini noſtri IESV Chriſti, & quę in ipſo eſt recta fides. Nolite itaq; amittere cõfidenriã ueſtrã, quę magnã habet remuneratione. Parienria euim nobis neceſſaria eſt ad colluctatiões aduerſariorũ, quatenus fidem intemeratam uſq; in finem cõſeruantes, repromiſsionem percipiamos, quã repromiſit his qui legitimè certare deproperant. Adhuc enim modicum, quantulum qui uenrurus eſt ueniet, & non tardabit. Ecce enim iudex ante ianuam adſiſtic, coronas hilariter promittens his qui pro eo paſsionibua ſubmittuotur. Quod ſi ſubtraxerit ſe quis, non placebit animæ meæ: ſed cadet de promiſsione, propter negationem. Nos autem non ſumus ſubtractionis in perditionem, ſed fidei in acquiſitionẽ animæ. Propter quod aſſumite arma Dei, ut poſsiris reſiſtere in die malo, aduerſus omnem hæreticum uirum, & dogmata: & induite uos loricam iuſticiæ, calceati pedes in præpararione Eoangelij pacis: in omnibus aſſumenres ſcurum fidei, in quo poſsitis omnia iacula nequiſsimi ignita extinguere, & galeam ſaluris accipere, & gladium ſpiriros, quod eſt uerbum Dei, per omnem orationem & obſecrationẽ radicari & fundari, ut id ipſom nobiſcum dicaris omnes: & non ſint in uobis ſchiſmara, diuidentes bonum & integrum corpus Eccleſiæ in tor-

tuoſas nouitates. Sitis autem perfecti & inregri, in eodem ſenſu, & in eadem ſcientia firmati, ur per eam uias noſtras dirigentes, in eundem inflexibiliter occurramus. Quia nobis creditur Dominus, ad quem accedentes, lapidem uiuum, ab hominibus quidem reprobatum, per eorum impiam hæreſin, à Deo aurem electum & honorificarum, magis autem Deum naturalirer exiſtentem, licet propter nos caro factus ſit, & uos tanquam lapides uiui ædificemini in domo ſpirituali, in ſacerdorium ſanctum, offerentes ſpirituales hoſtiss ipſi in odorē ſuauitatis.

Sed & nunc fratres commendamus omnes uos Domino, & uerbum gratię eius, qui poreſt perficere & dare hæredıratem in omnibus ſanctificaris. Ipſe aurem Deus pacis & conſolarionis, det uobis idipſum ſapere alterutrum, ur in ipſo ſemper & in omnibus unanimes, uno ore & uno corde honorificemus eum, in concordiam orthodoxæ fidei: qui porens eſt confirmare nos ſecundum Euangelium eius, ſecundum reuelationem myſterij temporibus æternis raciti: patefacti aurem per Scripturas ſanctas & patrum Orthodoxorum doctrinas: ſecundum præceprum æremi Dei, ad obediendum fidei in omnibus nobis cognitis. Soli ſapienti Deo, Domino noſtro IESV CHRISTO, cum Patre & Spiriru ſancto, gloria, honor, imperium, poreſtas, in ſecula ſeculorum, Amen. Dominus uos incolumes cuſtodiat, dilectiſsimi fratres.

¶ Er idem in epiſtola ad Amandum, inrer alia in hunc modum ſcribir: Credimus ad uos perueniſſe, quomodo in conturbarione rectæ fidei, & catholicæ Eccleſiæ conculcatione, ante hos plus minus 15 annos, à Sergio falſo epiſcopo Conſtantinopolitano, in auxilio habenre tūc imperanrē Heraclium, execranda & abominanda hæreſis pullulauir: & Apollinariſtarū, & Seuerianorum, & Eutychianiſtarū, atq; Manichęorum errores renouanre: quam ſucceſſor eius Pyrrhus, idemq́; epiſcopus, qui ambirionis faſtu Conſtantinopolitanam ſedem arripuir, in deterius auxit. Pro qua re ſæpius Apoſtolica ſedes perſuaſionibus, conteſtationibus atque increpationibus plurimis admonuit eos, quatenus ab huiuſcemodi errore recederēt, & ad lumen pietaris, ex quo lapſi ſunt, remearent. Et non ſolùm quia hoc facere nullatenus uoluerunt, ſed & nunc ſucceſſor eius Paulus, temerator fidei epiſcopus Conſtantinopolitanus, aliud nequius excogirauir in præiudicio Catholicę fidei conamen: quia quæ à prædeceſſoribus ſuis hæreticè expoſita fuerant deſtruens, & Imperialem typum ſacrilego auſu rorius plenum perfidiæ, à clementiſsimo Principe noſtro fieri perſuaſit: in quo promulgatum eſt, ut omnes populi Chriſtiani credere debuiſſent: ideoq́; neceſſe habuimus, ne pro quadam negligentia, & animarum detrimento, quę nobis cōmiſſæ ſunt, culpæ reatu aſtringamur, cœtum generalem fratrum & epiſcoporum noſtrorum in hac Romana ciuitate congregare: quorum præſentia, memoratorum hęreticorum ſceleroſa conſcripta examinata atque denudata ſunt: & Apoſtolico mucrone, Patrumq́ue definitionibus, uno ore, unoq́ue ſpiritu condemnauimus: ut agnoſcentes uniuerſi errorem qui in eis continetur, eorum pollutione nullatenus maculentur. Vnde præuidimus, uolumina geſtorum Synodalium in præſenti uobis dirigere, una cum Encyclia noſtra, ex quorum ſerie omnia ſubtiliter poteſtis addiſcere, & tenebras illorum nobiſcum, ut filij lucis, extinguere. Idcircò ſtudeat fraternitas tua, omnibus eadem innoreſcere, ut tam abominandam hęreſin nobiſcum execrentur, uiq́; ſuę ſalutis ſacramenta addiſcere ualeant: atque Synodali conuentione omnium fratrum & coepiſcoporum noſtrorum, partium illarū, effecta, ſecundum renorem encyclię à nobis directæ, unà cum ſcriptoribus ueſtris ſcripta nobiſmet deſtinanda cōcelebrent: confirmātes, atq; conſentientes eis, quæ pro orthodoxa fide & deſtructione hæreticorū ueſaniæ nuper exortæ à nobis ſtatuta ſunt, & Sigebertum, pręcellentiſsimum filium noſtrū, regem Fraucorum, pro ſuæ Chriſtianitatis remedio conſultiſsimè admonere atq; precari, dirimere nobis ex corpore fratrū noſtrorū dilectiſsimorū epiſcopos, qui ſedis Apoſtolicæ legatione, diuina concedente propitiatione, fungi debeāt, & quæ noſtro cōſilio peracta ſunt, cum his Synodalibus apicibus noſtris ad clementiſsimū Principem noſtrū ſine dubio aſportare ualeant, ut noſtrorum laborum particeps effectus, mercedis cumulū adipiſci ualeat, & ſui regni protectorem inuenire eum, cuius cauſa flagitari dinoſcitur. Hoc namq; & in eius epiſtola exhortari eum cognouimus. Reliquias uerò ſanctorū, de quibus præſentium lator nos admonuit, dari præcepimus. Nā codices iam exinaniti ſunt à noſtra Bibliotheca: & unde daremus, nullatenus habuimus. Tranſcribere ſūt nō potuit, quoniam feſtinanter de hac ciuitate egredi properauit. His igitur ita prælibatis, quæ à nobis per epiſtolā uobis ſcripta ſunt, effectui mancipare fraternitatem ueſtram hortamur. Deus te incolumē cuſtodiat, dilectiſsime frater.

SYNODVS HISPANA.

HIſpani epiſcopi Conſtantis, Heraclij nepotis, perſequutione moti, in Synodum coeūt, & Monothelitarum hæreſin damnāt:

& cõtra Imperatoris edictũ duas uoluntates & operationes in Chriſto aſſerunt, Anno nono Conſtantis. Paulus Diaconus libro decimooctauo.

SYNODVS ANGLICANA, *Herudfordiana.*

ANno Domini 673 iuxta Bedã, aut 674 iuxta Sigebertũ, celebrata eſt Herudfordiana Synodus: cuius acta apud Bedam libro quarto, capite quinto, in hunc modũ referuntur.

¶ In nomine Domini Dei, & Saluatoris noſtri IESV Chriſti, regnante in perpetuum ac gubernante Eccleſiam ſuam eodem Domino noſtro IESV Chriſto, placuit conuenire nos iuxta morem Canonum uenerabilium, tractaturos de neceſſarijs Eccleſiæ negocijs. Conuenimus autem die 24 menſis Septembris, Indictiõe prima, in loco qui dicitur Herudford: ego quidem Theodorus, quamuis indignus, ab Apoſtolica ſede deſtinatus Dorouernenſis eccleſiæ epiſcopus: & conſacerdos ac frater noſter reuerendiſsimus Biſi Orientalium Anglorum epiſcopus: quibus etiam frater & conſacerdos noſter Vuilfridus Nordãhumbrorũ gentis epiſcopus, per proprios legatarios affuit. Affuerunt & fratres acconſacerdotes noſtri, Putta epiſcopus Caſtelli Cantuariorum, quod dicitur Rotrſcheſter: Leutherius epiſcopus Occidentaliũ Saxonũ, Vuinfridus epiſcopus Prouinciæ Merciorum. Cumq; in unum conuenientes, iuxta ordinem quiſque ſuum reſediſſemus: Rogo, inquam, dilectiſsimi fratres, propter timorem et amorem redemptoris noſtri, ut in cõmune omnes pro noſtra fide tractemus, ut quęcunque decreta ac diffinita ſunt à ſanctis & probabilibus Patribus, incorruptè ab omnibus nobis ſeruentur. Hæc & alia quàm plura, quæ ad charitatem pertinebant, unitatemque Eccleſiæ conſeruandam, proſecutus ſum. Cumque expleſſem prolocutionem, interrogaui unumquenque eorum per ordinem, ſi conſentirent, ea quæ à Patribus canonicè ſunt antiquitùs decreta cuſtodire? Ad quod omnes conſacerdotes noſtri reſpõdentes dixerunt: Optimè omnibus placet: quæque definierunt ſanctorum Canones Patrum, nos quoque omnes alacri animo libentiſsimè ſeruare. Quibus ſtatim protuli eundem librum Canonum: & ex eodem libro decem capitula, quæ per loca notaueram, quia maximè nobis neceſſaria ſciebam, illis coràm oſtendi: & ut hæc diligentius ab omnibus ſuſciperentur, rogaui.

Primum capitulum, ut ſanctum diem Paſchæ in commune omnes ſeruemus, Dominica poſt decimamquartam lunam primi menſis. Secundum, ut nullus epiſcoporũ parochiam alterius inuadat, ſed contentus ſit gubernatione creditæ ſibi plebis. Tertium, ut quæque monaſteria Deo conſecrata, nulli epiſcoporum liceat ea in aliquo inquietare, nec quicquam de eorum rebus uiolenter abſtrahere. Quartum, ut epiſcopi monachi non migrent de loco ad locũ, hoc eſt, de monaſterio ad monaſterium, niſi per dimiſsionem proprij abbatis: ſed in ea permaneant obedientia, quam tempore ſuę conuerſionis promiſerunt. Quintum, ut nullus clericorum relinquens proprium epiſcopum, paſsim quólibet diſcurrat: neque alicubi, ueniens abſque commendaticijs literis ſui præſulis, ſuſcipiatur. Quod ſi ſemel ſuſceptus eſt, & noluerit inuitatus redire, & ſuſceptor, & is qui ſuſceptus eſt, excommunicationi ſubiacebit. Sextum, ut epiſcopi atque clerici peregrini, contenti ſint hoſpitalitatis munere oblato: nullique eorum liceat ullum officium ſacerdotale, abſque permiſſu epiſcopi, in cuius parochia eſſe cognoſcitur, agere. Septimum, ut bis in anno Synodus congregetur. Sed quia diuerſæ cauſæ impediunt, placuit omnibus in commone, ut calendis Auguſti, in loco qui appellatur Cloſeshoch, ſemel in anno congregetur. Octauum, ut nullus epiſcoporum ſe præferat alteri per ambitionem, ſed omnes agnoſcant tempus & ordinem conſecrationis ſuæ. Nonum capitulum in commune tractatum eſt, ut plures epiſcopi, creſcente numero fidelium, augerentur. Sed de hac re ad præſens ſilemus. Decimum, pro coniugijs: ut nulli liceat niſi legitimum habere connubium. Nullus inceſtum faciat: nullus coniugem propriam, niſi, ut ſanctum Euangelium docet, fornicationis cauſa relinquat. Quòd ſi quiſquam propriam expulerit coniugem, legitimo ſibi matrimonio coniunctam, ſi Chriſtianus eſſe rectè noluerit, nulli alteri copuletur: ſed ita permaneat, aut propriæ reconcilietur coniugi. His itaque Capitulis in commune tractatis ac diffinitis, ut nullum deinceps ab aliquo noſtrûm oriatur contentionis ſcandalum, aut alia præ alijs diuulgarentur: placuit, ut quæque diffinita ſunt, unuſquiſque noſtrûm manus propriæ ſubſcriptione confirmaret. Quam ſententiam diffinitionis noſtræ, Titillo notario ſcribendam dictaui. Actum in menſe & Indictione ſuprà ſcriptis. Quiſquis igitur contra hanc ſententiam, iuxta decreta Canonum, noſtra etiam conſenſione ac ſubſcriptione manus noſtrę confirmatam, quoquo modo uenire, eamque infringere tentauerit, nouerit ſe ab omni officio ſacerdotali, & noſtra ſocietate ſeparatum. Diuina nos gratia, in unitate ſanctæ Eccleſiæ ſuæ uiuentes, cuſtodiat incolu-

incolumes. Facta eſt autem hęc Synodus, Anno ab incarnatione Domini Sexcenteſimo,ſeptuageſimotertio,quo anno rex Cantuariorũ Ecgbert menſe Iulio obierat,ſuccedẽte in regnum fratre Lothere,quod ipſe annos undecim & menſes ſeptem tenuit.

SYNODVS BRITANNICA *de Paſchatis controuerſia.*

ANno Domini 664. iuxta Bedam & Sigebertũ,celebratur Synodus in monaſterio Pharenſi.Cauſam præbebat cõtrouerſia de Paſchę obſeruatione,& tonſura clericorũ,& alijs Pontificijs ceremonijs,à quibus Scoti abhorrebãt:quos eam ob cauſam Britanni, characteribus papiſticis inſigniti, oderant & damnabant.

Conuocata eſt autem Synodus à regibus Oſuio & Alchfrido,filio eius,rogatu Hyldæ abbatiſſæ cœnobij Pharenſis.

Conuenerunt autem, Colmannus Lindisfarnenſis epiſcopus,& epiſcopi & clerici de Scotia,& Cedda Eboracẽſis archiepiſcopus, & Hylda abbatiſſa, qui auerſabãtur ceremonias pontificias,& ſuas tutabaurur: & Agilbertus Occidentalium Saxonum epiſcopus,& Vuilfridus abbas,& Agatho presbyter, & Iacobus Diaconus, & Romanus qui Pontificias ceremonias amplexabãtur.

Præſedit autem Oſuius rex, qui & ipſe deditus erat parti Scotorum: & Alchfridus filius ,qui ſentiebat cũ Anglis. interpretem egit utriuſq; partis in Concilio,Cedda.

Primus rex, præmiſſa præfatione, quòd oporteret eos qui uni Deo ſeruirent , unam uiuendi regulam tenere: nec diſcrepare in celebratione Sacramentorum cœleſtium, qui unum omnes in cœlis regnum expectarent: inquirendum potius, quæ eſſet uerior traditio, & hanc ab omnibus cõmuniter eſſe ſequendam: Iuſsit primò dicere epiſcopum ſuum Colmannum, qui eſſet ritus,& unde originem ducens ille, quẽ ipſe ſequeretur. Tunc Colmannus: Paſcha,inquit,hoc quod agere ſoleo, à maioribus meis accepi, qui me huc epiſcopum miſerunt: quod omnes Patres noſtri, uiri Deo dilecti,eodem modo celebraſſe noſcuntur. Quod ne cui contemnendum & reprobandum eſſe uideatur,ipſum eſt quod beatus euangeliſta Ioannes,diſcipulus ſpecialiter Domino dilectus, cum omnibus quibus præerat Eccleſijs celebraſſe legitur. Quo hæc & his ſimilia dicente, iuſsit Rex & Agilbertum proferre in medium, morem ſuæ obſeruationis, unde initium haberet, uel qua hune autoritate ſequeretur. Reſpondit Agilbertus: Loquatur obſecro uice mea diſcipulus meus Vuilfrid presbyter, quia unum ambo ſapimus,cum cæteris qui hic aſsident Eccleſiaſticæ traditionis cultoribus.& ille melius ac manifeſtius ipſa lingua Anglorum, quàm ego per interpretem, poteſt explanare quæ ſentimus. Tunc Vilfrid, iubente Rege ut diceret, ita exorſus eſt: Paſcha quod facimus,inquit,uidimus Romæ,ubi beati apoſtoli Petrus & Paulus uixere, docuere,paſsi ſunt, & ſepulti, ab omnibus celebrari:hoc in Italia, hoc in Gallia,quas diſcendi uel orandi ſtudio pertranſiuimus, ab omnibus agi conſpeximus. Hoc per Africam,Aſiam,& Ægyptum,Græciam,& omnem orbem, quacunque Chriſti Eccleſia diffuſa eſt,per diuerſas nationes ac linguas,uno,ac non diuerſo temporis ordine geri comperimus:præter hos tantum, & obſtinationis eorum complices, Pictos dico,& Britones: cum quibus,de duabus ultimis Oceani inſulis, his non totis , contra totum orbem ſtulto labore pugnant. Cui hæc dicenti reſpondit Colmannus: Mirum, quare ſtultũ appellare uelitis laborem noſtrum, in quo tanti Apoſtoli, qui ſuper pectus Domini recumbere dignus fuit, exempla ſectamur: cum ipſum ſapientiſsimè uixiſſe, omnis mundus nouerit. At Vuilfridus: Abſit,inquit, ut Iohannem ſtultitiæ reprehendamus, cum ſcita legis Moyſaicæ iuxta literam ſeruaret, Iudaizante adhuc in multis Eccleſia,nec ſubitò ualentibus Apoſtolis omnem legis obſeruantiam, quæ à Deo inſtituta eſt, abdicare . Quomodo ſimulachra, quæ à dæmonibus inuenta ſunt, repudiare omnes qui ad fidem ueniunt neceſſe eſt, uidelicet ne ſcandalum facerent eis qui inter gentes erant Iudæis. Hinc eſt enim quòd Paulus Timotheum circumcidit,quòd hoſtias in tẽplo,immolauit, quòd cum Aquila & Priſcilla caput Corinthi totondit: ad nihil uidelicet utile,niſi ad ſcandalum uitandum Iudæorum. Hinc, quòd eidem Paulo Iacobus ait: Vides frater,quot milia ſunt in Iudæis, qui crediderunt, & omnes ij æmulatores ſunt legis: nec tamen hodie clareſcente per mundum Euangelio, neceſſe eſt, imò nec licitum fidelibus, uel circumcidi, uel hoſtias Deo uictimarum offerre carnalium Itaque Ioannes ſecundum legis conſuetudinem , decimaquarta die menſis primi, ad ueſperam incipiebat celebrationem feſti Paſchalis: nil curans,utrum hæc ſabbatho, an alia qualibet feria proueniret. At uerò Petrus cum Romæ prædicaret, memor quia Dominus prima Sabbathi reſurrexit à mortuis, ac mundo ſpem reſurrectionis contulit: ita Paſcha faciendum intellexit, ut ſecundum conſuetudinem ac præcepta legis, decimamquartam lunam primi menſis, æquè ſicut Ioannes,orientem ad ueſperam ſemper expecta-

ret. Et hac exorta, ſi Dominica dies (quæ tũc prima Sabbati uocabatur) erat mane uẽtura, in ipſa ueſpera Paſcha Dominicum celebrare incipiebat, quomodo & nos omnes hodie facere ſolemus. Sin autem Dominica non proximo manè poſt lunam decimãquartã, ſed ſextadecima aut ſeptimadecima, aut alia qualibet luna, uſque ad uiceſimamprimam eſſet uentura, expectabat eam, & præcedente Sabbatho ueſpere ſacroſancta Paſchæ ſolennia inchoabat. Sicque fiebat, ut Dominica Paſchæ dies non niſi à quintadecima luna uſque ad uiceſimamprimam ſeruaretur. Neque hæc Euangelica & Apoſtolica traditio legem ſoluit, ſed potius adimplet: in qua obſeruandum Paſcha, à quartadecima luna primi menſis ad ueſperam, præceptum eſt: in quam obſeruantiam ãmirandam, omnes ſancti Iohannis ſucceſſores in Aſia, poſt obitum eius, & omnis per orbem Eccleſia conuerſa eſt: & hoc eſſe uerum Paſcha', hoc ſolum fidelibus celebrandum, Niceno Concilio, non ſtatutum nouiter, ſed confirmatum eſt, ut Eccleſiaſtica docet hiſtoria. Vnde conſtat, uos, Colmanne, neque Ioannis (ut autumatis) exempla ſectari, neque Petri, cuius traditioni ſcientes contradicitis, neque legi, neque Euangelio, in obſeruatione ueſtri Paſchæ congruere. Ioannes enim ad legis Moyſaicæ decreta tempus Paſchale cuſtodiens, nil de prima Sabbathi curabat: quod uos non facitis, qui non niſi prima Sabbathi Paſcha celebratis. Petrus à decimaquinta luna uſque ad uiceſimam primam, diem Paſchæ Dominicum celebrabat: quod uos non facitis, qui à decimaquarta uſque ad uiceſimam lunam, diem Dominicum Paſchæ obſeruatis, ita ut tertiadecima luna ad ueſperam ſæpius Paſcha incipiatis, cuius neque lex ullam fecit mentionem: neque autor ac dator Euangelij Dominus in ea, ſed in quartadecima luna, uel uetus Paſcha manducauit ad ueſperam, uel noui Teſtamenti ſacramenta in commemorationem ſuæ paſſionis Eccleſiæ celebranda tradidit. Itemque lunam uiceſimamprimam, quam lex maximè celebrandam commendauit, à celebratione ueſtri Paſchæ funditùs eliminatis. Sicque, ut dixi, in celebratione ſummæ feſtiuitatis, neque Ioanni, neque Petro, neque legi, neque Euangelio concordatis.

His contrà Colmannus: Nunquid, ait, Anatolius, uir ſanctus, & in præfata hiſtoria Eccleſiaſtica multum laudatus, legi uel Euangelio contraria ſapuit, qui à quartadecima uſque ad uiceſimam Paſcha celebrandum ſcripſit? Nunquid reuerendiſsimum patrem noſtrum Columbam & ſucceſſores eius, uiros Deo dilectos, qui eodem modo Paſcha fecerunt, diuinis paginis contraria ſapuiſſe uel egiſſe credendum eſt? Cum plurimi fuerint in eis, quorum ſanctitati cœleſti ſigna, & uirtutum quæ fecerunt miracula teſtimoniũ præbuerunt: quos ut ipſe ſanctos eſſe non dubitãs, ſemper eorum uitam, mores & diſciplinam ſequi non deſiſto.

At Vuilfridus: Conſtat, inquit, Anatolium uirum ſanctiſsimum, doctiſsimum, ac laude eſſe digniſsimum: ſed quid uobis cum illo, cum nec eius decreta ſeruetis? Ille enim in Paſcha ſua regulam utique ueritatis ſequẽs, circulum nouendecim annorum poſuit, quẽ uos aut ignoratis, aut agnitum & à tota Chriſti Eccleſia cuſtoditum pro nihilo contemnitis. Ille ſic in Paſchæ Dominicam decimamquartam lunam computauit, ut hanc eadem ipſa die, more Ægyptiorum, decimamquintam lunam ad ueſperam eſſe fateretur. Sic idem uiceſimam diem Dominico Paſchæ annotauit, ut hanc, declinata eadem die, eſſe uiceſimamprimam crederet. Cuius regulam diſtinctionis uos ignoraſſe probat, quòd aliquoties Paſcha manifeſtiſsimè ante plenilunium: id eſt, in tertiadecima luna facitis. De patre autem ueſtro Columba, & ſequacibus eius, quorum ſanctitatem uos imitari, & regulam ac præcepta cœleſtibus ſignis confirmata ſequi perhibetis, poſſum reſpondere, quia multis in iudicio dicentibus Domino, quòd in nomine eius prophetauerint, & dæmonia eiecerint, & uirtutes multas fecerint: reſponſurus ſit Dominus, quia nunquam eos nouerit. Sed abſit, ut de patribus ueſtris hoc dicam: quia iuſtius multo eſt de incognitis bonum credere, quàm malum. Vnde & illos Dei famulos & Deo dilectos eſſe, non nego, qui ſimplicitate ruſtica, ſed intentione pia, Deum dilexerunt. Neque illis multum obeſſe Paſchæ talem reor obſeruantiam, quamdiu nullus aduenerat, qui eis inſtituti perfectioris decreta, quæ ſequerentur, oſtenderet. Quos utique credo, ſi qui tunc ad eos Catholicus calculator adueniſſet, ſic eius monita fuiſſe ſecuturos, quomodo ea quæ nouerant ac didicerant, Dei mandata probantur fuiſſe ſecuti. Tu autem & ſocij tui, ſi audita decreta ſedis Apoſtolicæ, imò uniuerſalis Eccleſiæ, & hæc literis ſacris cõfirmata ſequi contemnitis, abſque ulla dubietate peccatis. Etſi enim patres tui ſancti fuerunt, nunquid uniuerſali, quę per orbem eſt Chriſti Eccleſiæ, horũ eſt paucitas una de angulo extremæ inſulæ præferenda? Et ſi ſanctus erat ac potẽs uirtutibus ille Colũba ueſter, imò & noſter, ſi Chriſti erat, nũ pręferri potuit beatiſsimo Apoſtolorũ principi? cui Dominus ait: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meã, & portæ in-

eſti

feri nõ præualebũt aduerſus eã, & tibi dabo claues regni cœlorũ? Hęc perorante Vuilfrido, dixit Rex: Vere'ne Colmane hæc illi Petro dicta ſunt à Domino? Qui ait: Verè, Rex. At ille: Haberis, inquit, uos proferre aliqd rãtæ poteſtatis ueſtro Columbæ datum? At ille ait: Nihil. Rurſum autem Rex: Si utriq; ueſtrûm, inquit, in hoc ſine ulla controuerſia cooſentiũt, quòd hæc principaliter Petro dicta, & ei claues regni cœlorum ſint datæ à Domino? Reſponderunt: Etiam, utrique. At ille ita concluſit: Et ego uobis dico, qoia híc eſt oſtiarius ille, cui ego contradicere nolo: ſed in quantum noui uel ualeo, huius cupio in omnibus obedire ſtatutis, ne fortè me adueniente ad fores regni cœlorũ, nõ ſit qui reſerat, auerſo illo qui claues tenere probatur. Hæc dicente Rege, fauerunt aſsidentes quique, ſiue aſtantes, maiores unà cum mediocribus: & abdicata minus perfecta inſtitutione, ad ea quæ meliora cognouerant, ſeſe transferre feſtinabant.

Finitoq; conflictu, ac ſoluta concione, Agilbertus domum redijt. Colman uidens ſpretam ſuam doctrinam, ſectamque eſſe deſpectã, aſſumptis his qui ſe ſequi uoluerunt: id eſt, qui Paſcha Catholicum & tonſurã coronæ (nam & de hoc quæſtio non minima erat) recipere nolebant, Scotiam regreſſus eſt, tractaturus cum ſuis quid de his facere deberet. Cedda relictis Scotorum ueſtigijs, ad ſuam ſedem redijt: utpote agnita obſeruatione Catholici Paſchæ.

SYNODVS TOLETA-
na ſexta.

ANno tertio Chintillæ, Domini uerò 653, ſexta Toletana celebrata eſt. Conuenerunt aut quinquaginta duo epiſcopi. pręſedit Iſidorus, iuxta Iohannem Magnum Gothicæ hiſtoriæ libro 16, cap. 18. uel ſecundum Catalogum ſubſcriptorum, Eugenius.

Occaſionem prębuerunt quidam erronei ſpiritus, qui hæreſes reſuſcitabant, & priorũ Conciliorum acta in dubium reuocabant. ad quos reprimendos, in hoc congreſſu omnes priorum Conciliorum conſtitutiones ſunt confirmatæ, & multæ de nouo additæ.

¶ Canones uerò hi referuntur:

1\. Cum primùm omnipotenti Deo pro corona fratrum ita numeroſæ gratiæ in nobis fuiſſent peractæ: nihil melius nihilque ſalubrius omniũ inſedit animo quàm more Synodi uniuerſalis poſt ſolennia perfunctę orationis, quod mente interius ruminabamus, lingua narraremus: & quod corde credebamus, ore ructaremus, ſuperna fauente ſententia, quæ ait: Eructauit cor meum uerbum bonum. & iuxta Propheram: Verbum fecit Dominus abbreuiatum ſuper terram. Quamobrem ex abundãtia noſtri cordis ſit cõfeſsio uocis, ut fidem quam omnium mens intrinſecus geſtat, in confeſsione interpres lingua foris effundat. Itaq; credimus & profitemur ſacratiſsimam & omnipotentiſsimam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, unum Deum ſolum, non ſolitarium, unius eſsẽtię, uirtutis, poteſtatis, maieſtatis, uniusq; naturæ, diſcretã inſeparabiliter perſonis, indiſcretam eſſentialiter ſubſtãtia deitatis, creatricem omnium creaturarum: Patrem ingenitum, increatum, fontem & originem totius diuinitatis: filium à patre intẽporaliter ante omnem creaturam ſine initio genitum, non creatum (nã nec pater unquã ſine filio, nec filius extitit ſine patre: ſed tamẽ filius Deus de patre Deo, nõ pater Deus de filio Deo: ille autem filius patris, & Deus de patre, per omnia coæqualis patri: Deus uerus, de Deo uero) ſpiritum uerò ſanctum neque genitum, neque creatũ, ſed de patre filioque procedentem, utriuſque eſſe ſpiritum: ac per hoc ſubſtantialiter unum ſunt; qui & unus ab utroque procedit. In hac autem Trinitate tanta eſt unitas ſubſtantię, ut pluralitate careat, & æqualitatẽ teneat. Nec minor in ſingulis quàm in omnibus, nec maior in omnib. quàm in ſingulis perſonis manet. Ex his igitur trib. diuinitatis perſonis, ſolum filium fatemur ad redemptionem humani generis, propter culparum debita, quę per inobedientiam Adæ originaliter, & noſtro libero arbitrio cõtraximus, reſoluenda à ſecreto Patris arcanoq; prodijſſe, & humanitatem ſine peccato de ſancta ſemper uirgine Maria aſſumpſiſſe, ut idem filius Dei patris, eſſet filius hominis: Deus perfectus, & homo pfectus, ut homo & Deus eſſet unus Chriſtus, naturis in duabus una perſona: ne quaternitas Trinitati accederet, ſi in Chriſto geminata perſona eſſet. Ergo à Patre & Spiritu ſancto ſeparabilis creditur perſona: ab homine autem aſſumpto, natura. Idẽ cũ eodem homine, unus extat perſona, cum Patre & Spiritu ſancto, natura: ac (ſicut diximus) ex duabus naturis, & una perſona, unus eſt Dominus noſter IESVS CHRISTVS, in forma diuinitatis æqualis patri, in forma ſerui minor patre. Hæc eſt enim uox eius in pſalmo. De uentre matris meæ Deus meus es tu. Natus itaq; à Deo ſine matre, natus à uirgine ſine patre, ſolũ uerbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Et cũ totã cooperata ſit Trinitas formationẽ ſuſcepti hominis, quoniam inſeparabilia ſunt opera Trinitatis, ſolus tamẽ filius ſuſcepit humanitatem in ſingularitate perſonæ, non in unitate diuinæ naturę: id eſt, in eo quod proprium eſt filio, nõ quod commune eſt Trini-

tati. Nam ſi unam nati hominis, Dei alteram confeciſſet perſonam, tota Trinitas corpus aſſumpſiſſet: quoniam conſtat naturam Trinitatis eſſe, non tamen perſonam. Hic ergo Dominus noſter IESVS CHRISTVS, miſſus à patre, ſuſcipiens quod non erat, nec amittens qood erat, inuiolabilis de ſuo, mortalis de noſtro, uenit in hunc mondum peccatores ſaluos facere, er credentes iuſtificate: faciensq́; mitabilia, traditus eſt propter delicta noſtra, mortuus eſt propter expiationē noſtram, reſurrexit propter iuſtificationē noſtam: huius liuore ſanati, hoius morte Deo patri reconciliati, huius reſurrectione ſumus reſuſcitati. Quem etiam uenturum in fine expectamus ſeculorum, cum teſurrectione omnium, æquiſsimo ſuo iudicio redditurū iuſtis præmia, & impijs pœnas. Eccleſiam quoq; catholicam credimus, ſioe macula & ruga corpus eius eſſe, regnumq́; habituram cum capite ſuo omnipotente CHRISTO IESV, poſtquàm hoc corruptibile induerit incorruptionem, & mortale immottalitatem, ut ſit Deus omnia in omnibus. Hac fide corda purificantur, hac hæreſes extirpantur, in hac omnis Eccleſia collata iā cœleſti regno, deinceps in ſeculo præſenti gloriatur, & nō in alia fide eſt ſalus. nec enim nomē aliud ſub cœlo datom eſt hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.

2. Religioſiſsimi principis noſtri deuotionem, & noſtrorum cōſacerdotum primo anno regni ſui conſtitutionem, cum magna teuerentia & uenetatione ſuſcipientes, quam cōſtat iam in omni regno ſuo annua uice celebrari, quam placuit etiā noſtra aſſenſione fitmari. Proiode uniuerſalis autoritate cenſemus Concilij, ut hi dies litaniatum, qui in Synodo præmiſſa ſunt inſtitoti, eodem in tēpore quo iuſsi ſunr excoli, annuo recurſu omni obſeruatione habeantut celeberrimi: ut pro illis quibus nunc uſque ſimul ſumus implicati delictis, ſit noſtra expiatio ante oculos Dei omnipotentis.

3. Ioflexibilis Iodæorum perfidia, deflexa tādem oidetur pietate & potentia ſuperna. Hic enim liquet, quòd inſpiramine ſummi Dei excellentiſsimus & Chriſtianiſsimus Princeps, ardore fidei inflammatus, cum regni ſui ſacerdotibus prguaricatiōes & ſuperſtitiones eorū eradicate elegit ſunditùs: nec ſinit degere in regno ſuo, eum qui nō eſt Catholicus, ob cuius feruorem fidei gratias omnipotenti Domino cœlorū agimus, eo qoòd ei tam illuſtrem creauerit animam, & ſua repleuerit ſapientia. Ipſe quoq; donet ei, & in præſenti ſeculo longæuam uitam, & in futuro gloriam æteroam. Illud autem prouida nobis cura, & ualde eſt decetnendum uigilāti ſolertia, ne eius fidei calor, & noſter labor quandoque in poſteris tepefactus liqueſcat. Quocirca conſonam cū eo corde & ore ptomulgamus Deo placituram ſententiam, ſimul etiam cum ſuorū optimatum illuſtriūqoe uirorum conſenſu & delibetatione ſancimus, ut quiſqois ſuccedentium temporū regni ſortitus fuerit apicem, nō antè conſcēdat regiam ſedem, quàm inter reliqua conditionum ſacramēta pollicitus ſuerit, hanc ſe Catholicam non petmiſſurum eos oiolate fidem: ſed & nullatenus eorum perfidiæ fauens, uel quolibet neglectu aut cupiditate illectus, tendentibus ad præcipitia infidelitatis aditum præbear præuaricationis: ſed quod magnopere noſtro eſt tempore cōquiſitum, debeat illibatum perſeuetare in futurum. Nam incaſſum bonum agitur, ſi non eius prouidetur perſeuerantia. Ergo poſtquā ordine præmiſſo ad gubernacula ſcceſſerit regni, ſi ipſe temetator huius extiterit promiſsi, ſi anathema maranatha in conſpectu ſempiterni Dei, & pabulum efficiatur ignis ęterni, ſimilique cum eo damnatione perculſis, quicunque ſacerdotū, uel quilibet Chriſtianotum, eius implicati fuerint errori. Nos étenim ita in præſentia decernimus, ut præterita quæ in oniuerſali Synodo de Iudæis conſcripta ſunt, confirmemus: quoniam ea quæ neceſſaria pro eorum ſaluatione ſcribi potuerunt, in eadem eſſe cautō ſcimus. Quapropter quæ tunc decreta ſunt, ualitura eſſe cenſemus.

4. Sæpe pullolantia ptaoitatis germina, licet ſæpiſsimè patrum iuſta nooerimus ſeoeritate damnara: quia tamē crebris conſpiciuntur denuò uigete radicibus, iuſticiæ acriote oigore radicitùs amputare ſancimus. Proinde quicnnq; Simonis imitator, Simoniacæ qooque hæreſis extiterir ſectator: ut Eccleſiaſticorū ordinō gradus non dignitate morum obtineat, ſed munerū impenſione conquirat, & per oblata munera capiat, quibus hūc nec rationis ordo, nec dignitas morum ulla commendat: talis inuentus, ſacrorū ordinum apices penitùs adipiſci nullo modo permittatur. ſed & ſi adeptus fuerit, communione priuatus, com ordinatoribus ſuis propriorum bonorum amiſsione damnetur.

5. Sæpe fit, ut proprietari otiginis obſiſtat longinquitas temporis. Quapropter prouidentes decernimus, ut ſi quis clericorū ſtipendium de rebus Eccleſiæ cuiuſquam Epiſcopi percipit largitate, ſub ptecarię nomine debeat profeſsionem ſcribere: nec per retentionem dioturnam, præiudicium affetat Eccleſiæ: & quæcunque in uſu perceperit, debeat utiliter laborare, ut nec res diuini iuris uideantut aliqua occaſione negligi: & ſubſidiom ab Eccleſia, cui deſeruiunt, percipere

poſsime

poſsint clerici. Quod ſi quis eorum contempſerit facere, ipſe ſe ſtipendio ſuo uidebitur priuare. 12. q. 2. ſæpe fit ut prop.

6. Procliuis curſus eſt ad uoluptatem, & imitatrix natura uitiorum. Quamobrem quiſquis uirorum uel mulierum habitum ſemel induerit ſpontaneè religioſum, aut ſi uir deditus Eccleſiæ choro, uel fœmina fuerit, aut fuerit delegata puellarum monaſterio, in utroque ſexu præuaricator, ad propoſitum inuitus reuerti cogatur, ut uir detondeatur, & puella ad monaſteriũ regrediatur. Si autem quolibet patrocinio deſertores permanere uoluerint, ſacerdotali ſententia ita à Chriſtianorum cœtu habeantur extorres, ut nec locus eis ullus ſit communionis. Viduæ quoque, ſicut uniuerſalis Synodus iam ſtatuit, profeſsionis uel habitus ſui deſertrices, ſuperiori ſententia condemneutur. 20. q. 3. procliuis autem.

7. Quamuis priora nunquam ſiluerint de tanto facinore Concilia: ratio tamen depoſcit, ut ea quæ frequenti præuaricatione iterantur, frequenti ſententia condemnentur. Ecideo, quoniam tanta exiſtit peruerſitas hominum, ut hi quos ſub religioſo habitu pœnitentiæ profeſsio pro uenia peccatorũ, ad manum ſacerdotis deducit uel abduxit, iterum rediuiua malicia ad uitæ priſtinæ ſordea reuocet. Huius rei cauſa ſancta Synodus decernit, ut ſi qui ingenuorum, utriuſque ſexus, ſub nomine pœnitentis in habitu religioſo ſunt conuerſati: poſt hæc autem comam nutrientes, uel ueſtimenta ſecularia ſumentes, ad id quod reliquerant redierunt, ab epiſcopo ciuitatis, in cuius territorio ſunt conuerſi, comprehenſi, rurſus legibus pœnitentiæ in monaſterijs ſubdantur inuiti. Quòd ſi fieri propter alicuius poteſtatis uigorem difficile fuerit: tunc ſicut priſcorum Canonum ſtatuerunt decreta, quouſq; ad dimiſſum ordinem reuertantur, excõmunicati, & anathemate cõdemnati habeãtur. Similiter & hi, qui poſt excõmunicationem uel interdictũ cũ ipſis cõmunicauerint. Sacerdoa aũt, ad quem pertinere noſcuntur, ſi eoa quolibet munere uel fauore aut negligentia admonere noluerit, ut aut reuertentes ſuſcipiat, aut cõtemnentes de Eccleſia reijciat, ſimili ſententia plectatur, quouſq; emendationis eorũ uel damnationis ſententia ab eo promulgetur.

8. Antiqui & ſanctiſsimi eſt patris ſententia papæ Leonis, ut is qui in ætate adoleſcẽtiæ poſitus, dũ mortis formidat caſum, peruenerit ad pœnitentiæ remedium, ſi cõiugatus, & fortè fuerit incontinens, ne poſtea adulterij incurrat lapſum, redeat ad priſtinũ coniugium, quouſq; poſsit adipiſci temporis maturitate continentiæ ſtatũ. Quod nos ſicut de uiris, ita de fœminis æquo modo cẽſemus, non quidẽ hoc generaliter & canonicè pręceptũ, ſed conſtat à nobis pro humana fragilitate indultum, ea duntaxat ratione, ut ſi is qui pœnitentię non eſt legibus deditus, antè ab hac uita deceſſerit, quàm ex conſenſu alter ad continentiam eat, unde fuerit regreſſus, ſuperſtiti non liceat denuò ad uxoris trãſire amplexus. Si autem illius uita extiterit ſuperſtes, qui nõ accepit benedictionẽ pœnitentis, nubat, ſi ſe continere non poteſt: & ulterius conſortio fruatur uxoris. Quod de utroq; ſexu pari modo à nobia manifeſtũ eſt decretũ eſſe, ita uidelicet, ut in his omnibus ſacerdotis ordinatio expectetur, ut iuxta quod ætatẽ aptam proſpexerit pœnitẽtię, abſolutionis uel diſtrictionis tribuat legem. 33. q. 2. antiqui & ſanct.

9. Longinquitate ſæpè fit temporis, ut non pateat conditio originis. Vnde iam decretũ eſt in anteriori uniuerſalis Cõcilij Canone, ut profeſsionem ſuam liberi Eccleſię debeant facere, qui profiteantur ſe & de familijs eſſe Eccleſiæ, & Eccleſiæ obſequium nunquam relicturos. Vnde his quoque nos adijcimus, ut quoties curſum uitæ ſacerdos impleuerit, & de hac uita migrauerit, mox cũ ſucceſſor eius aduenerit, oẽs liberi Eccleſię, uel ab eia progeniti, chartulas ſuas in cõſpectu omnium debeant ipſi qui ſubſtituitur pontifici publicare: & profeſsiones ſuaa in conſpectu Eccleſiæ renouare, quatenus ſtatus ſui uigorem & illi obtineant, & obedientia eorum Eccleſia non careat. Si autem aut ſcripturas libertatis ſuæ, intra annum ordinationis noui ſui pontificis manifeſtate contempſerint, aut profeſsiones renouare noluerint, uacuæ & inanes chartulæ ipſæ remaneant: & illi, origini ſuæ redditi, ſint perpetuò ſerui. 12. quæſtione 2. longinquitate.

10. Etenim decet, ut hi quorum parentes titulum libertatis de familijs Eccleſię perceperunt, intra Eccleſiã, cui obſeqniũ debent, cauſa eruditionis enutriantur. Contemptua quippe eſt patronorũ, ſi ipſis neglectis, alijs ad educãdũ detur progenies manumiſſorũ. Itaq; cenſemua, ut ſine ſtatus ſui pręiudicio, ab Epiſcopo habeantur in doctrinæ obſequio, quatenus & illi debitũ reddant famulatum, & nullum patiantur ſuæ ingenuitatis detrimentũ. Eos uerò qui aliter, quàm ſententia noſtra decreuit, agere tentauerint, inuitos iubemus ab epiſcopis ad hoc ipſum reduci. Quod ſi fortè parentes eorum eos pontificibus ſuis dare contempſerint, & alios ſibi patronos adoptauerint, ingratorum feriantur lege libertorum.

11. Dignũ eſt, ut uita innocentis nulla maculetur pernicie accuſatoris. Ideo quiſquis à

quolibet

quolibet criminatur, non antè accuſatus ſupplicio detur, quàm accuſator præſentetur, atque legum & Canonum ſententis exquiratur. Quòd ſi indigna ad accuſandum perſona inuenitur, ad eius accuſationem nõ iudicetur, niſi ubi pro capite regię maieſtatis cauſa uerſatur. 3. quæſtione 9. dignum eſt ut uita.

12. Prauſrum audacia mentium ſæpe aut malicia cogitationum, aut caula culparum refugium appetit hoſtium. Vnde quiſquis patrator culparum extiterit talium, uirtutem petens defendere aduerſariorum, & patriæ uel genti ſuæ detrimenta intulerit rerum, in poteſtatem regis ac gentis ſuæ reductus, excommunicatus & retruſus, longinquioris pœnitentię legibus ſubdatur. Quod ſi ipſe mali ſui prius reminiſcens, ad Eccleſiam fecerit confugium, interceſſu ſacerdotum & reuerentia loci, regia in eos pietas reſeruetur comitante iuſticia.

13. Qui primatu dignitatis atq; reuerentię uel gratię ob meritum in palatio honorabiles habentur, his à iunioribus modeſtus honor per omnia deferatur. Quinetiam minores à ſenioribus, & dilectionis amplectãtur affectu, & utilitatis imbuantur exemplo.

14. Præmio fraudare fideles, nõ ſolùm inhumanum, ſed etiam exiſtit iniuſtũ. Ideoq; cũ fidei meritũ, tam in rebus diuinis quàm in humanis, non habeatur ingratum: dignũ uidetur, ut ſacerdotali ſentẽtia conſulamus fidelibus regis. Proinde ut anno primo ſereniſsimi Principis noſtri decreuit Conciliũ ſanctum, omnes fideles, qui obſequio & ſincero ſeruitio uoluntatibus uel iuſsis paruerint Principis, totaq; intentione ſaluris eius cuſtodiam habuerint, à regni ſucceſſoribus nec à dignitate, nec à rebus priſtinis cauſa repellantur iniuſta: ſed nũc ita pro uniuſcuiuſque utilitate Principis moderentur diſcretione, ſicut eos perſpexerit neceſſarios eſſe patriæ. Et ſic illis imperriatur benignitas, ut in cæteris magnæ monſtretur gratiæ poteſtas, quatenus ita omnia in rebus iuſtè conquiſitis lucrentur, ut poſteris relinquendi, uel quibus uoluntas eorum decreuerit, conferendi ſpontaneo fruantur arbitrio. Cæterùm ſi infidelis quiſquam in capite regio, aut inutilis in rebus cõmiſsis præſenti Domino noſtro piiſsimo Chintillano regi extiterit, in clementia eius ac nutu maneat poteſtatis conſtituenda huiuſmodi moderatio. Nefas eſt enim, in dubium deducere eius poteſtatem, cui omnium gubernatio ſuperno cõſtat delegata iudicio. Quòd ſi poſt eius diſceſſum quiſpiam repertus fuerit, eius uitæ fuiſſe infidelis: quicquid largitate ipſius in rebus habuit conquiſitis, careat cõfiſcandum, & fidelibus largiendum.

15. Quia his qui principibus dignè deſeruiunt, atq; deſerentibus fidele illis obſequium, conſtat nos optimum miniſtrare ſuffragium, dum iuſtè à principibus acquiſita, in eorum iure perſiſtere ſancimus indiuuiſa: æquum eſt maximè, ut rebus Eccleſiarum Dei adhibeatur à nobis prouidentia opportuna: adeò ut quæcunq; res Eccleſijs Dei à principibus iuſtè conceſſæ ſunt, uel fuerint, uel cuiuſcunque alterius perſonæ quolibet titulo, illis non iniuſtè collatæ ſunt uel extiterint, ita in earum iure perſiſtere firma ſtabilitate iubemus, ut euelli quoquo caſu uel tẽpore nullatenus poſsint. Opportunum eſt enim, ut ſicut fidelia hominum ſeruitia non exiſtere cenſuimus ingrata: ita Eccleſijs collata, quæ propriè ſunt pauperum alimenta, earum in iure pro mercede offerentium maneant inconuulſa.

16. Sicut inſolentia malorũ regum, odioſa & execrabilis ſemper exiſtit ſubiectis: ita bonorum prouida utilitas amabilis efficitur populis. Quocirca quis ferat, aut quis Chriſtianus toleranter uideat, regiam ſobolem aut poſteritatem expoliari rebus, aut priuari dignitatibus? Quod ne fiat, generalis hęc promatur de Principis filijs ſententia, & de præſentis excellentiſsimi Chintillani regis poſteritate dentur aperta decreta à nobis, ut ea quæ Synodus præterito anno in hac Eccleſia habita conſtituit, circa omnem poſteritatem eius, uniuerſitas regni ſui conſeruet: hoc eſt, ut præbeatur filijs eius dilectio benigna & firma: & tribuantur, ubi loci opportunitas exhibuerit, defenſionis adminicula iuſta, ne de rebus iuſtè profligatis, aut parentũ dignitate procuratis, uel largitate principũ, uel alicuius impenſis, aut etiam proprietate debitis fraudentur quibuslibet inſidijs calliditatis, neq; à quoquã lædendi eos prębeantur argumenta machinationis: quia dignum eſt, ut cuius regimine habemus ſecuritatem, eius poſteritati (decreto Concilij) impertiamus quietem. Denique tanta erga nos noſtri Principis extant beneficia, ut longum ſit, ſingulatim ea promere lingua. Ipſe enim autore Deo nobis pacem, ipſe quaſi captiuam reduxit charitatem, ipſius ope quieti, ipſius ſumus largitione ditati: ipſe medicamine bonitatis ſuæ & reis pepercit, & rectos ſublimauit. Cui ſi dignis uoluerimus reſpondere beneficijs, non tantis extamus copijs uirtutis, quibus tantæ uoto ſufficiamus uoluntatis.

17. Quoniam in Concilio anteriori, quod anno primo glorioſi Principis noſtri habitũ eſt, de huiuſmodi re fuerit promulgata ſententia: tamen placet iterare, quod conuenit cuſtodiri. Itaque regis uita conſtante, nullus ſibi aliquo opere uel deliberatione, ſeu

cuiuſcunq;

cuiuſcunq; dignitatis laicus, ſeu gradu epiſropi aut presbyteri aut diaconi conſecratus cæteriſque clericatus officijs deditus, futurum regem prouideat, contra uiuentis regis utiliratem, & proculdubiò uoluntatem: nullo blandimento, uel ſuaſrone, pro esdem ſpe aut alios in ſe rrahat, aut ipſe in alium acquieſcat. Iniquũ enim, & ualde execrabile Chriſtianis debet haberi, futuri temporis illicita proſpicere, & uitæ ſuæ ignaros uentura diſponere. Quod ſi quiſque iam ralia iniqua deliberatione cum quocunque eſt meditatus, hoc ſibi nouerit eſſe ſacerdotali moderatione conceſſũ, ſi uenerabiliter poſcit, ut hoc ſine mora præſentis principis auribus ſtudeat publicare. Si autem retineat, & deliberationis ſuæ machinamenta noluerit dicere, peſsimo plectatur anathemate. Rege uerò defuncto, nullus tyrannica prçſumptione regnum aſſumat: nullus ſub religionis habitu detonſus, aut turpiter decaluatus, aut ſeruilem originem trahens, uel extraneæ genris homo, niſi genere & moribus dignus, promoueatur ad apicem regni. Temeraror autẽ huius prçceprionis ſanctiſsimæ, perpetuo anarhemare damnetur.

18. Iam quidem in antecedenri uniuerſali Synodo, ſaluti noſtrorum principum cõſtat eſſe conſultum. Sed libet iterare benè ſancita, & digna autoritate munire ſalubriter ordinata. Ideoque teſtamur corã Deo, & omni ordine angelorũ, coram Propherarũ & Apoſtolorum, uel omni martyrũ choro, corã omni Eccleſia carholica & Chriſtianorum cœtu, ut nemo intendat in interitum Regis, nemo uiram Principis artrectet, nemo regni eũ gubernaculis priuet, nemo tyrãnica præſumptione apicem regni ſibi uſurper, nemo quolibet mathinamenro in eius aduerſirare ſibi coniuratorum manũ aſſociet. Quod ſi quicquam horũ quiſquã noſtrorũ temerare præſumpſerit, anathemate diuino perculſus, abſq; ullo remedij loco habeatur condemnatus æterno iudicio. Is autem qui eius ſedem fuerit aſſecutus, ſi uult tanto expiari piaculo quaſi proprij patris eius ulciſcatur interitum, in cuius defenſionis auxilium uniuerſi regni Gotrhorum conſentiat ſortitudo. Si aurem deſidiæ cauſa, & minori zelo tam funeſtum noluerinr uindicare ſcelus, ſint omnes ex noſtra ſententia opptobrium cæteris gentibus.

19. His omnibus ritè diſpoſitis, & diuturna collatiõe deliberatis, benedictionem, gloriam & honorem inuiſibili omnium autori rependimus, luminum Parri: & in his conſeruandis eius imploramus opem ſuffragij, ut conſtirutionibus noſtris robur rribuat, ſeu uirtutem: fragilitatemque humanam huic diſpoſitioni reddat efficacem & ſalubrem, ut nõ iudicet præuaricatricem. Nos ergo omnia ſuprà ſcripta omni au torirate priſcorum Canonum, ſubſcriptione noſtra firmamus: & gratias agimus Chriſtianiſſimo & glorioſiſsimo Chintillano principi noſtro, cuius ſtudio aduocari, & inſtantia collecti ſumus: cuius uoluntas probata, ordinario extitit religioſa. Donet ei Dominus optimo principi, diuturnum in ſeculo præſenri triumphum, & in parte iuſtorum perpetuum regnum, felicibusque annis felix ipſe in longa felicitate fruatur, & diuinæ dexreræ prorectione ubique muniatur. Ego Silua, etſi indignus, eccleſiæ Narbonenſis epiſcopus, his conſtitutionibus à nobis editis ſubſcripſi. Similiter & alij epiſcopi ſcripſerũt numero quinquaginta duo.

SYNODUS TOletana Septima.

ANno ſexto Chindaſuuindi, Domini uerò (iuxta Francum) 680, uel 662, iuxta Funcium, celebrarum eſt ſeptimum Toletanum Concilium.

Occaſsionem præbuit Theodiſclus, homo Græcus, archiepiſcopus Hiſpalenſis. Is enim corruperat libros Iſidori, & multos errores ſparſerat in ſua Eccleſia, & lirigabat cũ Toletano epiſcopo de ptinripatu.

Conuenerunt autem iuſſu regis quatuor archiepiſcopi, & triginta epiſcopi cum alijs compluribus ſacerdotibus, & nuncijs eorum qui adeſſe non porerant.

In eo autem Theodiſclus damnatus, & ab officio deiectus eſt, & dignitas archiepiſcopalis Tolerum translata, deſignato Eugenio archiepiſcopo.

Multæ eriam uriles & neceſſariæ conſtitutiones pro Chriſtiana fide factæ ſuut, referente Iohanne Magno hiſtoriæ Gotthicę lib. 16, cap. 20.

¶ In ſecundo tomo Conciliorum referuntur ſex Canones: in quib. prohibetur, ne laici aut clerici quid contra ſalurem parriæ moliantur, ſiue per ſeditionem, ſiue per prodítiouem.

Deinde prçcipitur, ut pro clerico, inter ad miniſtratiouem cœnæ Dominicæ morbo correpto, alius ſuccedat, qui perficiat incœptum.

Tertiò, ut ad funus epiſcopi conueniant presbyreri & clerici.

Quartò prohibent, ne epiſcopi in prouincia Galliciæ nimium exigãt ab Eccleſijs, pro uiſitarione.

Quintò, incluſos religionem profitentes, iubẽt prius diſcere in mouaſterijs, quàm alios docere.

Sextò, uicinos epiſcopos iubent parẽre Toletano, & ad eius iuſſum in urbem comparere.

CABILLONENSIS
Synodus.

IVſſu Clodouei regis Francorum, Cabillonem conuenerunt epiſcopi Gallicani circiter 44: quibus præſedit Gandericus Lugdunenſis, & Landelenus Viennenſis. Theodorum Arelatenſem pœnitentiá profeſſum, & comparere detrectantem, iuſſerunt ab officio abſtinere, uſque ad Synodum ſequentem: ut patet ex literis Synodi ad eundem, in ſecundo tomo Conciliorum. Condiderunt autem Canones nouendecim, quos ſubijcimus.

1. Omnes inſpirante Domino, & conninente, uno animo definiuimus, ut fidei norma, ſicut in Niceno Concilio pia eſt profeſsione firmata, uel à ſanctis patribus tradita, atqne ab ipſis expoſita, uel in poſtmodum etiam à ſancto Chalcedonenſi concilio firmata, in omnibns & ab omnibus conſeruetur.

2. Canonum uerò ſtatuta, ab omnibus intemerata ſeruentur.

3. Licet iam prioribus Canonibus fuerit ſtatutum, placuit tamen renouare: ut ſi quis epiſcopus, presbyter, aut diaconus, uel quicunque ex ſacerdotali catalogo, præter perſonas quæ in ipſis Canonibus continentur, cum qualicunq; extranea muliere familiaritatem habere præſumpſerit, qoæ dedecoris uel adulterij poſsit afferre ſuſpicionem, iuxta ſtatuta Canonum ab ordine degradetur.

4. Vt duo in una ciuitate penitus nno tépore nec ordinentur, nec habeantur epiſcopi, nec res Eccleſiæ ſæua diuiſione debeant partiri.

5. Seculares uerò, qui necdum ſunt ad clericatum conuerſi, res Parochiarum, uel ipſas Parochias minimè ad regendum debeant habere commiſſas.

6. Vt nullus ante audientiam, res quorúlibet inuadere aut aufere præſumat: quod qui fecerit, nt necator pauperú habeatnr.

7. Vt defuncto presbytero uel abbate, nihil ab epiſcopo anferatur, uel archidiacono: uel à qnocunque de rebus Parochiæ, uel Xenodochij, nel monaſterij, aliquid debeat minnere. Quod qui fecerit, iuxta ſtatuta Canonum debet coherceri.

8. De pœnitentia uerò peccatorum, qnæ eſt medela animæ, utilé omnib. hominibus eſſe cenſemus, & nt pœnitentibus à ſacerdotibus (facta confeſsione) indicator pœnitentia, uniuerſitas ſacerdotú noſcitur cóſentire.

9. Pietatis eſt maximè & religionis intuitus, ut captiuitatis uinculú omnino à Chriſticolis redimatur. Vnde ſancta Synodus noſcitur cenſuiſſe, ut nullns mancipium extra fines uel terminos qui ad regnum Clodouei regis pertinent penitus debeat uenundare: nc (quod abſit) per tale commercium, aut captiuitatis uinculo (quod peius eſt) Iudaicæ ſeroituti mancipia Chriſtiana teneantur implicita.

10. Si quis epiſcopos de quacunq; ciuitate fuerit defunctus, nó ab alio, niſi à comprouincialibus, clero, & ciuibus ſuis, alterius habeatur electio. Sin aliter, huius ordinatio irrita habeatur.

11. Peruenit ad ſanctam Synodum, quòd iudices poblici, contra ueteranam conſuetudinem, per omnes Parochias oel monaſteria, quas Moſes epiſcopus circuire conſueuit, ipſi illicita præſumptione uideantur diſcurrere: etiam & clericos uel abbates, ut coram eis compareant, inuitos atque diſtrictos ante ſe faciant exhiberi. Quod omnimodis religioni non conuenit, nec Canonum permittit autoritas. Vndc omnes unanimiter cenſuimus, ſententiantes, ut deinceps iſta debeant emendare. Et ſi præſumptione nel poteſtate qua pollent, excepta inuitatione abbatis aut archipresbyteri, in ipſa monaſteria uel parochias aliqd fortaſſe præſumpſerint, à communione omnium ſacerdotú cos conuenit ſequeſtrari.

12. Vt duo abbates in uno monaſterio eſſe non debeant, ne ſub obtentu poteſtatis, ſimultas inter monachos & ſcandalú generetur. Veruntamen ſi quilibet abbas elegerit ſucceſſorem, ipſe qui ſic eligitur, de facultatibus ipſius monaſterij ad regendum nnllam habeat poteſtatem.

13. Vt nullus alterius Clericú retinere præſumat, ſicut priſcis eſt Canonibus inſtitutú: nec ad ſacrum ordinem, ſine uolútate ſui epiſcopi, penitùs promouere.

14. De oratorijs quæ per nillas fiunt, nonnulli ex fratribus & coepiſcopis noſtris reſidentes in ſancta Synodo qnerimonias detulerunt, quòd oratorinm per uillas potétnm iam longo conſtructorum tempore, & facultatum ibidem collatarum, ipſi quorum uillæ ſunt, epiſcopi adminiſtrationi contradicant: ita ut nec ipſos clericos, qui ad ipſa oratoria deſeruiunt, ab archidiacono coherceri permittant. Quod connenit cmendari ita dútaxat, ut in poteſtate ſit epiſcopi, & de ordinatione clericorum, & de facultate ibidé collata, qualiter ad ipſa oratoria & officium diuinnm poſsit impleri, & ſacra libamina cóſecrari. Quòd ſi quis contradixerit contra priſcos Canones, communione priuetur.

15. Vt abbates nel monachi, aut agentes monaſteriorum, patrocinio ſeculari penitus non utantur: nec ad principis præſentiam ſine epiſcopi ſui permiſſu ambolare audeát. Quod ſi fecerint, à ſuis epiſcopis excommunicentur.

16. Vt nullus epiſcopus, neque presbyter, uel abbas, ſcu diaconus, per præmium ad ſa-

crum ordinem penitùs accedat. Quod qui fecerit, ipſo honore, quem præmijs comparare præſumpſerit, omnino priuetur.

17. Et quia multa per præſumptionem proueniunt, quæ Deo minus placita, & ſacris Canonibus uidentur eſſe contraria, quæ à ſacerdotibus neceſſe eſt coherceri: ita ſancta Synodus inſtituit, ut nullus ſecularium nec in Eccleſia, nec infra atrium ipſius Eccleſiæ, qualecunque ſcandalum aut ſimultates penitùs excitare præſumat, nec arma trahere, aut quemcunque ad uulnerandum uel interficiendum penitùs appetere. Quod ſi quis fortaſſe præſumpſerit, ab epiſcopo loci illius, ubi factum fuerit, ipſe iuxta ſtatuta Canonum cōmunione priuetur.

18. Licet generaliter ab omnibus Catholicis & Deum timentibus, de die Dominico, quæ eſt prima ſabbati, conuenit obſeruare: & ſicut ſuperius in Canonibus eſt ſtatutum, non aliquid noui condentes, ſed uetera renouantes, inſtituimus, ut in ipſo die Dominico ruralia opera, id eſt arare, meſſes metere, exactus facere, uel quicquid ad ruris culturam pertinet, nullus penitùs præſumat. Quod qui inuentus fuerit faciens, ſub diſciplina diſtrictionis omnimodis corrigatur.

19. Multa quidem eueniunt, quæ dum leuiter corriguntur, ſæpius ad maiora conſcendunt. Valde enim omnibus noſcitur eſſe indecorum, quod per dedicationes baſilicarum, aut feſtiuitates martyrum, ad ipſa ſolennia confluentes, chorus fœmineus turpia quidem & obſcœna cantica decantare uidentur, dum aut orare debeant, aut clericos pſallentes audire. Vnde conuenit, ut ſacerdotes loci, talia à ſeptis baſilicarum, uel porticibus ipſarum, ac etiam ab ipſis atrijs uetare debeant, & arcere. Et ſi uoluntariè noluerint emendare, aut excommunicari debeant, aut diſciplinæ aculeum ſuſtinere.

SYNODI SVB CONSTANtino Pogonato.

SYNODVS ROMANA
ſub Agathone.

PAulò ante inchoationem ſextæ uniuerſalis Conſtantinopolitanæ Synodi, Agatho Romæ coegit conuentum epiſcoporum Occidentalium & Septentrionalium: nimirū Italorum, Gallorum, Longobardorum, Francorum, Gotthorum, Britannorū, Sclauorum.

Occaſionem autem præbuit Conſtantinus Pogonatus, qui in literis ſuis ad Donū pontificem poſtulauerat, ut coacta Synodo epiſcoporum ſub ſe exiſtentium, de controuerſia illa, de uoluntatibus & operationibus Chriſti, an una uel duæ rectè aſſerantur, ſententiam ferat: & legatos iſtius Synodi circiter duodecim metropolitas Conſtantinopolin ad Synodum mittat, qui eam ſententiā ſcriptā afferant, & Synodo interſint.

Conuenerunt autem 125 Epiſcopi, iuxta Iuonem in Chronico: quorum nomina in epiſtola ad Conſtantinum extant, in quarta actione Conſtantinopolitanæ Sextæ. Facta autem collatione ſententiarum, decernunt, duas uoluntates & operationes in Chriſto rectè aſſeri, iuxta uerbum Dei, & quinque Conciliorum & Patrum ſententiam: & Synodi à Martino celebratæ decreta confirmant: & Theodorum Faranitanum, Cyrum Alexandrinum, Sergium Pyrrhum Paulum Conſtantinopolitanos damnant. Huius Synodi geſtis, referente Iuone in Chronico, ſub Conſtantino, Vuilfridus in hunc modum ſubſcripſit: Vuilfridus amabilis epiſcopus Eboracæ ciuitatis Apoſtolicam ſedem de ſua cauſa appellans, abſolutus eſt de certis & incertis rebus: & in Synodo cum alijs centum uigintiquinque reſidens epiſcopis, ueram & Catholicam confeſſus eſt fidem: quam Aquilonares populi, gens uidelicet Hyberniæ, Anglorum & Britonum, Scotorum & Pictorum inuiolabilem conſeruabant, & hanc ſubſcriptione ſua corroborauit.

Et hanc ſuam ſententiam ad Imperatorem Conſtantinum perſcribunt in hunc modum:

¶ Pijſsimis Dominis, & Sereniſsimis uictoribus ac triumphatoribus, dilectis filijs Dei & Domini noſtri IESV CHRISTI, Conſtantino magno Imperatori, Heraclio & Tiberio Auguſtis, Agatho epiſcopus, Seruus ſeruorum Dei, cum uniuerſis Synodis ſubiacentibus Concilio Apoſtolicæ ſedis. Omnium bonorum ſpes ineſſe prænoſcitur, dum Imperiale faſtigium eius, à quo ſe coronatum & hominibus præſtitutum ad ſalubriter gubernandum cognoſcit, ueram de eo confeſsionem, qua ſola præ omnibus muneribus delectatur, inquirit fideliter, & uiuaciter amplecti deſiderat. Et hoc Deo præſtantiſsimum munus eſt, à quo procedit omne quod bonum eſt: ad quem redigitur, quod de eius maieſtate perceptum eſt: cuius ſpiritu perſtruente in mentis arcanis, & conualeſcente ſpiritali fragrantia, piæ intentionis radij circumquaque perluſtrant, & ſuauitatis odor de ſacrificio cordis aſcendit ad Dominum, qui tali munere complacatur. Vnde & in terreſtribus felicitatem donet, & gentes ſubiuget uniuerſas, quas ad ueræ de ſe cognitionis confeſsionem adſciſcat, quas ſubiectas Chriſtiano imperio de poteſtate li-

beret tenebrarum, ut felices faciat humiliatos, quos infeliciter exaltari ad eorum deiectionem permiſerat. Quis uerò pijſsime atqoe fortiſsime Principum Auguſte, ueſtræ pietatis com laude admiramor Deo dignum propoſitum, quod circa Apoſtolicam noſtram fidem habere dignamini: Deo ſecretios ſatisfaciente, non uerbis fluentibus, non loquacitate fallaci, ſed diuina ſua gratia commonente, omniq; ambiguitate ſublata, deſideratis cognoſcere, quæ ueritas orthodoxæ & Apoſtolicæ fidei contineat, omnes nos exigui Eccleſiarum præſules, oeſtri Chriſtiani imperij ſamuli, in ſeptentrionalibus uel occiduis partibus conſtituri, licet parui & ſimplices ſcientia, fide tamen per Dei gratiam ſtabiles, pro his quæ per diualem ſaeram perceptam cognouimus, cõregnãti ac diſpenſanti nobiſcum conditori & diſpenſatori omnium Deo exhilarati, pto huiuſmodi pio propoſito cum intimis cordis fletibus gratias reddere cœpimus, quod tam laudabile, tam mirificum, tam ſaluberrimum, tam ſingulariter Deo præ omnibus terrenis ſacrificijs acceptabile, tranquillitas ueſtra opus creditur concupiſſe: quod mulris quidem pietate & iuſticia præditis regibus deſideratum, pauciſsimis tamen, raroque ad effectum Deo placitum, cum ſinceritate Apoſtolicæ fidei perduci poſsibile demonſtratum eſt. Credimus autem, quia quod paucis raroque conceſſom eſt, à Deo coronato ueſtro imperio diuinitùs concedetur: & per ipſum catholicæ atque Apoſtolicæ ueræ noſtræ fidei ſplendidiſsimum in omnium mentibus emicet lumen, quod ex ueri luminis foote, tanquam de radio uiuifici fulgoris, per miniſtros beatos Petrum & Paulum apoſtolorum Principes, eorumque diſcipulos & Apoſtolicos ſucceſſores, gradatim uſque ad noſtram paruitatem Dei opitulatione ſeruatum eſt, nulla hæretici erroris tetra caligioe tenebratum, nec falſitatis nebulis confœdatum, nec intermixtis hæreticis prauitatibus uelut caligiooſis oebulis perumbratum, immune atque ſyncerum, & ſuia radijs perloſtratum, pijſsimis conatibus conſeruare cupit ueſtrum à Deo coronatum faſtigium. In hoc enim tam Apoſtolicæ ſedis, quàm noſtri exigui famulatus prædeceſſores, uſque hactenus non ſine periculis deſudarunt, nunc decretali cõmonitione cum Apoſtolicis pontificibus conſulentes, nunc Synodali definirione, quæ ueritaris regula continebat, omnibus innoteſcentes, & terminos quos tranſgredi nefas eſt, uſque ad animæ ipſiua exitum conſtanter defendentes, non ſeducti blanditijs, non periculis territi, ut illam in Euangelijs Domini noſtri ſententiam operibus demonſtrarent, qua ſententialiter præcepit dicens: Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, & ego confitebor illum coram patre meo qui in cœlis eſt. Et ſubſeqoenti pœna deterret, quis ſeoeriter comminatur: Qui me negaueritcoram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo qoi in cœlis eſt. Execratur enim oera confeſsio pietatis, iuxta diuerſitates temporum uariari: ſicut nec ipſe ueritatem admittit, de quo eſt ipſa uera confeſsio, qui dicit, EGO ſum, & non ſum mutatus. Igitor quia tranquilliſsimæ fortitudinis ueſtræ clementia perſonas de epiſcopali numero dirigi iuſsit, uita atque ſcientia omnium Scripturarum præd tas, de uitæ quidem puritate, quamuis quiſquam munditer uixerit, confidere tamen non præſumit: perfecta uerò ſcientia, ſi ad ueræ pietatis ſcientiam redigatur, ſola eſt ueritatis cognirio: ſi ad eloquentiam ſecularem, non æſtimamus quenquam temporibus noſtris reperiri poſſe, qui de ſummitate ſcientiæ glorietur, quandoquidem in noſtris regionibus diuerſatum gentium quotidiè æſtuat furor, nunc confligendo, nonc diſcurrendo ac rapiendo. Vnde tota uita noſtra ſollicitudinibus plena eſt, quos gentium manus circumdat, & de labore corporis uictus eſt, eo quòd priſtina Eccleſiarũ ſuſtentatio paulatim per diuerſas calamitates deficiendo ſuccubuit. Et ſola eſt noſtra ſubſtantia fides noſtra, cum qua nobis uiuere ſumma eſt gloria, pro qua mori lucrum æternum eſt. Hæc eſt perfecta noſtra ſcientia, ut terminos catholicæ atque Apoſtolicæ fidei, quos uſq; hactenus Apoſtolica ſedes nobiſcum & tenet & tradit, tota mentis cuſtodia conſeruemus, credentes in Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, uiſibilium omnium & inuiſibilium: & in filium eius unigenitum, qui ante omnia ſecula ex eo natus eſt, uerum Deum de Deo uero, lumen de lumine, natum, non factum, cõſubſtantialem patri, id eſt eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt quæ in cœlo & quæ in terra: & in Spiritum ſanctum, Dominum & uiuificatorem, ex patre procedentem, cum Patre & Filio coadorandum & conglorificaodum: Trinitatem in unitate, & onitatem io trinitate: Vnitatem quidem eſſentiæ, Trinitatẽ uerò perſonatum ſiue ſubſiſtentiarum Deum Patrem confitentes, Deum Filium, Deum Spiritum ſanctum: non tres deos, ſed unum Deum, Patrem, & Filium, & Spiritũ ſanctum: non triũ nominum ſubſiſtentiam, ſed trium ſubſiſtentiarum unam ſubſiſtentiam, quorum una eſſenria ſiue ſubſtantia oel natura, id eſt, una deitas, una æternitas, una poteſtas, unum imperiũ, una gloria, una adoratio, una eſſentialis eiuſ-

lis eiuſdem ſanctæ & inſeparabilis trinitatis uolnntas & operatio, quæ omnia condidit, diſpenſat & continet. Confitemur autem unum eiuſdem ſanctæ coeſſentialis Trinitatis Deum uerum, qui ante ſecula de Patre natus eſt, in nltimis ſeculorũ temporibus pro nobis noſtraq; ſalute deſcendiſſe de cœlis, & incarnatum de Spiritu ſancto, & ſancta immaculata ſemperq; uirgine glorioſa Maria, Domins noſtra, uerè & propriè Dei genitrice, ſecundum carnem ſcilicet ex ea natum, & uerè hominem factum: eundem Deum nerum, eundemq; hominem uernm, Deũ quidem ex Deo patre, hominem autem ex uirgine marre incarnatum, ex ea catne animam habentem rationalem & intellectualem, cõſubſtantialem eundem Deo patri ſecnndum deitatem, conſubſtantialemq; nobis eundẽ ipſum ſecundũ humanitatem, & per omnia ſimilem nobis abſq; ſolo peccato, crucifixũ pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſum, ſepultumque, & reſurgenrem, aſcendentem in cœlos, ſedentem ad dexteram Patris, iterumq; uentnrum iudicare uiuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Vnum quippe eundẽq; Dominum noſtrũ IESVM CHRISTVM, filiũ Dei unigenitum, ex duabus & in duab. ſubſtantijs inconfuſè, incõmutabilirer, indiuiſè, inſeparabilirer ſubſiſtere cognoſcimus, nnſquam ſublata differẽtia naturarnm proprer unitatem, ſed potius ſalua proprietate utriuſqne naturæ in unam perſonam, nnam ſubſiſtentiam concurrentem, non in dualitatem perſonarum diſpertitum uel diuiſum, neqne unam compoſitam naturam confuſam, ſed nnum eundemque filium unigenitum, Deum uerbum, Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, neque alium in alio, neqne alium & alium, ſed eũdem ipſum in doabus naturis, id eſt, in deitate & humanitate. Et poſt ſubſiſtentialem adunationem cognoſcimus, quia neque nerbum in carnis naturam conuerſum eſt, neque caro in uerbi naturam transformata eſt: permanſit enim uttumqne quod naturaliter erat. differentiam quippe adunatarum in eo naturarum ſola contemplatione diſcernimus, ex quibus inconfuſè, inſeparabiliter, & incommutabiliter eſt compoſitus. Vnus enim in utriſque, & per utraqne, quia ſimul ſont & altitodo Deitatis, & humilitas carnis, ſeruante utraque natura etiam poſt adnnationem ſine defectu proprietatem ſnam, & operante utraque forma cum alterius communione quod proprium habet, uerbo operante quod uerbi eſt, & carne exequente quod carnis eſt, quorum unum coruſcat miraculis, aliud ſuccnmbit iniurijs. Vnde conſequenter, ſicut duas naturas ſiue ſubſtantias, id eſt deitatem & humanitatem inconfuſè, indiuiſè, incommutabiliter eum habere ueraciter confitemur: ita quoque & duas naturales uoluntates, & dnas naturales operationes habere, utpote perfectum Deum & perfectum hominem, unum eundemque ipſum Dominum IESVM CHRISTVM, pietatis nos regula inſtruit: quia hoc nos Apoſtolica atque Euangelica traditio, ſanctorumque Patrum magiſterium, quam ſancta Apoſtolica atqne catholica Eccleſia, & uenerabiles Synodi ſuſcipiunt, inſtituiſſe monſtrantur. Ex quorum doctrinis hæc recolligentes, in breuitate perſtrinximus. Hoc enim credimus, quod per traditionem Apoſtolicam accepimus, cuius autoritatem in omnibus ſequimur, à qna & inſtitutos hoc ipſum noſtræ humilitatis præceſſores cognouimus, quem & uſque ad finem ſeruari nobis ſiue per uitam, ſiue per mortem optamus. Hanc igitur meræ catholicæ atque Apoſtolicę cõfeſsionis regulam, & ſanctum Concilium, qnod in hanc Romanam urbem ſeruilem neſtri Chriſtianiſsimi imperij, ſub Apoſtolicæ memoriæ Martinum papam conuenit, prædicaſſe Synodicè, atque conſtanrer defendiſſe, omnes nos, quiſquis ubiqne eſt, humilimi Eccleſiarum Chriſti antiſtites, cognoſcimus: in qua & noſtræ paruitatis prædeceſſores conuenientes, Apoſtolicam confeſsionem, quam à principio perceperunt, etiam Synodali præconio prędicarunt, & abſque cuiuſpiam nouitatis errore citra ambiguitatem determinarunt. Pietatis itaque zelo, atque amore neræ Apoſtolicæ confeſsionis, ueſtræ ſerenitatis benignitas mota, amplius declarare ſaſtu regali & fomite mnlto magis * fulgeat, elaborare procuret: cnius uotum quia ex Deo eſt, à Deo perficitur, ut & ueritas adhuc in ancipiti poſitis clareat, & eam ſinceriter amplectentibus robnr accreſcat, & zizaniorum genimina ſpirituali falce, ut offenſionis ac deceptionis occaſio de medio Chriſti Eccleſiarum tollatur, abſcindantur. Quorum autores extiterunt Theodorns Faranitanus, Cyrus Alexandrinus, Sergius Pyrrhus & Paulus Conſtantinopolitani, nel qniqui eis conſentanei uſque in finem demonſtrati ſunt, qui noui erroris autores, perfectæque diſpenſationi, qua ſaluari ſumus, infeſti, non ſolùm ueræ confeſsionis aduerſarij, ſed (utpote à uia ueritatis errantes) ſibijpſis contraria docuetunt, aliter & aliter aſſerentes, & altetutrum dogmata deſtruentes. Quod enim nulla ueritate fundatum eſt, neceſſe eſt nt erroris inconſtantia narietur. Nam uera fides immutari non poterit, nec alirer nunc, aliter poſtmodum prædicari. Quia ſit ſermo ueſter (ut Apoſtolus docet) Eſt eſt, non non: quod plus

eſt, à malo eſt. Præterea ſatisfaciendum eſt noſtro exiguo fsmulaiui apud ſereniſſimorum Dominorum noſtrorum clementiam, pro tarditate miſſarum ex Concilio noſtro perſonarum, quas dirigi per ſuam auguſtiſsimam ſacram ueſtrum pijſsimum faſtigium iuſsit. Primum quidem, quòd numeroſa multitudo noſttorum uſque ad Oceani regiones extenditur: cuius itineris longinquitas, in multi temporis curſum protelatur. Sperabamus deinde, de Britannia Theodorum confamulum atque coepiſcopnm noſtrum, magnæ inſulæ Britanniæ archiepiſcopum & philoſopbum, cum alijs qui ibidem uſque hactenus demorantur, exinde ad noſtram humilitatem coniungere, atque diuerſos huius Concilij epiſcopos in diuerſis regionibus conſtitutos, ad generalitatem totius Concilij ſeruilis noſtra ſuggeſtio adunare, ne ſi tantum pars quod agebatur agnoſceret, partem lateret: & maximè, quia in medio gentium tam Longobardorum, quámque Sclauorum, nec non Francorum, Gallorum atque Gotthorum ſeu Britannorum, plurimi confamulotum noſtrorum eſſe noſcuntur, qui & de hoc curioſè ſatagere non deſiſtunt, ut cognoſcant quid in cauſa Apoſtolicæ fidei peragatur: qui quantum prodeſſe poſſunt, dum in conſouantia fidei nobiſcum tenentur, nobisque concorditer ſentiant, tantum, quod abſit, ſi quid ſcandali in fidei Capitulo patiantur inueniuntur infeſti atque contrarij. Nos autem, licet humilimi, ſummis uiribus enitimut, ut Chriſtiani ueſtri imperij Reſpublica, in qua beati Petri Apoſtolotum Principis ſedes fundata eſt, cuius autoritatem omnes Chriſtianæ nobiſcum nationes uenerantur & colunt, pet ipſius beari Petri apoſtoli reuerentiam omnium gentium ſublimior eſſe monſtretur. Perſonas autem de noſtræ humilitatis ordine præuidimus dirigere ad ueſtræ à Deo protegendæ fortitudinis ueſtigia, quæ omnium noſtrûm, id eſt uniuerſorum per Septentrionales uel Occiduas regiones epiſcoporum ſuggeſtionem, in qua & Apoſtolicæ noſtræ fidei confeſsionem prælibauimus, offerre debeant: non tamen tanquam de incertis contendere, ſed ut certa atque immutabilia compendioſa definitione proferre: ſimpliciter obſecrantes, ut à Deo coronato ueſtro imperio fauente, hæc eadem omnibus prædicari, atque apud omnes obtinere iubeatis, ut Deus qui ueritatem & iuſticiam diligit, omnia proſpera ueſtræ ſereniſsimæ benignitatis temporibus donet, in quibus Apoſtolicæ prædicationis pietatis ueritas fulgeat, meliori ac proſpero ſucceſſu eorum fortiſsimæ tranquillitatis imperium lætati de hoſtium ſubiectione concedens. Suſcipere itaque dignamini pijſsimi Principum, à noſtra humilitate directos epiſcopos, cũ reliquis Eccleſiaſtici ordinis uiris atque religioſis ſeruis Dei, cum ſolitæ tranquillitatis clementia, quatenus ex ipſorum teſtimonio cum gratiarumactione in propria remeantium, apud omnes nationes laus clemẽtiæ ueſtræ crebreſcat: ſicut magni illius Cõſtantini, cuius poſt obitũ laudabilis ſama nihilominus uiget, cuius inſigne nõ tantũ poteſtatis eſt, ſed pietatis, cum quo illud ſacratiſsimum Concilium trecentorum decem & octo antiſtiıum in Nicena ciuitate, in defenſione conſubſtantialis Trinitatis conuênit. Et ſicut Theodoſij Magni, cuius inter alias eius uirtutes ſingularis pietas prædicatur, quo adnitente, per ſancti Spiritus gratiam centum quinquaginta Patrum ſententia, qui eis inſpirabat, Spiritus ſanctus conſubſtantialis Patri & Filio prædicatus eſt. Et ſicut egregij uetitatis amatoris Marciani Principis, qui & primum Concilium Epheſinum, utpote Catholicam & Apoſtolicam fidem prædicans, à ſancta Chalcedonenſi Synodo ſuſcipi fecit, & errores qni accreuerant, de Dei Eccleſia repulit, ſacrum illum tomum amplexus Apoſtolici uiri papæ Leonis, quẽ beatus Petrus apoſtolus uerbis eius edidetat. Et ſicut exttemi quidem, prȩſtantiſsimi tamen omnium magni illius Iuſtiniani, cuius ut uirtus, ita & pietas omnia in meliorẽ ordinem reſtaurauit: cuius inſtat fortiſsimȩ ueſtræ clementiæ principatus, uirtutis quidem conatibus Rempublicam Chriſtianam tuetur, & reſtaurat in melius, pietatisq; ſtudijs catholicæ ſuccurrit Eccleſiæ, ut in unitate ueræ ac Apoſtolicæ confeſsionis perfectius copuletur, qnam nunc uſq; nobiſcum ſancta Romana ſeruat Eccleſia: quatenus ſinceræ pietatis arcanum, tuba clarius per totum orbem prædicetur, & ubi huius ueræ confeſsionis ſinceritas pij ueſtri imperij fauoribus obtinet, laus ſimul ac meritum ſereniſsimi ueſtri imperij prædicetur, ut cnm pietatis laudibus etiam regni eorum Deo annuente dilatentur inſignia: quosque ueræ pietatis inuitat confeſsio, impietatis fortitudo poſsideat. Nam & nos (licet indigni) Dei clementiam deprecamut, ut ſine aliquo lapſu uſque ad ipſius uitæ terminum, immaculatam nos ſeruare ac prædicare concedat: & per ea in ſuo conſpectu gloiiari. Quia etſi ſeculi ſapientiam & inanem fallaciam (ut beatus Paulus apoſtolus dicit) penitùs ignoramus, ueræ tamen prædicationis normam ſimplici ueritate docemus atq; defendimus: quia non uerborum pompas habere cupimus, ut cõtentionibus occupemur.

pemur. nec enim licet in anguſtijs nobis degentibus, ſed qui conuerti ad ueritatem uoluerit, rectæ noſtræ fidei ordinem cum ſimplicitate cordis uerborumque lenitate proferimus. Saluare enim per Apoſtolicæ confeſsionis, cōmiſſas nobis diuina dignatione animas magis cupimus, quàm per uerboſam loquacitatem in errorē audientes immittere. Quicūq; proinde ſacerdotū hæc, quę in hac noſtrę humilitatis cōfeſsione cōtinentur, nobiſcū ſinceriter prędicare deſiderant, ut noſtræ Apoſtolicę fidei cōcordes, ut conſacerdotes, ut cōminiſtros eiuſdem fidei, & (ut ſimpliciter dicamus) ut ſpirituales fratres & coepiſcopos noſtros ſuſcipimus. Qui uerò hæc cōfiteri noluerint, ut infeſtos catholicæ atq; Apoſtolicæ confeſsioni, perpetuæ condēnationis reos eſſe cenſemus: nec aliquando tales in noſtræ humilitatis collegio, niſi correctos, ſuſcipere patimur. Nec tranſgredi nos quiſquam eorum arbitretur, quod à prædeceſſorib. noſtris percepimus. Præterea gaudium magnum erit in cœlo & in terra, ſi ueſtra benignißima pietate mediante, hæc conregnator noſter omnipotens Deus ad effectum perduxerit, ut cœlum iucundetur, & terra exultet, dum pax multa ſit diligentibus ueritatem, & non eſt eis ſcandalum: & auferatur de domo Dei abominatio ſcandali, quæ erit ad ruinam multorum inconſtantium uel ſimplicium, ut ſit una fides, unum os & labium, una apud omnes Apoſtolicæ prædicationis confeſſio, dum omnes unanimes loquētur magnalia Dei, quam ueſtræ ſereniſsimæ felicitatis temporibus miſericors Deus concedere dignabitur, dum diſsipata in ædificationem Eccleſiæ Dei conſtruuntur, ſegregata in compagine ueritatis conueniunt, diſſociata in charitatem Apoſtolicæ fidei copulantur, diſperſa in unitate continente Apoſtolicam ueritatem concurrunt, ut concorditer nobiſcum omnes hoc bonum operantes, Dei maieſtatem ualeant fideliter obſecrare pro longæuitate atque perfecta proſperitate ueſtræ fortitudinis imperio diuinitùs condendo, ut eorum inuictiſsimæ mãſuetudinis laboribus congregentur ex gentibus, ad confitendum nomini ſancto eius, & gloriandum in laude ueræ eius confeſsionis, qui facit mirabilia magna ſolus: qui facit prodigia ſuper terram, auferens bella uſque ad fines terræ: qui diſperſa congregat, & congregata conſeruat: qui tam pijſsimos Principes ſuper populum ſuum regnare præcepit, quem peruigili pietate & inuictis laboribus Deo cooperante cuſtodiunt.

Subſcriptiones Epiſcoporum.

Agatho, epiſcopus ſanctæ Dei catholicæ atque Apoſtolicæ eccleſiæ urbis Romæ, huic ſuggeſtioni cum generalitate totius Apoſtolicæ ſedis Concilij, pro rectitudine Apoſtolicæ confeſsionis factæ (ſicut ſuperius continetur) conſenſi & ſubſcripſi. Andreas, gratia Dei epiſcopus ſanctæ Oſtienſis eccleſiæ, in hanc ſuggeſtionem quam pro Apoſtolica noſtra fide unanimiter conſtruximus, ſimiliter ſubſcripſi. Agnellus, gratia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Terracinenſis prouinciæ Campaniæ, in hanc ſuggeſtionem quam pro Apoſtolica noſtra fide unanimiter conſtruximus, ſimiliter ſubſcripſi. Agnellus, gratia Dei epiſcopus ſanctæ Fundanæ eccleſiæ prouinciæ Campaniæ, in hanc, &c. Adeodatus, gratia Dei epiſcopus ſanctæ Formianæ eccleſiæ prouinciæ Campaniæ, in hanc ſuggeſtionem, &c. Petrus, gratia Dei epiſcopus ſanctæ Cumanæ eccleſiæ prouinciæ Campaniæ, in hanc, &c. Agnellus, gratia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Miſenatæ prouinciæ Campaniæ, in hanc ſuggeſtionem, &c. Gaudioſus, gratia Dei epiſcopus ſanctæ Puteolanæ eccleſię prouinciæ Campaniæ, in hanc, &c. Stephanus, gratia Dei epiſcopus ſanctæ Locrenſis eccleſiæ, in hanc ſuggeſtionem, &c. Agnellus, humilis epiſcopus ſanctæ Neapolitanæ eccleſiæ prouinciæ Campaniæ, in hanc ſuggeſtionem, &c. Aurelius, humilis epiſcopus ſanctæ Nolanæ eccleſiæ prouincię Campaniæ, in hanc, &c. Barbatus, gratia Dei epiſcopus ſanctæ Beneuentanæ eccleſiæ, prouinciæ Campaniæ, in hanc ſuggeſtionem, &c. Decorosus, gratia Dei epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Capuanæ prouincię Campaniæ, in hanc ſuggeſtionem, &c. Iulianus, indignus epiſcopus ſanctæ Conſentinæ eccleſiæ prouinciæ Brutiorum, in hanc ſuggeſtionem, &c. Ioãnes, gratia Dei epiſcopus ſanctæ Hydruntinæ eccleſiæ prouinciæ Brutiorum, in hanc ſuggeſtionem, &c. Germanus, humilis epiſcopus S. Tarentinæ eccleſiæ prouinciæ Calabriæ, in hanc ſuggeſtionem, &c. Theophanius humilis epiſcopus ſanctæ Thurinæ eccleſiæ prouinciæ Calabriæ, in hanc &c. Petrus, humilis epiſcopus S. Cortonēſis eccleſiæ prouinciæ Brutiorum, in hanc ſuggeſtionem, &c. Paulus humilis epiſcopus ſanctæ Scyllanæ eccleſiæ prouinciæ Brutiorum, in hanc ſuggeſtionem, &c. Georgius humilis epiſcopus ſanctæ Taurianæ eccleſiæ prouinciæ Calabriæ, in hanc ſuggeſtionem, &c. Theodorus, humilis epiſcopus ſanctæ Tropeianę eccleſiæ prouinciæ Calabrię, in hanc ſuggeſtionem, &c. Abundantius, humilis epiſcopus Tempſanæ eccleſiæ prouinciæ Brutiorum, in hanc ſuggeſtionem, &c. Hyacinthus, humilis epiſcopus ſanctæ Surrentinæ eccleſiæ prouinciæ Campaniæ, in hanc

ſuggeſtionem,&c. Placentius, humilis epiſcopus, ſanctæ Velirernenſis eccleſiæ prouinciæ Campaniæ,in hanc ſuggeſtioné, &c. Iuuenalis,humilis epiſcopus ſanctæ Albanẽſis eccleſiæ,in hanc ſuggeſtionem, &c. Vitus,humilis epiſcopus ſanctæ Syluæ Candidæ eccleſiæ,in hanc ſuggeſtionem,&c. Panlus, humilis epiſcopus ſanctæ Numentanæ eccleſiæ,in hanc ſuggeſtionem, &c. Iohannes,humilis epiſcopus ſanctæ Portuenſis eccleſiæ,in hanc ſuggeſtionem,&c. Srephanus,hnmilis epiſcopus ſanctę Prænestinę eccleſiæ, in hanc,&c. Felix, exiguus epiſcopus S. Spoleranæ eccleſię, in hanc ſuggeſtioné,&c. Honeſtus, exiguus epiſcopus ſanctæ Eſinatis eccleſiæ,in hanc,&c. Felix,exiguus S.Camerinæ eccleſiæ,in hanc,&c. Florus, exiguus epiſcopus ſanctæ Fulginatis eccleſiæ,in hanc,&c. Decentius,exiguus epiſcopus S.Floroſtaminienſis eccleſię,in hanc, &c. Iohannes, exiguus epiſcopus ſanctæ Nurſinæ eccleſiæ, in hanc, &c. Felix, exiguus epiſcopus eccleſiæ ſanctæ Eſculanenſis,in hanc,&c. Adrianus, exiguus epiſcopus ſanctæ Reatinæ eccleſiæ, in hanc, &c. Florus, exiguus ſanctæ Futconiæ eccleſiæ, in hanc, &c. Clarentius, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Balnenſis,in hanc,&c. Oreſtes, exiguus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Vibonenſis,in hanc,&c. Theodoſius, exiguus epiſcopus ſanctæ eccleſię Sytacuſanæ prouineiæ Siciliæ, in hanc, &c. Benedictus, exiguus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Meſſanẽſis ptouinciæ Siciliæ, in hanc &c. Iohannes,exiguus epiſcopus ſanctæ eccleſię Thermitanæ ptouinciæ Siciliæ, in hanc,&c. Iohannes, exiguus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Mylanę prouinciæ Sicilię,in hanc ſuggeſtioné, &c. Petrus, exiguus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Tautominiranæ prouinciæ Sicilię, in hanc, &c. Iulianus, exiguus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Caranẽſis prouinciæ Siciliæ in hanc,&c. Georgius,exiguus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Trioclitanæ ptouinciæ Siciliæ,in hanc,&c. Georgius, exiguus epiſcopus S. Agrigentinæ eccleſiæ prouinciæ Siciliæ,in hanc, &c. Adeodatus, humilis epiſcopus ſanctę eccleſię Leucorum,legatus uenerabilis Synodi per Galliarum prouincias conſtiruræ,in hanc ſuggeſtionẽ,&c. Vuilfridus, humilis epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Eboracenæ inſulæ Britanniæ, legatus uenerabilis Synodi per Britanniam conſtiruræ, in hanc ſuggeſtionem, &c. Mauricius, humilis epiſcopus ſanctæ Tiburrinæ eccleſiæ, in hanc ſuggeſtionem, &c. Felix,humilis epiſcopus Arelarenſis eccleſię,legarus uenerabilis Synodi per Galliarum prouincias cõſtirutæ, in hanc ſuggeſtionem, &c. Taurinus,indignus diaconus ſanctę eccleſię Teloncnſis,legatus uenetabilis Synodi per Galliarum prouincias conſtiturę,in hanc ſuggeſtionem, &c. Manſuetus, Dci gratia epiſcopus ſanctę Mediolanenſis eccleſię, in hanc ſuggeſtionem, &c. Iohannes, indignus epiſcopus ſanctę eccleſię Bergomatis, in hanc ſuggeſtionem,&c. Donarus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Laudenſis, in hanc ſuggeſtionem,&c. Anaſtaſius, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Ticinenſis, in hanc ſuggeſtionem,&c. Valenrinus, epiſcopus ſanctę eccleſię Aqnenſis,in hanc ſuggeſtionem, &c. Deſiderius,epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Cremonenſis,in hanc ſuggeſtionem, &c. Gratianus, epiſcopus ſanctæ Eccleſiæ Nouarienſis,in hanc ſuggeſtionem,&c. Deſiderius,epiſcopus ſanctæ eccleſię Epotedienſis,in hanc ſuggeſtionem,&c. Iohannes,epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Genuenſis,in hanc ſuggeſtionem, &c. Deuſdedit, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ *, in hanc ſuggeſtionem, &c. Audax,epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Dertonenſis,in hanc ſuggeſtionem,&c. Benenatus,epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Aſtenſis, in hanc ſugeſtionem,&c. Benedictus, humilis epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Valueuſis, in hanc ſuggeſtionem, &c. Bonus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Albingaunenſis,in hanc ſuggeſtionem, &c. Theodotus, humilis epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Vercellenſis, in hanc ſuggeſtionem,&c. Ruſticus, humilis epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Taurinatis, in hanc,&c. Iohannes, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Vintimilienſis,in hác,&c. Seuerus, humilis epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Lunenſis, in hanc, &c. Eleutherius, epiſcopus ſanctę eccleſiæ Lucenſis,in hanc, &c. Maurianus,epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Piſanæ, in hanc,&c. Setenus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Populonienſis,in hanc, &c. Similiter ſubſcripſi,Reparatus, exiguus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Florentinæ, in hanc, &c. Valerianus,epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Roſellenſis, in hane, &c. Cyprianus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Aretinæ,in hanc, &c. Vitalianus, epiſcopus ſanctę eccleſiæ Volaterranæ,in hanc,&c. Agnellus,epiſcopus ſanctę eccleſię Vulſinienſis Siciliæ,in hanc,&c. Cuſtoditus,humilis epiſcopus ſanctę eccleſię Caſtroualentanę, in hanc, &c. Theodorus, epiſcopus ſanctæ eccleſię Cluſinę, in hanc, &c. Vitalianus,epiſcopus ſanctæ eccleſię Tuſculanenſis, in hanc,&c. Mauricius, epiſcopus ſanctę eccleſię Anagninę, in hanc,&c. Saturninus,epiſcopus ſanctę eccleſię Aletrinę, in hanc, &c. Valerianus, epiſcopus ſanctę Roſanę eccleſię,in hanc, &c. Gaudioſus, humilis epiſcopus ſanctę eccleſię Signinę, in hanc,&c. Agatho,epiſcopus ſanctę eccleſiæ

cleſię Aquileienſis prouincię Iſtrię, in hanc, &c. Cyriacus, epiſcopus S. eccleſiæ Polenſis Iſtrię, in hãc, &c. Aurelianus, epiſcopus S. eccleſię Parẽtinæ, prouincię Iſtriæ, in hãc, &c. Vrſinus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Cenetenſis prouinciæ Iſtriæ, in hanc ſuggeſtionem, &c. Andreas, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Veientanæ prouinciæ Iſtriæ, in hanc, &c. Gaudentius, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Tergeſtinæ prouincię Iſtriæ, in hãc, &c. Benenarus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Opitergienſis prouinciæ Iſtriæ, in hanc, &c. Vrſinianus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Paduanæ prouinciæ Iſtriæ, in hanc, &c. Paulus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Patauinæ prouinciæ Iſtriæ, in hanc, &c. Paulus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Altinenſis prouinciæ Pentapolis, in hanc, &c. Beatus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Piſaurenſis prouinciæ Pentapolis, in hanc, &c. Dominicus, epiſcopus ſanctæ Fanenſis eccleſiæ prouinciæ Pentapolis, iu hanc, &c. Adrianua, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Numanatis prouinciæ Pentapolis, in hanc, &c. Iohannes, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Auximatis prouinciæ Pentapolis, in hanc, &c. Iobannes epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Anconitanæ prouinciæ Pentapolis, in hanc, &c. Benenatus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Peruſinæ prouinciæ Tuſciæ, in hanc, &c. Bonifacius, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Tudertinæ prouinciæ Tuſciæ, in hanc, &c. Amator, epiſcopus ſaoctæ eccleſiæ Bleranæ prouinciæ Tuſciæ, in hanc, &c. Gratioſus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Sutrinæ prouinciæ Tuſciæ, in hanc, &c. Exhilaratus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Metaurenſis prouinciæ Iſtriæ, in hanc, &c. Theodorus, epiſcopus ſauctæ eccleſiæ Nepeſinæ prouinciæ Tuſciæ, in hanc, &c. Iohannes, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Salernitanæ prouinciæ Tuſcię, in hanc, &c. Theodorus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Amerinæ prouinciæ Tuſciæ, iu hanc ſuggeſtionem, &c. Barbatianus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Polimartienſis prouinciæ Tuſciæ, in hanc, &c. Deuſdedit, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Natnienſis prouinciæ Tuſciæ, in hanc, &c. Theodorus, exiguus epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Rauennatis, in hanc, &c. Stephanus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Saranatis, in hanc, &c. Barbatus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Cornelienſis, in hanc, &c. Victor, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Bononienſis, in hanc, &c. Florus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Cæſenatis, in hanc, &c. Vitalis, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Fauentinæ, in hanc, &c. Iuſtinus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Fidentinenſis, in hanc, &c. Vincentius epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Liuienſis, in hanc, &c. Placentius, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Placentinæ, in hanc ſuggeſtionem, &c. Mauricius, epiſcopns ſanctæ eccleſiæ Regienſis, in hanc ſuggeſtionem, &c. Petrus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Mutinenſis, in hanc ſuggeſtionem, &c. Gratioſus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Parmenſis, in hanc, &c. Magnus, epiſcopus ſanctæ eccleſiæ Papienſis, in hanc ſuggeſtionem quam pro Apoſtolica noſtra ſide unanimiter conſtruximus, ſimiliter ſubſcripſi.

SYNODVS BRITANNICA
Hedifeldenſis.

AGatho, acceptis literis Conſtantini, quibus iudicebat Synodum Conſtantinopolitanam, Ioannem archicantorem in Angliam mittit, ut cuius eſſent fidel illæ Eccleſiæ cognoſcat: eique tradit Synodum Martini contra Monothelitas celebratam, quam illic ſpargat: ac ſimul Theodoro Britannorum archiepiſcopo ſcribit, eumque monet, ut conuocata Synodo epiſcoporum ſub ſe, de controuerſia à Monothelitis mota ſuam ſententiam exponat. Ille uerò haud grauatim obtemperans, conuocat ſacerdotum, doctorumque plurimorum cœtum, inter qu...s etiam Vuilfridus & Ioannes arcbicantor fuerunt, & ſedulò inquirit, ſingulorum fidem & ſententiam, & unanimem in fide catholica reperit conſenſum. Omnes enim quinque uniuerſalia Concilia amplectuntur, & probant Martini ſententiam in Synodo contra Monothelitas latam, de duabus in Chriſto uoluntatibus & operationibus: & damnant omnes hæreticos his contraria aſſerentes. De hac ſententia literas Synodales confecerunt, quarum fragmentum recitat Beda libro quarto Hiſtoriæ gentis Anglicæ, capite 17.

¶ In nomine Domini IESV CHRISTI ſaluatoris, Imperantibus Dominis pijſsimis noſtris Ecgfrido rege Humbronenſium, anno decimo regni eius, ſub die quintadecima Calendar. Octobris, Indictione octaua: & Edilredo rege Mercinenſium, anno ſexto regni eius: & Alduulfo rege Eſtranglorum, anno decimoſeptimo regni eius: & Lothario rege Cantuariorum, regni eius anno ſeptimo: præſidente ipſo Theodoro gratia Dei archiepiſcopo Britanniæ inſulæ, & ciuitatis Dorouernis, unà cum eo ſedentibus cæteris epiſcopis Britanniæ inſulæ, uiris uenerabilibus, propoſitis ſacroſanctis Euangelijs, in loco qui Saxonico uocabulo Hedtfeld nominatur, pariter tractantes fidem rectam & orthodoxam expoſuimus, ſicut Dominus noſter IESVS incarnatus tradidit diſcipulis ſuis, qui præſentialiter uiderunt & audierunt ſermones eius, atq; ſanctorum Patrum tradidit Sym-

 bolum,

bolum, & generaliter omnes ſanctę & uniuerſales Synodi, & omnis probabilium catholicæ Eccleſiæ doctorum chorus. Hos itaque ſequentes nos, piè atque orthodoxè, iuxta diuinitùs inſpiratam doctrinam eorum, profeſsi credimus conſtanter, & cõfitemur ſecundum ſanctos Patres, propriè & ueraciter Patrem & Filium & Spiritum ſanctũ, Trinitatem in onitate conſubſtantialem, & unitatem in Ttinitate: hoc eſt, unum Deum in tribus ſubſiſteotijs uel petſonis conſubſtantialibus, æqualis gloriæ & honoris. Et poſt multa huiuſmodi quæ ad rectæ fidei confeſſionem pertinebant, hæc quoque ſancta Synodus ſuis literis addidit: Suſcepimus ſanctas & uniuerſales qoinque Synodos beatorum & Deo acceptabilium Patrum, id eſt qui in Nicena congtegati ſuetunt trecentorum decem & octo, contra Arium impijſsimum & eiuſdem dogmata: & in Conſtantinopoli centum quinquaginta, contra ueſaniã Macedonij & Eudoxij, & eorum dogmata, & in Epheſina prima ducentorum, cõtra nequiſsimum Neſtorium & eiuſdem dogmata: & in Chalcedone ducentorum & triginta contra Eutychem & Neſtorium, & eorũ dogmata: & iterum in Conſtantinopoli quiotò congregati ſunt Cõcilio, in tẽpore Iuſtiniani miooris, cõtra Theodorũ & Theodoretũ & Ibę epiſtolas, & eorũ dogmata: cõtra Cyrillũ paulo pòſt: & Synodum quę facta eſt in orbe Roma, in tempore Martini papæ beatiſsimi, Indictione octaua, imperante Cõſtantino piiſsimo, anno nooo. Suſcipimus & glorificamus Dominum noſtrũ IESVM CHRISTVM, ſicut iſti glorificauetunt, nihil addentes uel ſubtraheotes: & anathematizamus corde & ore, quos anathematizauerunt: & quos ſuſceperuot, ſuſcipimus, glorificantes Deum patrem ſine initio, & filium eius unigenitũ ex Patre generatum ante ſecula & Spiritum ſanctum procedẽtem ex Patre & Filio inenarrabiliter, ſicut prædicauetuot hi quos memorauimus ſuprà, ſancti Apoſtoli & Prophetæ & Doctores. Et nos omnes ſubſcribimus, qui cum Theodoro archiepiſcopo fidem Catholicam expoſuimus.

Has uerò literas, aut ſimiles, cùm eodem Ioanne archicantore, qui in itinere quidem mortuus eſt, Beda libro 4, capite 18 Eccleſiaſticæ hiſtorię, & Vuilfrido ad Synodũ Romanam miſerunt, quę ſub Agathone eſt celebrata. Nam in ſubſcriptiooe, Vuilfridus legatus Synodi per Britanniam conſtitutæ dicitur.

SYNODVS GALlicana.

EOdem tempore literis Agathonis excitati io Gallijs epiſcopi coouenetunt, & de controuerſia, duæ'ne an una in Chriſto ſint uoluntates & operationes, diſputarunt, ſuamque ſententiam cum legatis Adeodato Leucorum & Felice Arelatenſi epiſcopis, & Taurino Telooenſi diacono, ad Syoodum Romanam ſub Agathone miſerunt: ut patec ex ſubſcriptione Synodi Romanæ, in quarta actione Cooſtantinopolitanæ, in ſecũdo tomo Conciliotum.

SYNODVS BRITANNICA *Adzuuiſordiana.*

MEminit Beda libro quarto, capite uigeſimooctauo, huius Syoodi, iuxta fluoiũ Alnæ, in loco qui dicitur Ad doplex uadum, Germanicè Adzuuiforda, celebratę: ubi præſente rege Ecſtido, Theodoro archiepiſcopo præſidente, omnium ſacerdotũ conſenſu, Chudbertus eremita in epiſcopũ Lindiſſarnenſem ſit electus.

SYNODVS FRANCICA.

SIgebertus in Chrooico narrat, Theodoricũ ſub anoum Domini 685, Synodum coegiſſe, & ex ſententia Ebroini multos epiſcopatu deieciſſe, quoſdam eriam ad perpetuum exilium damnaſſe. Sed cauſa ooo indicatur. Vincentius libro uigeſimo tertio, capite, uigeſimoquinto, in geſtis Leodegarij, ſubindicat, iuſto Dei iudicio in ea Synodo illos eſſe punitos, qui manum in epiſcopum mittere ptæſumpſiſſent. Sed non ſatis liquet, ao Leodegarij cauſa ibi tractata ſit. Triehemius, inter depoſitos ab officio, etiam Lãpertum Traiecteoſem epiſcopum reſert, in annalibus Francorum.

TOLETANA O*ctaua.*

ANno quinto Receſuuiodi regis Gotthorum, qui fuit Domioi 671, Cõſtantini Pogooati ſecundus, Toleti indicta & habita eſt Synodus octaua.

Conuenerunt autem pontifices numero 52, aliquot abbates & legati epiſcoporum abſentium: rex ipſe Receſuuindus, & uiri illuſtres, & Comites non pauci: ut conſtat ex ſubſcriptotum Catalogo, in ſecundo tomo Conciliorum.

In initio Rex offert tomum, in quo primùm teſtatur, ſe puram & ſinceram doctrinam non modò amplecti: ſed etiam ſtudere ut ſubditis ſuis tradatur, & ad poſteriratem propagetur.

Deinde proponit quæſtionem de iuramento, in hunc modum: Reuoloris retrò temporibus, ita uos, omnemque populum iuraſſe recolimus, ut cuiuſcunque ordinis uel honoris perſona: quæ in necem regiam, excidiumque Gotthotum genris ac patriæ detecta fuiſſet, oel cogitaſſe noxia, uel egiſſe, irreuocabilis ſententiæ mulctatus atrocitate, nuſquam mereretur neoiæ remedium, uel alicuius temperantiæ perciperet qualecunque ſubſidium. At nũc quia graoe oneroſumq;

roſumq́; cenſetur, dum pietatis actibus graui contradictione, bæc ſentētia reſultare perpenditur, & ſic funditùs damnationis aſtipulatio retinetur, ne pietati, quæ (Apoſtolo pręcipienre) ad omuia utilis eſt, quicunque aditus reſeruetur, ueſtris hæc committo fidenti animo ſacris pertractanda iudicijs, ac dirimēda ſententijs. Vnde iam ueſtrum erit, inſpirāte uobis miſeratione diuina, ita utriuſq; diſcriminis temperare menſuram, ne aur in iuramento conditio teoeat reos, aur impietatis ultio habeat inhumaoos: ſicq́; oeſtri nos inſtruat forma iudicij, ut ſubiectos populos nec in prophanationibus habeamus ſubditos, nec impietatis uiooculis doleamus contaminatos.

Tertiò hortatut eos, ut in oegocijs & controoerſijs dirimēdis iuſticiam & æquitatem obſeruent.

Quartò hortatur uiros illuſtres, ut ſententiæ Synodi acquieſcaot: idem & ſe facturum promittit.

Quiotò conſilium petit, qoid cum Iudæis agendum, quorum alij adhuc ſuam religiooem amplectebantur: alij oerò baptizati quidem erant, ſed tamen à fide deſciuerant.

Patres lecto tomo, laodant regis fidem & ſtudium, & pro confeſsione ſuæ fidei repetunt Symbolom Nicenum: Credimus io unum Deum patrem omnipotentem, &c.

¶ In ſecundo confeſſu diſputatur de iuramento, in quo tota Synodus ſeſe aſtrinxerat, de non mitiganda pœna profugis & perfidis: ac tandem iuxta Ambroſij & Aguſtini & Gregorij & Iſidori ſententiam deceroitur, noo eſſe conſeruandum ſacramentum, quod malè & incautè ſit promiſsum, ac inter alia inquiuor patres: Promiſsioois incauræ crudam cruentamq́ue temperare ſeutentiam, illa quàm maximè compellimur cauſa, qoòd hæc duo mala, licet ſint omnino cautiſsimè præcauenda, tamen ſi perciuli neceſsitas ex bis unum teotare compolerir, id debemus reſoluere, quod minori nexu noſcitur obligari. Quid autem ex his leuius, quid'ue ſit grauius, pietatis acumine inueſtigemus. Etenim dum periurare compellimur, Creatorem quidem offendimus, ſed nos tārummodo maculamus. Cum uerò noxia promiſſa cōplemus, & Dei iuſſa ſuperbè contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipſos crudeliori gladio trucidamus. Illic enim duplici culparum telo percutimur, hic triplicitet iugulamur. Reſtat ergo, ut hæc noſtra pergat ſentētia, quà miſericordiæ patuerit uia. Quę ita in Domino probatur accepta, ut plus eā cupiat, quàm ſacrificia ucneranda, dicente ipſo: Miſericordiam uolo, & oon ſacrificium. Hac indulgentiæ conceſſa licenria, miſerationis ipſius opus io glorioſi Principis poteſtatē redigimus, ur quia Deus illi miſerendi aditum patefecit, remedia pietatis ipſe quoque non deneget. Quæ ita principali diſcretione moderata perſiſtant, ut & illis ſit aliquatenus miſericordia contributa, & nuſquam gens aut patria per eoſdcm aut periculum quodcunque perferat, aut iacturam. Hæc miſerationis obtentu temporaſſe ſufficiat. Cæterùm quæcunque iuramenta pro regiæ poteſtatis ſalute, & contutarione gentis & patrię, uel hactenus ſunt exacta, uel deioceps extiterint exigenda, omni cuſtodia, omniq́ue uigilaotia indiſſolubiliter decernimus obſeruanda, à membrorum truncatione mortisq́; ſeotentia religione penitùs abſoluta.

In tertiò, dectetum faciunt cōtra eos qui largitionibus acquirebant epiſcopatus. Denique, quod non ſine magno dolore dicendum eſt, reperiuotur quàm plurimi, negocio muneris perituri, mercari uelle gratiam Spiritus ſancti, dum uile præmium donant, ur pontificalis ordinis ſublime culmen accipiant, obliti uerborum Petri, qui dixit ad Simonem: Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam dooum Dei exiſtimaſti per pecuniam poſsideri. Proinde, quia & uſitatum eſt tantum malum, & maiotum frequēter conſtat mucrone ſuccidum: nos quoque huic uulneri canceroſo igoitum (quod ſupereſt) adhuc ioijcimus ferrum: decerneotes omnino, ur quicunque deinceps propter accipieodam Sacerdotij dignitatem, quodlibet præmium fuerit detectus obtuliſſe, ex eodem tempore ſe oouerit anathematis opprobrio condemnatom: atque à participariooe Chriſti corpotis & ſaoguinis alienum, ex quo illum conſtat execrabile Chriſto perpetraſſe flagitiom. Quod ſi aliquis extiterit, qui accuſet, ille qui hunc ordinem munetum fuerat acceptione lucratus, & ſuſcepto honoris gradu priuetur, & in mooaſterio ſub perenni pœnitentia relegetur. Illi uerò qui hac cauſa munerum acceptatores extiterint, ſi clerici fuerint, bonoris amiſsione mulctentur: ſi uerò laici, anathemate perpetuo condemnentor.

In quarto, de epiſcopo adultero tractatur, & communi dectero ſaocitut, ut ſi deioceps epiſcopi detecti fuerint, exectabilibus flagitijs cum qoibuslibet fœminis pollui, ac familiari peculiaritate uerſari, nouerint ſe irreuocabili ſententia Patrnm ulciſci: id eſt, loci & ordinis dignitate priuari.

In quioto confeſſu, ſacerdotibus uxorum & omnium aliarum fœminarum ſocietas prohibetur, malè detortis Scripturę teſtimonijs:

nijs. Sancti eſtote, ſicut ego ſanctus ſum. Et Coloſ. 3. Mortificate mēbra ueſtra, quæ ſunt ſupra terram. Hæc patres hauſerunt abſque dnbio ex decretis Romanotum pontificum, & contra quartum Concilium Toletanum ſtatuerunt.

In Sexto, ſubdiaconi pro ſuis uxoribns retinendis diſceptant, opponentes, qnòd ſibi à Pontifice in conſecrarione non data ſit benedictio: ſeu potius, qnòd cū ordinari ſint, non interdictus ſit uſus coniugij: qnare, nunc ſe nō rectè ſuis uxoribus priuari. Sed uincit ſtudinm nouitatis, & characteres Anticbriſti. Quare illi in hunc modum decernunt: Relatum eſt nobis, quoſdā ſubdiaconos, poſtquam ad ſacri ordinis peruenerint gradum, non ſolùm carnis immundicia ſordidari, cū ſcriptum ſit, Mundamini qui fertis uaſa Domini: ſed etiam (quod dictu quoque nefas eſt) nouis uxoribus copulari, aſſerentes hoc ideo ſibi licete, quia benedictionem à Pontifice ſe neſciunt percepiſſe. Proinde omni excnſationū diſciſſo uelamine, id præcipimus obſeruati, nt cū ij dē ſubdiaconi ordinantur, cum uaſis miniſterij benedictio eis ab epiſcopo detur, ſicut in quibuſdam eccleſijs uetuſtas tradit antiqua, & ſacra dinoſcitur cōſuetudo ſubſtare, prolata omni penitùs ab illis ſorde mulierū, ac familiaritate remota. Quod ſi hoc nulnere deinceps fuerint ſauciati, mox erunt ſub pœnitentię oneribus, uſq; ad extremum nitæ monaſterijs relegandi.

In Septimo tractatur de epiſcopis, qui in ordinatione uxotes ſuas inniti reliquerant: & poſtea malebant repudiato epiſcopatu ad uxores redire, quàm mala conſcientia ſine nxore epiſcopi eſſe. & decernitur, id nullo modo licere: Quia ſicut baptiſmi cbaracter, licet etiā inuitus quis eū accepiſſet, non poſsit deponi: ita nec ſanctū chriſma collatnm, nec honorem altaris poſſe euelli. Inquiunt ergo: Quod ſi poſt hoc perennis diſpoſitionis edictum, non ſinceriter ſacris inhæſerit cultibus, et abijciēs à ſe gratiam quam accepit, relabitur ad coniugium, moresque ſeculi attentauerit, uel eum redire ad boc cōſtiterit, mox omni Eccleſiaſtici ordinis dignitate priuetur: & ut apoſtata, à ſanctæ Eccleſiæ liminibus & ſocietate fidelium habeatur prorſus excluſus, monaſterij clauſtris, donec uixerit, ſub pœnitentia retrudēdus. Hęc ſanè horribilia ſunt, & ex diametro doctrinę Paulinæ oppoſita.

In Octauo decernitur, ne indocti ad Eccleclesiæ myſteria tractanda admittantur.

In Nono prohibetur, ne quis ſine ineuitabili neceſsitate atque fragilitate, & euidenti languore ſeu impoſsibilitate ætatis, diebns qnadrageſimæ carne ueſcatur, niſi à ſacerdote ei ſit permiſſum. Rationes ſunt: Primò, quia dies quadrageſimæ totins anni ſunt decimæ, quæ inre Deo conſecrentur. Secūdò, quia Chriſtus ieiunādo dies quadraginta expiauit peccata generis humani. Tertiò, quia par eſt, ut bomo formatus ex quatuor slementis, propter tranſgreſsionem Decalogi, quater decies affligatur. Ecce quàm firmas rariones doctrina dæmoniorum de interdicto ciborum habeat. 1. Timoth. 4.

In decimo congreſſu, legem condunt de electione Regis, & qualis eſſe debeat. Abhinc ergo deinceps ita erunt in regni gloriam pręficiendi rectores, ut aut in utbe regia, aut in loco ubi Princeps deceſſerit, cum Pontificū, maiorumque palatij omnimodo eligantur aſſenſu, non forinſecus cœtu aut conſpiratione paucorum, aut ruſticarum plebium ſeditioſo tumultu. Erunt catholicæ fidei aſſertores, eamq; contra hanc quæ imminet Iudæorum perfidiam, & cunctarum bæreſium iniuriam defendentes. Erunt actibus iudices, & uita modeſti. Erunt in prouiſionibus rerum parci plus quàm extenri, ut nulla ui aut factione Scripturarum uel definirionum qualiumcunque contractus à ſubditis uel exigant, uel exigendos intendant. Erunt in conquiſitis obligationis gratiſsimæ rebus non proſpectantes ptoprij iura commodi, ſed cōſulentes patrię atqne genti. De rebus congregatis ab eis, illas tantum ſibi uendicent partes, qnas dictanerit autoritas principalis: uerùm quæcunque inordinata reliquerint, bæreditabunt ſucceſſores proprij eorum: & ante regnum iuſtiſsimè conquiſita, aut filij aut hęredes capiant iure proximitatis. De affinium ſucceſsione uel munere, quamnis inordinatè relicta ſunt, aut primò tantū filijs aut hæredibus ſequenter proficiant, uel propinquis: atque ita in eorum cunctis actibus, moribus ac tebns præfatæ legis autoritas erit ualitura, nt & perenniter manſat inconuulſa: & non prius apicem regni quiſq; percipiat, quàm ſe illa per omnia ſuppleturum iuriſiurandi taxarione definiat. Cui etiam legi uel decreto epiſcopalē non ſolùm in futuro, ſed etiam in præſenti reuerenriam apponentes, decernimus, nt quicunque detractor, & non potius uenerator decreti eiuſdem atque legis eſſe malusrit, ſiue religioſus ille ſit, ſiue laicus, non ſolnm eccleſiaſtica excommunicarione plectatur, uerùm & ſui ordinis dignitate priuetur.

In Vndecimo edicunt, ne cui liceat contra decreta Synodi generalia agere, aut ea conuellere.

In Dnodecimo, cum Iudæis decernunt agendum eſſe, ſecnndnm canones quarti Toletani Concilij, nimirum iuxta 56. 57. 58. 59. 60. 92. Ac tandem Deo & regi gratias agunt, & ex ordine ſnbſcribunt: Orontius, Emeri-

tenſis

tenſis metropolitanus epiſcopus: Antanius, Hiſpalenſis metropolitanus: Eugenius, regiæ urbis metropolitanus: Potaminus, Calagurritanus epiſcopus: Potamius, Bracarēſis metropolitanus: & cæteri epiſcopi, & epilcoporum legari, & abbates, & uiri illuſtres officij Palatini.

Poſtremò, duo promulgantur decreta, quę adſcribimus.

DECRETVM VNIVERSALIS CONcilij, *editum in nomine Principis.*

¶ Soliditatem reddidiſſe fracturę, atque fecisse conſurgere quod exriterat colliſum, & iucrementum eſt uſitatæ mercedis, & plenitudo conſummatæ perfectionis. Ponderi etenim collidentis ruinę, ſi ęquslium proximorum cura conuenit obuiare: quanto grauioris erit culpæ prælatos incuriæ diſcrimen incurrere, ſi non quo ualent, ex communi onere ſibi commiſſos procurent populos ſubleuare? Properandum ergo eſt inter ruinas colliſionum, cateruas eripere colliſorum, ut ex hoc iugiter & ultra nec uigorem nocēdi habeat execranda preſſura, & omnis compreſſus nouerit ſanctæ ſanctionis eſſe ſibi collata remedia. Cum decurſis ergo temporibus durę dominationis ſeſe poteſtas attolleret, & in ſubiectis populis imperium dominauris non formaret iura regiminis, ſed excidia ultionis: adſpeximus ſubditorum ſtatum non ex ordine uegetari rectoris, ſed deijci ex grauedine poteſtatis. Contraxerunt enim reges elata faſtigia in bifronri diſsidio motionis, & aut iu culpis lex ardua ſæuiebat, aut in ſpolijs fauorē lex uoluntaria cōmodabat. Inde mœſtos animos non ſpes fouebat ex munere, ſed toleranria uexabat in funere. Vnde iam in reparationis occurſum non tanrum noa abire ſola ratio cogit, uerùm & ipſa commonitio rerum impellit, ut ex omnium deliberatione animorum coucordi, illa maneat ſentenria dicti, quæ & finem auſibus ritè ponat illicitis, & conſulrum ſaluandis iure ferat populis. Quoſdam namque conſpeximus reges, poſtquam fuerint regni gloriam aſſecuti, extenuatis uiribus populorum, rei propriæ congerere lucrum: & obliti quòd reges ſint uocati, defenſionem in uaſtationem conuertunt, & uaſtationem defenſione pellere defugiuut: illud grauius innectentes, quòd ea quæ uidentur acquirere, nō regno deputant honori uel glorię, ſed itamalunt in ſuo iure confundi, ut ueluri ex debito decernant hæc in liberorum poſteritatem tranſmitri. Quamobrem in proprietatis illa conantur redigere ſinum, quæ pro ſolo conſtat illos imperij percepiſſe faſtigio: & illud in iuris proprij collocant antro quod publicę utilitatis acquiſitum eſſe conſtat obtētu. Nā nunquid ad illos aut populorū aduentus, aut rerū poterat cōcurrere cēſus, niſi extitiſſent gloriæ ſublimiari culminibus? Aut ab ęqualibus illi poruerunt rerum coarceruatione ditari, niſi per ſubiectos glorioſo apice potuiſſent attolli? Omnia certè totius plebis membra ſubiecta, dum ad principale caput releuant attentum, debitæ iuſsionis obtutu negociorum, ab illo proſpectant remedium, cui modò gratum, modò debitum irrogant cenſum. Regalis proinde orthodoxa ſublimitas, hæc cuncta ſibi deberi conuincit, ex quo ſe regem recognoſcit: & inde conquiſita non alteri, quàm ſibi, iuſtè defendit. Vnde non perſonæ, ſed potentiæ ſubdi hæc debere non ambigit. Regem terrenum iura faciunt, non perſona: quia non conſtat ſui medio critate, ſed ſublimitatis honore. Quæ ergo honori debentur, honori deſeruiant: & quæ reges accumulant, regno relinquant: ut quia eos regni gloria decorat ipſi quoque regnī gloriam non extenuent, ſed exornent. Habeant deinceps iure conditi reges in regendo corda ſollicita, in operando facta modeſta, in decernendo iudicia iuſta, in parcendo pectora prompta, in conquirendo ſtudia parca, in conſeruando uota ſyncera: & tanto gloriam regni cum felicitate retentent, quanto iura regiminis & manſuetudine conſeruauerint, & æquitate direxerint promiſſæ præmium ditionis, ne non prodiſſe putetur ex fomite rationis, reuelare conuenit euidentiſſima ſpecie operis, ut ex illo nos idoneos aſſertores habeat probitas ueritatis, ex quo ſemper ſemetipſam reſeruauerit qualitas actionis. Ecce enim ita ex genris noſtrę mediocribus, maioribusque perſonis multos hactenus corruiſſe reperimus, & deflemus, ut eorum agnitis ruinis, nō aliud poſsimus quàm diuinę iudicia cōſiderare promiſsionis, quorum domorum ſpolia, & potentiarum diuitias, ſimulac prædia ita conſpicimus prorſus exinanita, ut nec fiſci uſibus commoda, nec palarinis officijs reperiantur in remedium ſalutare collata. Cuius rei ſeris ex utroque coocurrente defectu, dum & iudicatos ſentenria iudiciorum eliſit, & in eorum bonis ad ipſorum uicem munificatus nemo ſurrexit, penè non tenuiſſe diſciplinam in ordine, ſed defectum poſuiſſe penſantur in gente: illo maioris ſalutis diſpendio cumulato, quòd tam hæc quæ à iudicatis uigor iudiciorum abſtraxerat, quàm illa quæ qualiſcunque prouentus ordine profligationis cōtriuerat, tota proprietatis Principum amplitudo in ſinū ſuæ receptionis incluſerat: ſicq; ſolo principali uentre ſuppleto, cūcta totius membra gentis uacuata, langueſcerent ex defectu. Vnde euenit, ut nec ſubſidium

mediocres

mediocres, nec dignitatem ualeant obtinere maiotes: quia dom ſolius poteſtatis uigor maxima occupauit, totius plebis ſtatus nec minima iura defendit. Itaque cum omni Palatino officio, ſimulque cum maiorum minorumque conuentu, nos omnes tam pontifices, qnàm etiá ſacerdotes, & unioerſi ſacris otdinibus famulantes, concotdi definitione decernimus & optamus, ot omnis conquiſitionis profligatio, in omnium rerum uiuentium & non uiuentium, immobilium quoq; & moueri ualentium, corpore uel ſpecie, forma uel genere, quæ à glorioſæ memoriæ Cbindaſuintho rege, à die quo in regnõ dinoſcitur conſcendiſſe, teperta quolibet modo extiterit, omnia in ſereniſsimi atque clemẽtiſsimi Domiui noſtri Recceſuinthi principis perenni tranſeant poteſtate, & perpetuo deputentut in iure, uon habenda parentali ſucceſsione, ſed poſsidenda regali congreſsione, ita ut iuſtè ſibi debita quiſq; percipiat, & de reliquis reb. ad remedia ſubiectorum quæcunque elegerit principis uoluotas exerceat: illis tãtummodo exceptis, quæ memoratus diuę memotię Chindaſuinthus princeps ante regnum, aut ex proprijs, aut ex iuſtiſsimè cõquiſitis, uiſus eſt haboiſſe. In quibus cunctis filijs eius, onà cum glorioſo Domino noſtro Recceſuintho rege, maneat dioiſio libera, & poſſeſsio pace pleniſsima. Sed & illę res quas prædictus princeps de iuſtis ptouentibus filijs ſuis uel quibuslibet iuſtiſsimè uiſus eſt contoliſſe, uel reliquiſſe, omnes in eorum iure maneant ioconuulſæ: illa huius negocij ſeruata ueritate, ut quia grata uoluntas Domini noſtri Recceſuinthi regis reddete decernit uincuiq; iuſtiſsimè debita, nemo inuaſionis calumniam moueat, aut damna requirat, præter quę glorioſæ memotiæ genitorem eius quędam indebitè habuiſſe conſtiterat.

Lex edita in eodem Concilio, imperante Principe glorioſo.

¶ In nomine Domini, Flauius Recceſuinthus tex. Eminentiæ celſitudo terrenæ tũc ſalubrius ſublima ptobatot appetere, cum ſaluti ptoximorum pia cetnitur compaſsione prodeſſe. Vnde ſolet contingere, ut plus cõmodi de aliena ſalute cõquirat, qoàm de propria utilitate quiſq; ptoficiat. In multis enim quia multorum ſalus attenditut, maioris lucri ſumma perficitut. In ſe autem, quia priuati commodi fructus appetitut, non ſatis eſt, ſi unius beneficij præmium cõquiratot. Hinc & illa tegendarom tantundem ſalus eſt plebium, quæ non ſuos fines priuata uoluntate concludit: ſed quę uniuerſalitatis limites cõmuni pietatis lege defendit. Quapropter, ne ſalutaris ordo imperialibus uideatur oerbis potius obtiueri quàm pactis, de ſublimitatis obtentu declinamus ad uota ſupplicũ, tranquillæ uiſionis aſpectum: ot inde ſalutaris compaſſio habeat commodum, unde plebes adeptæ fuerint ſupplicationis effectũ. Cum ergo ptæcedentium ſerie temporum immoderatiot auiditas principum ſeſe prona diffunderet in ſpolijs populorum, & augeret eis proprietatis cenſum ærumna flebilis ſubiectorum: tandem ſupernæ reſpectionis afflatu nobis eſt diuinitùs inſpitatũ, ut quia ſubiectis leges reuerentię dedetamus: principom quoqoe exceſsibus retinaculum temperantiæ poneremus. proinde ſyncera manſuetudiois deliberatiooe tam oobis quàm cunctis glorię noſtris ſuceſſoribus affoturis, Deo mediante, legem ponimus, decretumq; diualis obſeroantiæ promulgamus, ut oullus regũ impulſionis ſuę quibuſcunque motibus aut factionibus, ſcripturas de quibuſlibet rebus alteri debitis, ita extorqueat, uel extorquendas inſtituat, quatenus iniuſtè ac uiolenter indebitarum ſibi quiſque ptobare poſsit dominium rerum. Quod ſi alicuius gratiſsima uolontate, quippiam de tebus à quocunq; perceperit, uel euidenti pręſtatione lucratus aliquid fuerit, in eadem ſcriptura patens uoluntatis & præſtiti conditio annotetur, per quam aut oppreſsio principis, aut cooſetentis fraus euidẽtiſsimè detegatur. Et ſi patuerit, à nolente fuiſſe ſcripturam exactam: aut reſipiſcat imptobitas principis, ut euacuet quod malè contraxit: aut certè poſt eius mortem, ad eũ cui exacta eſt ſcriptura, uel ad hæredes eius res ipſæ ſine cunctatione debeant renouari. Si autem tes qoæ remota omoi reprehenſionis argumentatione, directo modo trãſierunt in principis poteſtate, in eius perennitet iure perdurent, & qoicquid ex rebus ipſis idem princeps ordinare uoluerit, ſuæ poteſtatis arbitrio ſubiacebir. uerùm ut omne huius negocium actionis roboret ſynceritas ueritatis, com quarumcũque rerum ſcripturæ in principis nomine extiterint factæ, mox teſtes, qui in eadem ſcriptura ſubſcriptores acceſſerunt, ab his quos elegerit princeps, diligentiſsimè petquirantur, ſi oõ aliquod indicium, aut de impreſsione principis, aut de fraude ſcriptutam facientis, modo quocunque cognouerint, ut ſic aut ritè facta ſeries ſcripturæ permaneat, aut irritè conſecta uaneſcat. Similis quoque ſententia de terris, uineis atque famulis obſeruetur, ſi ſine ſcripturæ textu tantummodo coram teſtibus quælibet facta fuerit deſioitio. De rebus autem omnibus, à tempore Simitillani regis hucuſque à principibus acquiſitis, aut deinceps, ſi prouenerit, acquirendis, quęcunque forſitan princeps inordioata ſiue telinquit, ſiue reliquerit, quæ pro regni apice ptobantur acquiſita fuiſſe, ad ſucceſſorem tantum-

modo

modò regni decernimus pertinere: ita habita poteſtate, ut quicquid ex his elegecit facere, libarum habeat uelle. Io illis autem rebus quæ ipſi aut de boois parentum, aut de quorumcunque prouenecint ſucceſsionibus proximorum, ita eidem Principi, eiusque (ſi filij defuerint) hæcedibus legitimis bæreditatis iure patebunt, ſicut cæteria lege uel ſucceſsione paterna patuiſſe noſcuntur. Quòd ſi aliquid de rebua quorumcunque parentum & proximorum, nō ſolùm ſucceſsiooe, ſed etiam qualibet collatione, aot qoocunque contractu ad ius ipſiua proueniſſe patuerit, ſi contingat hæc iootdinata relinqui, non ad ſucceſſocem regni, ſed ad filios uel hæredes eiua qoi cōquiſiuit ſpecialiter, omnis eadem conquiſitio pertinebit. Nam de illis rebus, quæ idem Principa ante regnum aut ex proprio, aut ex iuſtiſsimo conquiſito dinoſcitur habuiſſe, irreuocabili ordine aut faciēdi quod uoluecic poteſtas manebit, aut certè filijs eios ſucceſsio plena patebit. Quòd ſi filij defueriot, legitimis hęredibus ex bis quæ inordinata reliquerit, hæreditario iure adire licebit. Huius ſanè legis ſententia, in ſolia erit Principum negocijs obſeruanda, atque ita perpetim ualitura, ut nō ancè quiſpiam ſolium cegale conſcendat, quàm iuramenti fœdere banc legem ſe in omnibua implere promittat. Quemcūq; uerò aut per tumultuoſas plebea, aut per abſconſa dignitatia publicę machinamenta, adeptum eſſe conſtiterit regni faſtigia, mox idem cum omnibus tam nefariè ſibi conſentientibus, & anathema fiat, & Chriſtianorum cōmunionem amittat, tam ditæ percoſsionis ultione colliſus, ut omnis diuini ordinia cultor, qui illi cōmunicare præſumpſerit, ſimili cum ipſo damnatione diſpereat, & pœna cabeſcat. Nam ſi quis legia huius ſeriem ex officio Palatino malè uolendo aot dettahendo lacerare uoluerit, aut euacuandam quandoque uel ſilenter muſsitans, uel apertè reſultana proloqui detectua extiterit, cunctia Palatinæ dignitatia conſortijs & officijs mox nudatua, omoium terum ſuarum dimidiam partem amittat: & in deputato ſibi loco redactua, à totius Palatij maneat ſocietate ſecluſus. Religioſus etiam, qui ſe in banc culpam deuoluerit, ſimili rerum proprietatia ſuæ diſpendio ſubiacebit.

NONA TOLATANA
Synodus.

ANno ſeptimo Receſuindi, Domini uerò 673, iterum iuſſu tegia ſedecim epiſcopi Toletum cōoenerunt: & hęc Capitula, quę in priſcis Canonibus extabant, promulgarunt obſeruanda.

s Omois rei Eccleſiaſticæ quantitatia, ſicut remedium ueniæ tribuit conferenti, ita damnum ritè præparat fraudatori. Et ideo nullus ſacerdotum uel miniſtrorum, ex cebua Eccleſię, quæ in quibuſcunq; locis à fidelibua largiuntur, aliquid auſerat, uel iuri ſuo aut cathedrę propriæ unitate cōnectat. Deuotio enim uniuſcuioſq;, ſicut gratanter uotum contulit Deo: ita definiuit, quòd plenitudo uotorum conſeruaretur in loco, in quo uelut ſi collata tenentur, manet gratia offerentis: ita ſi fruſtrantur, imminet perniciea defraudantia. Verùm ut huius rei potior ſoliditas habeatur, condignis filija uel nepotibus, honeſtioribusq; propinqois eius qui conſtruxit uel ditauit Eccleſiam, licitum ſit hanc bonę intentionis habere ſolertiam, ut ſi ſacerdotem ſeu miniſtrum aliquid ex collatis rebus pręuiderinc defraudare, aut commonitionis honeſtæ conuentione compeſcant, aut talia epiſcopo uel iudici corrigenda denūcient. Quòd ſi talia epiſcopua agere tentec, metropolitano eiua hæc inſinuare procurent. Si aūt metropolitanua talia gerat, regis hęc auribus intimare nō differant. Ipſis tamē hęredibus in eiſdem rebus nō liceat quaſi iutis proprij poteſtatē pręſerre, non rapinam, oon fraudem ingecere, nec uiolentiā quamcunq; præſumere: ſed hoc ſolòm in ſalutarem ſollicitudinem adhibere, quòd aut in nullā noxam operatio nocens attingat, aut ut in multam partem aut aliquam ſalutaris merces aſſumat. Si quia uerò deinceps hæc monita temerare uoluerit, & malè rapta cum confuſione reſtituet, & excommunicationia annuę ſententiam ſuſtinebit.

2 Cùm ſæpe ſit ſolitum, etiam illa quæ non debentur, prece ſupplicationis & ui quodammodo extorqueri doloris: quanto magis & ſine obſtaculo concedi debent, exquiſita ſimul & ordine ioria, & dolore compaſsionis? Quia ergo fieri plerunq; cognoſcitur, ut Eccleſiæ parochiales uel ſacra monaſteria, ita quorundam epiſcoporū uel inſolantia, uel incuria hortendam decidant in ruinam, ut grauior ex hoc oriatur ædificantibus mœror, quàm in ſtruendo gaudij extiterit labor: ideo pia compaſsione decernimus, ut quamdiu earundem ſundatocea eccleſiarum in bac uita ſuperſtitea extiterint, pro eiſdem locis curam permittaotur babere ſollicitam, & ſollicitudinem ferre præcipuam, atque rectores idoneos in eiſdem baſilicis ijdem ipſi offerant epiſcopo ordinandos. Quòd ſi tales forſitan non inueniantur ab eis, tunc quos epiſcopus loci probauerit Deo placitos, ſacria cultibus inſtituat, cum eorum conniuentia ſeruituroa. Quòd ſi ſuperſtitibus eiſ-

dem fundatoribus, rectores ibidem præſumpſerit epiſcopus ordinare, & ordinationem ſuam irritam nouerit eſſe, & ad uerecundiam ſuam alios in eorum loco, quos ijdem ipſi fundatores condignos elegerint, ordinari. 16. q. 7. Decernimus ut quamdiu.

3 Si ſacerdos uel miniſter de rebus Eccleſiæ quippiam alicui ſub pręſtationis obtentu concedat, inſtrumenti cauſam pręſtiti euidenter exponat, ut hoc aut iuſtè confecta tranſactio innoteſcat: aut fraus incompetens, quæ latet, appareat. aliter uerò pro huius negocij cauſa deinceps ſcriptura non ualeat.

4 Sacerdotes, uel quicunq; illi ſunt quibus Eccleſiaſticarum rerum cura commiſſa eſt, quæcunq; adminiſtrationis ſuæ tẽpore emerint, ſi de rebus proprijs uel uile, uel charum habuerint, ad Eccleſiæ nomen, cui præſunt, chartarum inſtrumenta conficere procurent. Non enim conuenit, ut Eccleſia quem ſuſcepit externum, efficiat in alieno diuitem, & in ſuo retineat fraudatorem. Hi uerò qui ſuarum rerum noſcuntur habere compendium, ex omni re quam poſt ordinationis ſuæ diem uiſi ſunt acquiſiſſe, ſiue nulla ſiue aliqua ſint inſtrumenta confecta, compenſata tam iuris ſui quàm Eccleſiaſticarum rerum habitudine, ſi ſe utriuſque rei quantitas exæquauerit, inter Eccleſiam & decedentis hæredes, æquo iure conquiſitio pertinebit. Si autem quælibet pars maiori cumulo ſui iuris excreuerit, maiorem portionem etiam in diuiſione percipiet. Quicunque uerò de prædictis ſacerdotibus uel miniſtris, pro ſui utilitate atque amicitia, uel præſtatione, aut quocunque modo, aut per Scripturę ſeriem aliquid meruerint à quolibet percipere, in rebus Eccleſiaſticis non poterit numerari: ſed quod exinde uoluerint facere, in ipſorum uoluntatis arbitrio ſubiacebit. Quòd ſi hoc poſt eorum mortem ordinatum fortaſſe remanſerit, Eccleſia hoc ſibi, cui præfuit, uel miniſter extiterit, in perpetuum uindicabit. 12. q. 4. Sacerdotes uel. Item 12. q. 3. Quicunque de ſacerd.

5 Bonæ rei dare conſultum, & præſentis habetur uitæ ſubſidium, & æternæ remunerationis expectare cernitur præmium. Quiſquis itaque epiſcoporum in parochia ſua monaſterium conſtruere fortè uoluerit, & hoc ex rebus Eccleſiæ, cui præſidet, ditare decreuerit: non amplius ibidem quàm quinquageſimam partem dare debebit, ut (hac temperamẽti æquitate ſeruata) & cui tribuit, competens ſubſidium conferat: & cui tollit, damna grauia non infligat. Ad eccleſiam uerò quæ monaſticis non informabitur regulis, aut quam pro ſuis magnificare uoluerit ſepulturis, non amplius quàm centeſimam partem cenſus Eccleſię, cui præſidet, ibidem conferre licebit: ea tamen cautela ſeruata, ut unam tantummodò quę placuerit, ex his duabus remunerationem aſſumat. 12. q. 2. Bonæ rei dare.

9 Cum præteritis ſanctionibus notiſsimum habeatur, quæ de rebus parochialium eccleſiarum pars epiſcopo conferatur: opportunè tamen duximus decernendum, ut ſi epiſcopus tertiam partem, quam de rebus earundem ſanctione ſibi debitam nouit, aut ipſi Eccleſiæ cuius res eſſe patebit, aut alteri Eccleſię quam elegit, conferre decreuerit, & licitum maneat, & irreuocabile robur eius ſententia ferat. 12. q. 3. Epiſcopus ſi tertiam partem.

7 Propinqui morientis epiſcopi, nihil de rebus eius, abſq; metropolitani cognitione, uſurpare præſumant. Quòd ſi is qui receſſerit, metropolitanus fuerit, ſucceſſoria eius ſententiam aut concilium ſuſtinebũt, ne paſsim hæreditatis adeundæ danda licentia, de rebus Eccleſiæ aut non retineatur ratio plena, aut fraus inueniatur illata. Quòd ſi presbyteri aut diaconi fuerint, quos obiſſe conſtiterit, non ſine agnitione ſui epiſcopi rem eius hæredibus adire licebit. Quiſquis ſanè poſthæc tranſgreſſor inuentus extiterit, pro his quæ non expectato ordine adierit, inuaſionis damno legis ſententia ſubiacebit.

8 Si ſacerdos uel miniſter, dum gubernacula Eccleſiarum adminiſtrare uidetur, contra Patrum ſanctiſsimas ſanctiones, de rebus Eccleſiæ definiſſe aliquid dinoſcitur, non ex die quo talia ſcribẽdo decreuit, ſed ex quo talia moriendo definita reliquit, ſupputationis ordo ſubſtabit. Nunquam enim ad triennium temporis pertinere poterit poteſtas irritè hoc iudicantis: quia ſtatus contractuum initia non ſumpſit ab origine æquitatis. 16. q. 3. Si ſacerdotes.

9 Pleriq; dum rapinis inhiant, quod non debent, aut miſerationis opus condignè non implent, aut indebita ipſi miſerationi damna permiſcent. Ideoque ne amplius miſericordiæ opus execrabile labatur in ſcelus, id communi decreto ſancimus, ut cùm Pontificem mori contigerit, epiſcopus qui ad humãdum corpus aduenerit, deſcriptis theſauris atque ornamentis omnibus, ſi locuples decedentis eccleſia fuerit, non amplius quàm libram auri in rebus quibus ei placuerit, exceptis ornamentis Eccleſiæ, cum gratia offerentium auferre pertentet. Si uerò minor rebus extiterit, dimidiam libram ſibi licenter uſurpet. Nam & hæc uſurpare ipſa, ratio nulla permitteret, niſi eius qui conuenit, ſacerdotis iniuriæ contem-

templatione antiquitas hoc uſurpata ſeruaſſet. Porrò breue deſcriptarum rerum ſub fideli ratione hic qui deſcripſit, dirigere me tropolitano curabit. Metropolitanus autem ex eadem morientis eccleſia nihil protſus auferre præſumat, ſed ſolam quæ ad eum pertinet curam ſalutarem impendat.

10 Cùm multæ ſuper incontinentia ordinis Clericorum, hactenus emanauerint ſententiæ Patrum, & nullatenus ipſorum reformari quiuerit correctio morum, uſqueadeò ſententia iudicantium protraxere commiſſa culparum, ut non tantùm ferretnr ulrio in autores ſcelerum, uerùm & in progeniem damnatorum. Ideoq; quilibet ab epiſcopo nſque ad ſubdiaconū deinceps, qui uel ex ancillæ, uel ex ingenuæ deteſtando connubio, in honore conſtituti filios procrearint, illi quidem ex quibus geniti probabuntur, Canonica cenſura damnentur: proles autem aliena pollutione nata, non ſolùm hæreditatem parentū nunquam accipiet, ſed etiam in ſeruitutem eius eccleſiæ, de cuius ſacerdotis uel miniſtri ignominia nati ſunt, iure perenni manebūt. 15. q. 8. Cùm multæ.

11 Qui ex familijs eccleſiæ ſeruituri, deuocantur in clerum, ab epiſcopis ſuis libertatis neceſſe eſt ut percipiant donū: & ſi honeſtę claruerint meritis, tunc demū maioribus fungantur officijs. Quos uerò flagitij ſordidauerit incorrigibilis noxa, perpetua ſeruitus conditionis religet in catenā. diſt. 54. Qui ex familijs.

12 Si ſacerdos libertatē ſeruis Eccleſię conferre uoluerit, non à die confectionis ſcripturæ, tempus annorū computatum tenebit: ſed ex eo, cùm eum qui ſcripturam confecit, ueriùs obijſſe conſtiterit.

13 Exceſsibus libertorū Eccleſię, plerunq; patronam uidemus Eccleſiam cōnexare, & bicipiti coacti ſumus tędio condolere. uno, dum per ſuperbiam reluctantis autor cōtemnitur libertatis: altero, dum libertas ſuperbientis in conditionē relabi cogitur ſeruitutis. Ideo cùm iam præteritis Patrū regulis multæ ſuper hoc diuerſæ conſtitutionis emanauerint ſanctiones: tamē quoddam ad plenitudinem rei aptū conſpeximus adhuc innectere complemētum. Igitur ſicut legū reuerenda ſanctio cenſuit, ita ſeruari totius generis nobilitas debet, ut in nullo aliena cōmixtio maculet, quod generoſitas ꝓpria decorauit. Vnde cunctis eccleſiarum libertis, tam uiris quàm fœminis, eorumq; propagini interdicitur iudicio generali, ne deinceps cauſa connubij aut Romanis ingenuis copuleutur, aut Gotthis. Quòd ſi hoc factum quandoque patuerit, permixtione tali genita proles, nunquam merebitur ius debitæ dignitatis: nec eccleſiæ unquam carebit obſequijs, cuius beneficio donū meruiſſe noſcitur libertatis.

14 Si contingat quemcunque de libertis Eccleſiæ, eorumq; proſapię contra primæuas modernasq; Patrum regulas, aut Gotthis aut Romanis ingenuis copulari, tam illis quàm eorum ſtirpi non licebit ab Eccleſiæ patrocinio euagari, ſed ad debita obſequia reuerti cogendi ſunt. aut ſi redire noluerint, quæcunq; uel parentes eorum, uel ipſi ab Eccleſia ſunt adepti, uel in eius patrocinio niſi ſunt conquiſiſſe, inſiſtente pontifice, in ditionem propriæ reducantur Eccleſiæ

15 Eccleſiæ liberti, eorum progenies, cidem baſilicæ, de qua libertatis gratiam meruerunt, obſequia prompta ſinceraq; parabunt: qui ſicut hoc in obſequio pro poſsibilitate ſui, quod utiles ingenui dabunt: ita quoque in emendatione culparum, quod inutiles, ingenui ſuſtinebunt.

10 Libertis Eccleſiæ, eorumque propagini, ex omnibus quæ de iure Eccleſiæ noſcuntur habere, nihil licebit in extraneum dominum tranſactione quacunque deducere: ſed ſi ex his quęlibet uendere fortaſſe uoluerint, ſacerdoti eiuſdem Eccleſiæ offerant conuenienter emenda: earumq; precia rerum, ut eis placuerit, aut diſpenſent, aut habeant. Nam & in dominum partis alterius, rei ſuæ cenſum nullo modo tranſire permittimus. Suis ergo filijs uel propinquis, eiuſdem Eccleſiæ uel ſeruitio, uel patrocinio ſubiugatis, quæcunque uendere uel donare uoluerint, aditus omnino patebit.

17 Baptizati Iudæi, quocunq; loco, certo tempore cōuerſentur. Feſtis tamen præcipuis, noui Teſtamenti feriæ conſecratis, ac diebus illis quos olim ſanctione ueteris legis ſibimet cenſebant eſſe ſolennes, in ciuitatibus publiciſq; cōuentibus cum ſummis Dei ſacerdotibus celebrare præcipimus, ut eorum cōuerſationem & fidem & pontifex approbet, & ueritas ſeruet. Huius uerò temerator edicti, prout epiſcopus permiſerit, aut flagris, aut abſtinentiæ ſubiacebit. Expletis omnibus quæ ad honeſtatis regulam in collationem uenêre fraternam, grates exoluimus immortali Domino ſoli, cuius diſpoſitione mirabili, ad hunc ſanctæ congregationis cœtum metuimus adunari, ut communis uiſio proſperitatem noſtrā oſtenderet, & pari definitione concordiam aſsignaret: obſecrantes eius miſericordiam largam, ut ſereniſsimo Domino & amabili Chriſto Receſuintho, Principi glorioſo, ita præſentis uitæ fœlicitatem impendat, ut angelicæ beatitudinis gloriam poſt longæua

gæua tempora concedat: atq; ita nos eiuſdem felicitatis lætos efficiat, ut in terra uiuentium remunerandos attollat. Antiquitatis dehinc ordinem ſalnberrimè retinentes, poſtquam rationem feſti Paſchalis fraternitas ueſtra cognouit, nouerit ſe anno uenturo die Calendarum Nouembrium, cauſa peragendi Concilij in hac urbe, fauente Domino, congregari: ut ſimili diſceptatu, aut quæ proſpexerimus cōgrua decernamus, aut ſolius pacis conuentu lætemur. Conſummatum eſt hoc ſanctum Concilium die octauo Calendarū Nouembrium, Anno feliciter ſeptimo regni sereniſsimi atque clementiſsimi Domini noſtri Receſuuinthi regis.

DECIMA TOletana.

ANno octauo Receſuuinthi iterum conueniunt Toleti epiſcopi uiginti unus, inter quos præcipuus eſt Eugenius: & primùm ſtatuunt, ut per omnes eccleſias decimoquinto Calendarum Ianuarij celebretur natiuitas Mariæ, & octauo Calendarum earundem natiuitas Chriſti.

Deinde, ut clerici & monachi generalia iuramenta, in ſalutem regiam, gentisq; & patriæ data uiolantes puniantur, propria dignitate & loco & honore ſuo habeantur excluſi.

Tertiò, ne quis ſuos cognatos aut amicos minùs idoneos præficiat Eccleſijs, propter ſua commoda aut lucra.

Quartò, ut uiduæ religionem profitentes, accipiāt ueſtem à ſacerdote, iſti religioni conuenientem.

Quintò, pœnæ promulgantur in fœminas, à profeſsione religionis recedentes.

Sextò, ne parentes ante decimum octauum annum ætatis religioni tradant liberos ſuos.

Septimò, Potamius Bracarenſis epiſcopus propter adulterium ab officio remouetur, & Fructuoſo Dumienſi, epiſcopo commendatur illius eccleſia.

TOLETANA VNdecima.

CVm circiter annos duodecim in Hiſpanijs nulla fuiſſet habita Synodus, & paſſim in Africa graſſarentur hæreſes, Bamba rex Toletum ex Carthaginenſium prouincia epiſcopos conuocauit, imperij ſui anno quarto, ſeu potius ſeptimo. Volaterranus, & Iohannes Magnus Gotthicæ hiſtoriæ libro decimoſexto, capite 22, decimum ſeptimum Toletanum Concilium uocant: ſed qua ratione, uiderint ipſi. Conuenerunt autem epiſcopi circiter nouendecim, & abbates ſeptem. Præſedit Quiricus, Toleti epiſcopus.

In initio patres collaturi & diſputaturi de doctrina, & hæreticorum opiniones examinaturi, Canonem faciunt de modeſtia in Concilio adhibenda, in hunc modum.

¶ In loco benedictionis conſidentes Domini ſacerdotes, nullis debent aut indiſcretis uocibus perſtrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbare, nullis etiam uanis fabulis uel riſibus agi, & (quod deterius eſt) obſtinatis diſceptationib. tumultuoſas uoces effundere. Si quis enim (ut Apoſtolus ait) putat ſe religioſum eſſe, non refrenans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius uana eſt religio. Cultum enim ſuum iuſticia perdit, quando ſilentium petit, & iudicium obſtrepentium turba confundit, dicente Propheta: Erit cultus iuſticiæ, ſilentiū. Debet ergo, quicquid aut conſultationibus conſidentium agitur, aut ab accuſantiū parte proponitur, ſic mitiſsima uerborum relatione proferri, ut nec contentioſis uocibus ſenſus audientium turbent, nec iudiciū uigorem de tumultu eneruent. Quicunque ergo in conuentu Concilij hęc quæ præmiſſa ſunt, uiolanda crediderit, & contra hæc interdicta aut tumultu, aut contumelijs uel riſibus Concilium conturbauerit, iuxta diuinæ legis edictum, quo præcipitur, Eijce deriſorem, & exibit cum eo iurgium, cum omni dedecore de conſeſsione abſtractus, à communi cœtu ſecedat, & trium dierum excommunicationis ſententiam perferat.

Deinde de ſanctæ fidei puritate incipiunt tractare: & per triduum facta collatione, hanc confeſsionis formulam promulgant.

¶ Confitemur, & credimus ſanctam atque ineffabilem Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, unum Deum naturaliter eſſe, unius ſubſtantiæ, unius naturæ, unius quoque maieſtatis atque uirtutis. Et Patrem quidem non genitum, nō creatum, ſed ingenitum profitemur. Ipſe enim à nullo originem ducit, ex quo & Filius natiuitatem, & Spiritus ſanctus proceſsionem accepit. Fons ergo & origo totius diuinitatis ipſe eſt. Ipſe quoque Pater eſſentia quidem ineffabilis ſubſtantiæ ſuæ filium ineffabiliter genuit: nec tamen aliud, quàm quod ipſe eſt, genuit, Deus Deū, lux lucem. Ab ipſo ergo eſt omnis paternitas in cœlo & in terra. Filium quoque de ſubſtantia Patris ſine initio ante ſecula natum, nec tamen factum eſſe fatemur, quia nec pater ſine filio, nec filius ſine patre aliquando extitit. Et tamen ut filius de patre, ita pater de filio: quia non pater à filio, ſed filius à patre generationem accepit. Filius

lius ergo Deus de patre: Pater autē Deus, ſed non de filio. Iſte aūt filius patris, & Deus de patre, æqualis tamē per omnia filius Deo patri: quia nec naſci cœpit aliquando, nec deſijt. Hic etiam unius cum patre ſubſtantiæ creditur, propter quod & homouſios Patri dicitur: hoc eſt, eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ. ὁμὸς enim Græcè unum, οὐσία uerò ſubſtantia dicitur: quod utrunque coniunctum, ſonat una ſubſtantia. Nec enim de nihilo, neque de alia aliqua ſubſtantia: ſed de patris utero, id eſt, de ſubſtantia eius, idem filius genitus uel natus eſſe credendus eſt. Sempiternus quoque eſt & filius: quoniam ſi pater ſemper fuit, ſemper habuit filium, cuius pater eſſet: & ob hoc, filium de patre natum ſine initio confitemur. Nec enim eundem filium Dei, pro eo quod de patre ſit genitus, deſectæ naturæ partiunculam nominamus: ſed perfectum patrem, perfectum filium, ſine imminutione, ſine defectione genuiſſe aſſerimus: quia ſolius diuinitatis eſt, inæqualem filium non habere. Hinc etiam filius Dei, natura eſt filius, non adoptione: quem Deus pater nec uoluntate, nec neceſsitate genuiſſe credendus eſt, quia nec ulla in Deo neceſsitas cadit, nec uoluntas ſapientiam præuenit. Spiritum quoque ſanctum, qui eſt tertia in diuinitate perſona, unum atque æqualem cum Deo patre & filio credimus eſſe Deum, unius ſubſtantiæ, unius quoque eſſe naturæ: non tamen genitum uel creatum, ſed ab utriſq; procedentem, amborum eſſe Spiritum. Hic etiam Spiritus ſanctus, nec ingenitus, nec genitus creditur, ne aut ſi ingenitum dixerimus, duos patres dicamus: aut ſi genitum, duos filios prædicare monſtremur. qui tamen nec patris tantùm, nec filij tantùm, ſed ſimul patris & filij Spiritus dicitur. Nec enim de patre procedit in filium, uel de filio procedit ad ſanctificandam creaturam: ſed ſimul ab utriſque proceſsiſſe monſtratur, quia charitas ſiue ſanctitas amborum eſſe agnoſcitur. Hic ergo Spiritus ſanctus miſſus ab utriſque creditur, ſed minor patre & filio non habetur: ſicut filius propter aſſumptam carnem, minorem ſe Patre & Spiritu ſancto eſſe teſtatur. Hæc eſt ſanctæ Trinitatis relata narratio: quæ non triplex, ſed Trinitas & dici & credi debet. Nec rectè dici poteſt, ut in uno Deo ſit Trinitas, ſed unus Deus Trinitas. In relatiuis uerò perſonarum nominibus Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Spiritus ſanctus ad utroſque refertur: quæ cum relatiuè tres perſonæ dicantur, una tamen naturalis ſubſtantia creditur. Nec ſicut tres perſonas, ita tres ſubſtantias prædicamus: ſed unam ſubſtantiam, tres autem perſonas. Quod enim Pater eſt, non ad ſe, ſed ad Filium eſt: & quod Filius eſt, non ad ſe, ſed ad Patrem eſt. Similiter & Spiritus ſanctus non ad ſe, ſed ad Patrem & Filium relatiuè refertur, in eo quod ſpiritus patris & filij prædicatur. Item cum dicimus Deus, non ad aliquid dicitur, ſicut pater ad filium, uel filius ad patrem, uel ſpiritus ſanctus ad patrem uel filium, ſed ad ſe ſpecialiter Deus dicitur. Nam ſi de ſingulis perſonis interrogemur, Deum neceſſe eſt fateamur. Deus ergo pater, Deus filius, Deus ſpiritus ſanctus ſingulariter dicitur: nec tamen tres Dij, ſed unus eſt Deus. Item & pater omnipotens, & filius omnipotens, & ſpiritus ſanctus omnipotens ſingulariter dicitur: nec tamen tres omnipotentes, ſed unus omnipotens: ſicut & unum lumen, unumq; principium prædicatur. Singulariter ergo unaquæque perſona unus Deus confitetur, & creditur una illis & indiuiſa atque æqualis deitas, maieſtas ſiue poteſtas. Nec minoratur in ſingulis, nec augetur in tribus: quia nec minus aliquid habet, cum unaquæque perſona Deus ſingulariter dicitur: nec amplius, cum totæ tres perſonæ unus Deus enunciantur. Hæc ergo ſancta Trinitas, & quę unus & uerus eſt Deus, nec recedit à numero, nec capitur numero. In relatione enim perſonarum numerus cernitur: in diuinitatis uerò ſubſtantia quid enumeratum ſit, non comprehenditur. Ergo hoc ſolo numerum inſinuant, quòd adinuicem ſunt: & in hoc numero carent, quòd in ſe ſunt. Nam ita ſanctæ huic Trinitati unum naturale conuenit nomen, ut tribus perſonis non poſsit eſſe plurale. Ob hoc ergo credimus illud in ſacris literis dictum: Magnus Dominus noſter, & magna uirtus eius, & ſapientiæ eius non eſt numerus. Nec quia tres has perſonas eſſe diximus unum Deū, eundem eſſe patrem quem filium, uel eum eſſe filium qui eſt pater, aut eum qui Spiritus ſanctus uel Patrem & Filium dicere poterimus. Non enim ipſe eſt pater qui filius, nec ipſe filius qui ſpiritus ſanctus, nec ſpiritus ſanctus ipſe qui eſt uel Pater uel filius: cum tamen ipſum ſit pater quod filius, ipſum filius quod pater, ipſum pater & filius quod eſt & ſpiritus ſanctus, id eſt natura unus Deus. Cum enim dicimus, non ipſum eſſe patrem quem filium, ad perſonarum diſtinctionem refertur. Cum autem dicimus, ipſum eſſe patrem quod filium, & ipſum filium quod patrem, ipſum ſpiritum ſanctum quod patrem & filium, ad naturam qua Deus eſt, uel ſubſtantiam, pertinere monſtramus, quia ſubſtantia unum ſunt: perſonas enim diſtinguimus, non deitatem ſeparamus. Trinitatem igitur in perſonarum diſtinctione agnoſcimus, unitatem

propter naturam uel ſubſtantiam profitemur. Tria ergo iſta, unum ſunt, natura ſcilicet, non perſona: nec tamen iſtæ tres perſonæ æſtimandæ ſunt ſeparabiles, cùm nulla ante aliam, nulla poſt aliam, nulla ſine alia uel extitiſſe, uel quippism operata eſſe aliquando creditur. Inſeparabiles enim inueniuntur & in eo quod ſunt, & in eo quod faciunt: quia inter generantem Patrem, & generatum Filium, uel procedentem Spiritum ſanctum, nullum fuiſſe credimus temporis internallum, quo aut genitor genitum aliquando præcederet, aut genitus genitori deeſſet, aut procedens Spiritus Patre uel Filio poſterior appareret. Ob hoc ergo inſepatabilis & inconfuſa hæc Trinitas à nobis & creditur & prædicatur. Tres igitur perſonæ iſtæ dicuntur, iuxta quod maiores definiunt, ut agnoſcantur. Nam ſi attendamus illud quod Scriptura ſancta dicit, de Sapientia, Splendor eſt lucis æternæ: ſicut ſplendorem luci uidemus inſeparabiliter inhærere, ſic cõfitemur Filium à Patre ſeparari non poſſe. Tres ergo illas unius atque inſeparabilis naturæ perſonas, ſicut non confundimus, ita ſeparabiles nullatenus prædicamus: quandoquidem hoc nobis dignata eſt ipſa Triniras euidenter oſtendere, ut etiam in omnibus quibus uoluit ſingulatim perſonas agnoſci, unam ſine altera nõ permittat intelligi. Nec enim Pater abſque filio cognoſcitur, nec ſine patre filius inuenitur. Relatio quippe ipſa uocabuli perſonalis, perſonas ſeparari uetat. Quæ etiam non ſimul nominat, ſimul inſinuat.

Homo enim audire poteſt unumquodque iſtorum nominum, in quo non intelligere cogatur & alterum. Cùm ergo hæc tria ſint unum, & unum tria: eſt tamen unicuique perſonæ manens ſua proprietas.

Pater enim æternitatem habet ſine natiuitate, Filius æternitatem habet cum natiuitate, Spiritus uerò ſanctus proceſsionem ſine natiuitate. De his tribus perſonis ſolam filij perſonam pro liberatione humani generis, hominem uerum, ſine peccato, de ſancta & immaculata Maria uirgine credimus aſſumpſiſſe: de qua nouo ordine, nouaque natiuitate eſt genitus. Nouo ordine, quia inuiſibilis diuinitate, uiſibilis mõſtratur in carne. Noua autem natiuitate eſt genitus, quia intacta uirginitàs, & uirilem coitum neſciuit, & fœcundata per Spiritum ſanctum, carnis materiam miniſtrauit. Qui partus uirginis nec ratione colligitur, nec exemplo monſtratur. Quòd ſi ratione colligitur, non erit mirabile: ſi exemplo, non erit ſingulare. Nec tamen Spiritus ſanctus pater eſſe credendus eſt filij, pro eo quod Maria eodẽ Spiritu ſancto obumbrante concepit, ne duos patres filij uideamur aſſerere, quod utique nefas eſt dici. In quo mirabili conceptu, ædificante ſibi Sapientia donum, uerbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Nec tamen uerbum ipſum ita in carnem conuerſum atque mutatum eſt, ut deſiſteret Deus eſſe, qui homo eſſe uoluiſſet: ſed ita uerbum caro factum eſt, ut non tantùm ibi ſit uerbum Dei & hominis caro, ſed etiam rationalis hominis anima. atque hoc totum, & Deus dicatur propter Deum, & homo propter hominem. In quo Dei filio duas credimus eſſe naturas, unam diuinitatis, alteram humanitatis: quas ita in ſe una Chriſti perſona uniuit, ut nec diuinitas ab humanitate, nec humanitas à diuinitate poſſit aliquando ſeiungi. Vnde perſectus Deus, perfectus & homo, in unitate perſonæ unus eſt Chriſtus. Nec tamen quia duas in filio diximus eſſe naturas, duas cauſabimur in eo eſſe perſonas: ne Trinitati (quod abſit) accedere uideatur quaternitas. Deus enim uerbum non accepit perſonam hominis, ſed naturam: & in æternum perſona diuinitatis, temporalem accepit ſubſtantiam carnis. Item unius ſubſtantiæ credimus eſſe Deum Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum: non tamen dicimus, ut huius Trinitaris unitatem Maria uirgo genuerit, ſed tantummodo filium, qui ſolus naturam noſtram in unitate perſonæ ſuæ aſſumpſit. Incarnationem quoque huius filij Dei, tota Trinitas operata eſſe credenda eſt, quia inſeparabilia ſunt opera Trinitatis. Solus tamen filius formam ſerui accepit in ſingularitate perſonæ, non in unitate diuinæ naturæ, in id quod proprium eſt filij, non quod commune Trinitati, quæ forma illi ad unitatem perſonæ coaptata eſt: id eſt, ut filius Dei & filius hominis unus ſit CHRISTVS. Item, idem Chriſtus in his duabus naturis & tribus extat ſubſtantijs: uerbi, quod ad ſolius Dei eſſentiam referendum eſt: corporis & animæ, quod ad uerum hominem pertinet. Habet ergo in ſe geminam ſubſtantiam diuinitatis ſuæ, & humanitatis noſtræ. Hic tamen, per hoc quod de Deo patre ſine initio prodijt, natus tantùm (nam neque factus neque prædeſtinatus accipitur:) per hoc tamen quod de Maria uirgine natus eſt, & factus & prædeſtinatus eſſe credendus eſt. Ambæ tamen in illo generationes mirabiles, quia & de patre ante ſecula ſine matre eſt genitus, & in fine ſeculorum de matre ſine patre eſt generatus: qui tamen ſecundum quod Deus eſt, creauit Mariam: ſecundum

quod

quod homo, creatus eſt ex Maria: ipſe pater Mariæ matris, & filius. Item, per hoc quod Deus eſt, æqualis eſt patri: per hoc quod homo, minor eſt patre. Item, & maior & minor ſeipſo credendus eſt. In forma enim Dei etiam ipſe filius ſeipſo maior eſt, propter humanitatem aſſumptam, quia diuinitas maior eſt. In forma autem ſerui ſeipſo minor eſt idem humanitate, quæ minor diuinitate accipitur. Nam ſicut per aſſumptam carnem, non tantùm patre, ſed ſeipſo minor accipitur: ita ſecundum diuinitatem, qua eſt æqualis patri, & ipſe & pater maior eſt homine, quem ſola filij perſona aſſumpſit. Item in eo quod quæritur, utrum poſsit filius ſic æqualis & minor eſſe Spiritu ſancto, ſicut patri unus æqualis, nunc minor patre creditur eſſe, reſpondemus: Secundum formam Dei æqualis eſt & Patri & Spiritui ſancto, ſecundum formam ſerui minor eſt & Patre & Spiritu ſancto: quia nec Spiritus ſanctus, nec Deus pater, ſed ſola filij perſona ſuſcepit carnem, per quam minor eſſe creditur illis perſonis duabus. Item, hic filius à Deo patre & Spiritu ſancto ſeparabiliter diſcretus, creditur eſſe perſona: ab homine autem aſſumpto, natura. Item, cum homine unus extat perſona: cũ Patre uerò & Spiritu ſancto, natura diuinitatis ſuæ ſiue ſubſtantia. Miſſus tamen filius, non ſolùm à patre, ſed à Spiritu ſancto miſſus eſſe credendus eſt, in eo quod per Prophetam dicitur: Et nunc Dominus miſit me, & Spiritus eius. A ſeipſo quoque miſſus accipitur, pro eo quòd inſeparabilis non ſolùm uoluntas, ſed operatio totius Trinitatis agnoſcitur. Hic enim qui ante ſecula unigenitus eſt uocatus, temporaliter primogenitus factus eſt: unigenitus propter diuinitatis ſubſtãtiam: primogenitus, propter aſſumptam carnis naturam, in qua ſuſcepta hominis forma, iuxta Euangelicam ueritatem, ſine peccato natus, ſine peccato mortuus creditur: qui ſolus pro nobis peccatum factus eſt, id eſt, Sacrificium pro peccatis noſtris: tamen paſsionẽ ipſam (ſalua diuinitate ſua) pro delictis noſtris ſuſtinuit, mortique adiudicatus, & cruci, ueram carnis mortem accepit: tertio quoque die, uirtute propria ſuſcitatus, à ſepulchro ſurrexit. Hoc ergo exemplo capitis noſtri, confitemur uera fide reſurrectionem carnis omnium mortuorum: nec in aere uel qualibet alia carne (ut quidam delirant) reſurrecturos nos credimus, ſed in iſta qua uiuimus, conſiſtimus, & mouemur. Peracto huius ſanctæ reſurrectionis exemplo, idem Dominus noſter atque Saluator, paternam aſcendendo ſedem repetijt, de qua nunquã per diuinitatem diſceſsit. Illic ad dexteram Patris ſedens, expectatur in fine ſeculorum iudex omnium uiuorum & mortuorum: inde cum ſanctis omnibus ueniet ad ferendum iudicium, reddere unicuique mercedis propriæ debitum, prout quiſque geſsit in corpore poſitus, ſiue bonum ſiue malum. Eccleſiam ſanè catholicam, pretio ſui ſanguinis comparatam, cum eo credimus in perpetuum regnaturam: intra cuius gremium conſtituti, unum baptiſmum credimus, & confitemur remiſsionem omnium peccatorum: ſub qua fide & reſurrectionem mortuorũ ueraciter credimus, & futuri ſeculi gaudia expectamus. Hoc tantùm orandum eſt nobis, & petendum, ut cum peracto finitoque iudicio, tradiderit filius regnum Deo & Patri, participes efficiat nos regni ſui: ut per hanc fidem, qua illi inhæſimus, cum illo ſine fine regnemus. Hæc eſt confeſsionis noſtræ fides expoſita, per quam omnium hæreticorum dogma perimitur, per quam omnium fidelium corda mundantur, per quam & ad Deum glorioſè acceditur.

¶ Tertiò Canones condunt, ad Eccleſiaſticam gubernationem & diſciplinam utiles.

Quòd epiſcopi debeant diligenter ſacras literas legere, & ueram doctrinam diſcere, & docendi officio rectè fungi.

Quòd metropolitani debeant diligenter examinare eos qui in ſua ſunt diœceſi, & profectum eorum cognoſcere, aut neſcientiam eorum corrigere, iuxta Canonem octauum Concilij Toletani octaui.

Quòd idem in pſallendo modus debeat obſeruari in alijs Eccleſijs, qui in metropolitana ſit inſtitutus.

Quòd diſcordantes ante reconciliationem non debeant ad altare Domini accedere.

Quòd epiſcopi non debeant ante cauſæ cognitionem ferre ſententiam.

Vt nullus alterius Clericum retinere præſumat, ſicut priſcis Canonibus eſt conſtitutum: nec ad ſacrum ordinem, ſine uoluntate ſui epiſcopi penitùs promouere.

Vt epiſcopi cuiuſquam magnatis uxorem, filiam, neptem, aut cognatam, adulterina pollutione fœdantes, aut cædem perpetrantes, amittant gradum proprij honoris, & ſub exilij relegatione perpetuam excommunicationis ſententiam perferant, uſque ad finem uitæ, quo relaxari poſſint, & iuxta legum ſecularium ſtatuta puniantur.

Ne liceat epiſcopis & alijs clericis iudi-

cium ſanguinis agitate, ſub pœna perpetuæ excommunicationis.

Vt plus erga corrigendos beneuolentiæ, quàm ſeueritatis adhibeatur.

Ne pro baptizandis,conſignandisq́; fidelibus,aut pro collatione chriſmatis,uel promotionibus graduum, precia uel præmia, niſi uoluntatiè oblata,accipiantur.

Vt ordinati epiſcopi antequam in ſedem epiſcopalem collocentur, iuramentum pręſtent, ſe pro acquiſitione iſtius dignitatis nulli unquam quidquam præmij dediſſe, aut daturos eſſe.

Vt ad Eccleſiaſticos gradus acceſſurus, non prius conſecretur, quàm promiſerit ſe Catholicam fidem conſeruaturum,& iuxta canones Eccleſiaſticos omnia facturum.

Ne quis acceptam à ſacerdote Euchariſtiam negligat ſumere.

Vt in mortis periculo denuncietur abſolutio, licet nondum ſit impleta ſatisfactio.

Ne dęmoniacis,& alijs paſsionibus obnoxijs,liceat adminiſtrare ſacta.

Vt inter ſacrificandum ſemper plures adſint miniſtri.

Vt quotannis Concilium celebretur.

BRACARENSIS SY-
nodus Tertia.

ANno quarto Bambę,ad Bracarenſem Synodum conuenerunt decem epiſcopi, & initio pro fidei conſenſu repetunt Symbolum Nicenum. Deinde decreta faciunt octo.

Primum : Vt repulſis omnibus opinionibus ſuperſtitionum, panis tantùm & uinum aqua permixtum, in ſacrificio offerantur.

Secundum : Ne uaſa Domino ſacrata,humanis uſibus ſeruiant.

Tertium :Ne ſacerdos ſine orario Miſſam audeat celebrare.

Quartum: Ne ſacerdotes,ſiue quicunque ex clero, ſine teſtimonio, cum quibulibet fœminis habitent.

Quintum : De damnata præſumptione quorundam epiſcoporum, qui in feſtiuitatibus martyrum ad Eccleſiam procedentes, appenſis collo reliquijs,ab albatis diaconis in ſellulis uectantur.

Sextum: De honeſtate honoratorum,& diſciplina.

Septimum: Ne promiſsione munerum, honoris gratia uenundetur.

Octauum: Ne rectores Eccleſiæ prius propria,quàm Eccleſiaſtica iura laborare intendant.

Poſtremò, Deo & Regi gratias agunt pro congreſſu iſto,& ſubſcribunt.

SEXTA VNIVERSALIS
Synodus Conſtantinopoli habita.

SExta uniuerſalis Synodus collecta eſt anno imperij Conſtantini duodecimo, iuxta Sigebertum, & Iuonem, & Paulum Diaconum: ſeu 13. iuxta Palmerium. Nam quod in prima Actione annus uigeſimuſeptimus Conſtantini reperitur adſcriptus, omnino mendoſum eſt. Conſtat enim, omnium hiſtoricorum ſententia, tantùm ſeptendecim annos imperaſſe Conſtantinum Pogonatum. Annum uerò Domini Sigebertus annotat 681. alij uerò unum annum adijciunt, alij plures, alij pauciores etiam nomerant.

Indixit autem iſtum Conuentum imperator Conſtantinus, & fratres eius Heraclius & Tiberius, & non Romanus pontifex: ut patet ex Conſtantini Diuali ſacra, ut uocant, ad Donum Romanum epiſcopum, & Georgium Conſtãtinopolitanum, quas ſubijcimus:

Diualis Sacra, directa ad Donum ſanctiſsimũ papam ſeniorũ Romæ, contradita uerò Agathoni ſanctiſsimo ac beatiſsimo papæ eiuſdem antiquæ Romæ, eo quòd idem Donus de præſenti uita deceſsiſſet.

Superſcriptio Sacræ.

¶ In nomine Domini & Saluatoris noſtri IESV CHRISTI, Imperator Flauius Cõſtantinus fidelis, magnus imperator, Sacra Dono ſanctiſsimo ac beatiſsimo archiepiſcopo antiquæ noſtræ Romæ, & uniuerſali papæ, data pridie Idus Auguſtas Conſtantinopoli, indictione ſexta.

Per omnia nouit ueſtra paterna beatitudo, & plures ueſtræ ſanctæ Eccleſiæ antiquæ Romæ, quia ex quo iuſsit Deus principaliter nos imperare, dum uoluiſſent multoties quidam motionem facere de uerbis, de quibus eſt contentio pro dogmate pietatis, inter Patres tam ſanctæ ueſtræ Eccleſiæ, quamq́ue huius ſanctæ magnę Dei Eccleſiæ, ut ambigerent: & hoc prohibuimus fieri, tempore non admittente: cognoſcentes, quòd ex particulari contentione non ſolùm unitas fieri non poſſet, ſed magis malum accreſceret. Et licet animo doleremus, ultra omnem dolorem tam pro exprobratione, quæ nobis ob hoc ab inimicis inferebatur, & propter ipſam ueritatem, quòd pontifices ſecundum uos, & orthodoxus noſter populus, propter quaſdam nouitates uocum in ſchiſma incidiſſet, exultatioq́ue ex hoc fieret impijs & hęre-

hæreticis: attamē Deo noſtro commiſimus, ipſo pro nobis potiora prouidente, & dum eius benignitas iuſſerit correctionem huius rei fieri, tunc nobis condonare opportunitatem temporis ad generalem collectionem faciendam utrarumq; ſedium, quatenus conſiderantibus eis definitiones ſanctarum quinque Synodorum, & editiones ſanctorum probabilium Patrum, ſatisfacerent ſibimetipſis, & cōuenirent in uno ore, unoque corde, ad glorificandū honorificum nomen Dei noſtri. Sed quoniam, ſicut homines, cogitamus: ſicut autem iubet Deus, omnia perfecit: (ipſe enim nouit futura, & quæque nobis expediunt, ſic ei placitum eſt, ut ad effectum perducantur) cognoſcere facimus ueſtram paternam beatitudinē, quòd dum ordinatus eſſet Theodorus ſanctiſsimus & beatiſsimus patriarcha à Deo conſeruandæ huius noſtræ regiæ urbis, ſuggeſsit noſtræ ſerenitati ſuſpectum ſe eſſe, dirigere conſueta Synodica ad ueſtram paternam beatitudinem, ne forſan non recipiantur, ſicut & ſub prædeceſſoribus eius patriarchis factum eſt. Sed quia magis præuidit adhortatoriam epiſtolam facere ad ueſtram paternam beatitudinem, quam & direxit, eius per omnia ſcientiam habet ueſtra paterna beatitudo: & non præuidimus, per præſentem noſtram piam Sacram, de huiuſmodi epiſtola uti multiloquio: ſed poſteaquam directa eſt eadem epiſtola ad ueſtram paternam beatitudinem, interrogauimus eundem ſanctiſsimum & beatiſsimum patriarcham, & Macarium ſanctiſsimum patricham ciuitatis Theopolitanæ, quæ nam eſſet difficultas, quæ prouenerat inter ueſtram paternam beatitudinem, ſeu ueſtram Apoſtolicam ſedem, & ipſos: olim omnibus expletis, quæcunq; ſunt de immaculata noſtra & incommutabili Chriſtianorum fide, tam per doctrinam ſanctorum Apoſtolorum, quamque per diffinitiones ſanctarum quinque Synodorū, & doctrinam ſanctorū atq; probabilium Patrum, & omnibus hęreſibus iam manifeſtatis atque condemnatis, & nullo deinceps remanente modo, quo poſsit diuiſio aut ſchiſma ſanctæ & immaculatæ fidei noſtræ inferri: ſatisfecerunt nobis ijdem ipſi ſanctiſsimi patriarchæ, quòd uerba quædam nouitatis intromiſſa ſunt, aliquibus quidem ex imperitia hæc introducentibus, aliquibus uerò incongruè ſcrutantibus incomprehenſibilia opęra Dei: & quia, ex quo hæc uerba moueri cœperunt, & uſque hactenus, utraque ſedes in ſeminimè conuenerunt, ut inquirentes ſibimet ſatisfacerent pro ueritate. Propter uiles igitur inquiſitiones non ſit finita contentio, ne nobis inſultent Pagani & hæretici, neque in nobis uſquequaq; locum accipiāt ſemina aduerſarij. Cadens namq; ab humano genere, quod ei ſeruiebat, & cōfuſus per apparitionē Domini noſtri IESV CHRISTI, ueri Dei noſtri, etiā in his cōfunderetur per ſtudium ueſtræ paternæ beatitudinis: & ſecundum quod ſcriptum eſt, Deponentibus nobis omnem zelum & omnem contentionem, omnemq; inuidiam, ueritati concurramus. Veritas enim Deo chara eſt: & ſecundum Domini uocē, Quicunq; uoluerit omnium primus eſſe, ſit omniū miniſter. Et iterum dictū eſt: In hoc cognoſcēt omnes quòd mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis adinuicem. Poſtquā igitur tempus recipit perfectam congregationem fieri, adhortamur ueſtram paternam beatitudinem, per præſentem noſtram piam Sacram, dirigere uiros utiles, modeſtos, noticiam habentes totius à Deo inſpiratæ doctrinæ, & peritiam irreprehenſibilem habentes dogmatum, indutos perſonam ueſtræ Apoſtolicæ ſedis, eiuſq; Concilij, deferentes & libros quos oportet proferri, & omnem autoritatem habentes, quatenus conuenientès cum hîc poſito ſanctiſsimo ac beatiſsimo patriarcha, & Macario ſanctiſsimo patriarcha Theopolitanæ ciuitatis, perſcrutentur cum omni manſuetudine & modeſtia, & per gratiam ſancti Spiritus, ueritati inſiſtere & conſentire: munitionem habentibus eis qui huc aduenerint ex parte ſedis ueſtræ, per præſentem noſtram piam Sacram. Per Deum enim omnipotentem, non eſt apud nos partia cuiuslibet fauor: ſed æqualitatem utriſque partibus conſeruabimus, nullatenus neceſsitatem facientes in quocunque capitulo, eis qui à uobis diriguntur quoquo modo: ſed & omni honore, cum competenti munificentia & ſuſceptione dignos eos habebimus. Et ſi quidem utrique conuenerint, ecce & bene. Sin autem minimè conuenerint, iterum cum omni humanitate eos ad uos dirigemus: de cæterò nos excuſantes in iudicio Dei imminente nobis, iuxta quod conſtituti ſumus ſeruare fidem ſanctam & immaculatam, quam percepimus, unoquoque proprio ſenſu abundante, rationem reddituri ante ſanctum & terribile tribunal Dei noſtri. Inuitare enim & rogare poſſumus ad omnem commendationem & unitatem omnium Chriſtianorum: neceſsitatem uerò inferre nullatenus uolumus. Per perſonas uerò quæ dirigentur à paterna ueſtra beatitudine, ita decernat: ex ueſtra quidem ſancta Eccleſia (ſi utiq; uidetur ei) tres perſonas: quòd ſi & plures, quantæ ei placuerint, dirigat. De Cōcilio uerò, uſq; ad duodecim metropolitas epiſcopos. De quatuor uerò

mona-

monaſterijs Byzanzenis, ab unoqnoq; monaſterio monschos quatuor. Nam ſi receperit tempus, ut dictum eſt, perfectam congrègationem ſtuduiſſemus facere: ſed quoniam tempus non admittit, Deus autẽ noſter proprio conſilio protulit, quod nos differebamus in hoc tempore, per omnia iubemus ueſtram paternam beatitudinem, minimè effici impedimentum uoluntati Dei, ſed eos dirigere. Sic enim ſperamus in eius benignitate, quoniam qui uoluerit huiuſmodi Capitulum moueri in præſenti, per Spiritũ ſanctum concedere habet, ut ueritas clareat, & inſtruantur omnes ſine ſchiſmate atq; cõtentione ueritatem profiteri, & uno ore unoq; corde glorificare nos omnes eius bonitatem. Tacere quippe hoc, terribile ęſtimamus, ut ne plebs, quę ut ſanctificetur, accedit ad ſanctas Dei catholicas & Apoſtolicas eccleſias, contrarijs cõgregationibns occupetur, cõſiderans antiſtitũ ad inuicem diſſonantiá. Multã enim nobis inſtantiam fecerũt tam hic ſanctiſsimus patriarcha, quamq; Macarius ſanctiſsimus patriarcha Theopoleos, ut eijceretur Viralianus beatiſsimus de diptychis, propter honorẽ Apoſtolicæ ſedis antiquæ noſtræ Romæ. Nam non acquieuêre, ut memorentur Patriarchę, qui poſtmodum fuerunt in prædicta ſancta Romana eccleſia, donec conquiſitio & ſatisfactio prouenisſt uerborum, de qnibus contenditur inter ntraſque ſedes: & ita neſtra paterna beatitudo conſequenter memoretnr. ſed hoc nos non acquieuimus: id eſt, ut eijceretur idem Vitalianus de diptychis. Hoc quidem, utpote omnem æqualitatem ſeruantes, & utroſque orthodoxos habentes: hoc autem, ut propter collatam nobis charitatem ab eodem Vitaliano, dum ſupereſſet, in motione tyrannorũ noſtrorũ. Sed ſic polliciti ſumus prædictis ſanctiſsimis patriarchis, quòd per omnia dirigit ueſtra beatitudo homines, qui debeant conquirere cum ipſis: & tunc ſecũdum quod claruerit, perfecta diſpoſitio fiet. Nam ante hoc nullo modo nos acquieſcere, ut idem beatiſsimus Vitalianus eijceretur. Hæc cognoſcens ueſtra paterna beatitudo, ſtudeat ſequi uoluntatem Dei. Sicut enim prędictum eſt, ſpem habemus in coronatore noſtro Deo: quia dum præuiderit ſuper hoc feruentem noſtrum affectum, eius benignitas etiam ingruentes nobis perturbationes gentium ſedabit. Omnem uerò concurſum uenientibus iuſsimus præbere Theodorum glorioſum patricium & exarchum Chriſto amabilis noſtræ Italiæ prouinciæ, tam in naui quamque in expenſis & omni utilitate eorum: & ſi neceſsitas exegerit, etiam caſtellatos dromones præbere ad eorum munimen, ut ex omnibus illæſi, & ſine periculo (Deo cooperãte) ijdem ad nos perducantur. Et ſubſcriptio: Diuinitas te ſeruet per multos annos ſanctiſsime ac beatiſsime pater.

Diualis ſacra, directa ad GEORGIVM *ſanctiſsimum archiepiſcopum huius magnæ Conſtantinopolitanæ urbis Nouæ Romæ.*

Et ſuperſcriptio.

¶ In nomine Dei & Salnatoris noſtri IESV CHRISTI, Imperaror pius, pacificus, Flauius Conſtãtinus, fidelis in IESV CHRISTO Deo, Georgio ſanctiſsimo ac beatiſsimo archiepiſcopo Conſtantinopoleos, & uniuerſali patriarchæ, data qnarto idus Septembris Conſtantinopoli, imperante Domino pijſsimo perpetuo Auguſto Conſtantino imperatore, anno uigeſimooctano, & poſt conſulatum eius anno duodecimo.

Qnanquam ſollicitudinibus tam militaribus quamq; ciuilibus indeſinenter noſtra ſerenitas coarctetur: attamen omnes Chriſto amabilis noſtræ Reipublicæ cauſas inſequendo, ob Chriſtianam noſtram fidem ponentes, qui & in bellis propugnatricem tam noſtri quamq; Chriſto dilectorum noſtrorum exercituum habemus, neceſſarium iudicauimus, pręſenti noſtra pia Sacra ad ueſtram paternam beatitudinem uti: per quam adhortantes eam ſancimus, congregare ueſtram paternam beatitudinem omnes qui ad eius ſanctiſsimã ſedem pertinent, ſanctiſsimos metropolitas & epiſcopos, in hanc à Deo conſeruandam noſtram regiam urbem: quatenus cooperante omnipotente & miſericorde Deo noſtro, diligẽtiſsima inquiſitio dogmatis fiat, quod olim ante multum tempns exortum eſt de uoluntate & operatione in diſpenſatione incarnationis unius de ſancta Trinitate Domini noſtri IESV CHRISTI, ueri Dei noſtri, quod & diſsidium non minimnm per quaſdam perſonas ſanctæ Dei Eccleſiæ intulit, innoteſcere quoque ſuper hoc & Macario uenerabili archiepiſcopo Antiochenæ magnæ ciuitatis, quatenus & ipſe de propria Synodo Deo amabiles metropolitanos & epiſcopos præparatos faciat pro hoc ipſo huc congregari. Iam enim ſuper hoc adhortati ſumus per pios noſtros apices adhuc inter uiuos exiſtentem, & Donũ ſanctiſsimũ Apoſtolicæ ſedis antiquæ Romę pręſulẽ: & illo de hoc ſeculo migrante, Agatho ſanctus nuper ordinatus papa in Apoſtolica ſede prędictæ antiquæ Romæ, huiuſmodi noſtros pios ſuſcipiẽs apices, deſtinauit in præſenti propriá eius indutos perſonam,

ſooam, Theodorum & Georgium Deo amabiles presbyteros, & Iohannem Deo amabilem diaconum: ex perſona uerò totius eius Concilij, Iohannem & Abundantium & Iohannem uenerabiles epiſcopos, cum cæteris clericis & monachis, qui debeant inuenire in prædicto Capitulo quæſtionem: qui & nuoc ad noſtra conuixerunt ueſtigia, porrigentes nobis etiã duas ſuggeſtiones, unam quidem eiofdem ſanctiſsimi Agathonis papæ, aliam uerò Concilij eius. Sciens igitur ueſtra paterna beatitudo, quia primum & præcipuum (ut prędiximos) hoc orthodoxiæ exiſtit Capitulum, feſtinet prædictos uenerabiles metropolitanos epiſcopos celeriter aduenire in hanc à Deo conſeruandam noſtram regiam urbem, quatenus prædictum tractetur Capitulum, & maiorum donorum dstore atque coronarore noſtro Deo cooperãte, cura atq; orthodoxa diffinitio huiuſmodi dogmati imponatur.

De numero Patrũ qui conueneruot Conſtantinopolim ad haoc Synodum, uarianr autores. Nam alij numerant centum quinquaginta: ut Regino libro primo, & Beda de Ratione temporum, Ado Viennenſis, & Honorius in Chronico, Sleidanus libro ſecundo de Monarchijs. Alij, 289: ut Paulus Diaconus libro 19 rerum Romanarum, Iuo in Chronico, & Simoneta libro quarto, capite 46. Hugo centum & ſeptuaginta. In Caralogo ſubſcriptorum extanc 162. Chropicon Martioi trecentos, mious uno, habet. Idem annales Conſtantinopolitani teſtantur.

Præcipui in hoc congreſſu fuerunt, legati Agathonis papæ, Georgius Conſtantinopolitanus, & Theophanes Anriochenus. nam neq; Alexandria, neq; Hieroſolyma, à Sarracenis occupatæ, patriarchas hoc tempore habebanr. Zonaras Tomo tertio.

Cauſam autem præbuit controuerſia de duabus in CHRISTO uoluntatibus & operationibus, quæ ad annoa circiter quadragintaſex & amplius, in Eccleſia agitabatur: & eccleſias Orieotis & Occidentis non modò turbãrat, ſed etiam diuolſerat: ſicut ſuprà in loco de Schiſmatibus indicauimus.

In prima Actione, quæ habita eſt 7. Nouembris, indictione 9, cùm in Secretario ſacri Palatij Trullò nomine conſediſſent, Imperaror Conſtantinus, & à latere eius dexrro glorioſi patricij & conſules, nimirùm Nicetas glorioſus exconſul patricius, & magiſter imperialium officiorum: Theodorus glorioſus exconſul patricius, & Comes imperialis obſequij, & ſubſtrategus Thraciæ: Sergius glorioſus exconſul patricios: Paulus glorioſus exconſul patriciua: Iulianus glorioſus exconſul patricius, & militaris logotheta: Conſtantinus glorioſus excooſul patricius, & curator imperialis domus Hormiſdæ: Anaſtaſius glorioſus exconſul patricius, & locum agens imperialis Comitis excubiti: Iohannes glorioſus exconſul patricius & quæſtor: Polyeuctus glorioſus exconſul: Thomas glorioſus exconſul: Paulus glorioſus exconſul & diſpoſitor Orientalium prouinciarum: Petrus glorioſus exconſul: Leontius glorioſus exconſul, & domeſticus Imperialis menſæ. A ſiniſtro uerò primùm legati Agathonis archiepiſcopi antiquæ Romæ, & eius Syoodi, Theodorus Raueonæ & Baſilius Gortynæ epiſcopus: & Georgius presbyter & monachus, uicarius Theodori Hieroſolymitani epiſcopi: & rurſus à dextra parre Georgius archiepiſcopua Conſtantinopolitanus, & Macarius archiepiſcopus Aotiochiæ, & Perrus presbyter & monachus, locum tenẽs archiepiſcopi Alexãdrini, & Theodorus epiſcopus Epheſi, & reliqui epiſcopi qui tum Cõſtantinopolitani, tum ſub Antiocheni diœceſi erant, propoſita ſunt pro more ſacroſancta Euangelia Chriſti.

Initium autem ſermonis facinnt legati Agathonis & Synodi Romanæ centum & uigintiquinque epiſcoporum, & cõmemorant, quòd ante annos quadragintaſex Cõſtantinopolitani præſules, Sergius, Paulus, Pyrrhus & Petrus, & Cyrus Alexaodrinus, & Theodorus Faraniranus, nouitates uocum contrarias orthodoxę fidei, introduxerint, docentes unam uolũtarem io incarnationis diſpenſarione unius ſanctæ Trinitatis Domini noſtri IESV CHRISTI, unãq; operatione: ijsq; non parùm turbãrint eccleſias Dei per totum orbem terrarum, nec poruerint ullis admonitionibus ab errore reduci. ac ab Imperatore petunt, ut iubeat eos qui partes illorum tueantur exponere, unde huiuſmodi uocum inuenta ſir nouitas. Facta ergo poteſtate dicendi, Macarius archiepiſcopus & ſuo & Conſtantinopoleos, & aliorum epiſcoporum nomine inqoit: Nos quidem uocum nouitatem non edidimos, ſed quicquid percepimus tam à ſanctis uniuerſalibus Synodis, & ſanctis probabilibus Patribus, quamq; à præſulibus huius regiæ urbis, id eſt Sergio, Paulo, Pyrrho & Petro, necnon & Honorio, qui fuit papa antiquæ Romæ, & Cyro, qui fuit papa Alexandriæ, hoc eſt, de uoluntate & operatione, ſic & credimus, & prædicamus, & docemus, & parati ſumus de hoc oſtendere.

Conſtãtinus piiſsimus Imperator dixit: Si uul-

Si uultis nobis de hoc oſtendere, non aliter uos ſuſcipimus, niſi probationes proferentes, quemadmodum dixiſtis, à ſanctis uniuerſalibus Synodis, & ſanctis probabilibus Patribus.

Macarius Deo amabilis archiepiſcopus Antiochiæ, & qui cum eo erant, dixerunt: Pijſsime Domine, iubeto per Chartophylacem huius ſanctæ magnæ eccleſiæ Dei libros ſanctarum Synodorum, ex uenerando Patriarchio in medium proferri. Conſtantinus pijſsimus Imperator dixit: Iubemus acta earundem ſanctarum Synodorum uniuerſalium ex uenerando Patriarchio à Deo conſeruandæ huius regiæ urbis, confeſtim per competentem chartophylacem, ad medium deduci atque relegi. Et paululum egrediens Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax, & ueniens in bibliothecã uenerandi Patriarchij, protulit libros ſanctarũ uniuerſalium Synodorum. Conſtantinus pijſsimus Imperator dixit: Georgius religioſus diaconus & chartophylax, codices quos prę manibus gerit, ſanctorum Conciliorum porrigat ad legendum.

Accipiens Stephanus religioſus presbyter & monachus, diſcipulus Macarij uenerabilis archiepiſcopi Antiochię, primum librum geſtorum ſanctæ tertiæq; Epheſinæ prioris Synodi relegit: & ueniens ad ſermonem proſphoneticum, qui ſcriptus eſt à ſanctæ memoriæ Cyrillo Alexandrinæ magnæ ciuitatis præſule, ad Theodoſium piæ memoriæ Imperatoré, cuius eſt initium: Quòd apud homines quidem eminet. & poſt pauca: Firmamentum autem immobile huiuſmodi ueſtri Deo amabilis & religioſi imperij ipſe Dominus noſter IESVS CHRISTVS eſt: per ipſum enim reges regnant, & potentes decernunt iuſticiam, ſecundum quod ſcriptum eſt: Eſt enim eius omnipotens uoluntas, &c. Macarius ſanctiſsimus archiepiſcopus Antiochenæ ciuitatis, dixit: Ecce Domine, oſtendi unam eſſe uoluntatem in Chriſto. Et exurgentes qui locum præſentabant Apoſtolicæ ſedis Romanæ, & quidã epiſcoporũ Synodi Conſtantinopolitanæ, & glorioſiſsimi iudices, reclamauerunt dicentes: Superfluè, & non ſecundum quod iacet, Macarius uenerabilis archiepiſcopus magnæ Antiochenæ ciuitatis, ex nunc relecto textu uidetur aſſirmare, unam eſſe uoluntatem in duabus naturis unius Domini noſtri IESV CHRISTI, id eſt, Deitatis eius & humanitatis. Hoc enim ſanctiſsimus Cyrillus in diuina ipſius Domini noſtri IESV CHRISTI, & omnipotentiſsima eius natura accipiens, ſcripſit, quam cum Patre & ſancto Spiritu communem & omnipotentem habet. Propter quod & omnipotenté eam idem ſanctæ memoriæ Cyrillus appellauit aliàs, nec numeraliter poſuit eandem uolũtatem unam. Et relecto ex integro eodem libro, Conſtãtinus pijſsimus Imperator dixit: Et ille alter liber ſanctæ tertiæ Synodi relegatur. Et accipiens Salomon Deo amabilis diaconus & notarius ſanctiſsimi Patriarchæ Conſtantinopoleos, relegit à principio uſq; ad finem. Conſtantinus piiſsimus Imperator dixit: Sufficienter nobis lectio in præſenti die facta eſt, in qua finem ſuſceperunt, quæ in ſancta tertiaq; Epheſina priore Synodo geſta ſunt. In ſubſequente uerò, & quę in ſancta Chalcedonẽſi quarta Synodo acta ſunt, nobis relegantur.

In ſecũda actione, cùm iterum conueniſſent Imperator & epiſcopi, die decimo Decembris, indictione 9, Conſtantinus Imperator dixit: Proferantur & acta prædictæ ſanctæ quartæ Chalcedonenſis Synodi, & coram noſtro relegantur auditu. Et accipiens Antiochus religioſus lector & notarius ſanctiſsimi Patriarchæ Conſtãtinopoleos, primum librum eiuſdem ſanctæ Chalcedonenſis Synodi relegit. Et relegente eo epiſtolam quæ in eis cõtinetur, ſanctę memoriæ papæ Leonis magnæ ciuitatis Romanæ, & ueniente ad textum, in quo ſcriptum eſt: Agit enim utraq; forma cum alterius communione, quod proprium habuit, uerbo quidem operante quod uerbi eſt, carne autem exequente quod carnis eſt: & horum unum coruſcat miraculis, aliud uerò ſuccumbit iniurijs, &c. exurgentes qui ex parte Apoſtolicæ ſedis erant antiquæ Romę, exclamauerunt: Ecce benigniſsime Domine, manifeſtè duas naturales operationes inconfuſè & indiuiſè in Domino noſtro IESV CHRISTO, præſens ſanctiſsimus prædicat pater, cuius pręſentem ſermonem ſancta quarta Synodus firmamentum orthodoxę fidei conſcripſit in damnatione uniuerſæ hæreſis, utpote profeſsioni beati principis Apoſtolorũ Petri conuenientem. & quid pro hoc dignum ſentit Macarius uenerabilis, & qui cum eo ſunt Deo amabiles uiri, dicant. Macarius uenerabilis archiepiſcopus Antiochiæ dixit: Ego, Domine, duas operationes non dico: ſed nec ſentio, quòd beatæ memoriæ Leo per hunc ſermonem duas operationes dixerit. Conſtantinus pijſsimus Imperator dixit: ſed unam operationem intelligis eum dixiſſe? Macarius uenerabilis archiepiſcopus dixit: Ego numerum non dico, ſed Deiuirilem eius operationem, ſecundũ ſanctum Dionyſium. Conſtantinus pijſsimus Imperator dixit: Et quomodo intelligis Deiuirilem operationem? Macarius uenerabilis archiepiſcopus dixit: Ego non ſuperiudico. Et relectis

reſiduis

reſiduis eiuſdem libri uſq; ad finem, Conſtantinus pijſsimus Imperator dixit : Relegatur & alius liber eiuſdem ſanctæ quartæ Chalcedonenſis Synodi. Et accipiens Antiochus religioſus lector & notarius eorundẽ actorũ librũ, relegit. Conſtantinus pijſsimus Imperator dixit: Sufficit & nunc præſens lectio. In ſubſequenti uerò & liber geſtorum ſanctæ quintæ Synodi proferatur.

In tertia Actione cũ ijdẽ reſediſſent 13. Nouembris, indictione nona, Antiochus lector & notarius iuſſus legere libros quintę Synodi, exorſus eſt principiũ prædicti libri, qui ita continebat: Sermo ſanctæ memoriæ Mennæ archiepiſcopi Cõſtantinopoleos, ad Vigiliũ beatiſsimũ papam Romanũ, de eo quòd una ſit Chriſti uoluntas. Et exurgentes legati Apoſtolicæ ſedis Romæ, exclamauerũt: Pijſsime Domine, falſatus eſt præſens liber quintæ Synodi. Nequaquã relegatur ſermo qui dicitur Mennæ ad Vigiliũ, quia fictus eſt: ſed iube diligenter aduertere præſentem librum. Satisfieri enim habet pijſsimũ ueſtrũ imperiũ, quia non eſt tũc temporis poſitus in exordio, cum fierẽt acta in ſancta quinta Synodo. Iſte qui dicitur ſermo Mennæ ad Vigiliũ, nuper appoſitus eſt in principijs pręſentis libri, eo quòd 21 anno Iuſtiniani diuæ memoriæ obijt Mennas. Quinta aũt Synodus 26 anno imperij eius cõgregata eſt, epiſcopatum tenente huius regiæ urbis Eutychio uenerabilis memorię. Et inſpicientes iam pijſsimus Imperator unà cõ glorioſiſsimis iudicibus, & quibuſdam ex ſancta Synodo Deo amabilibus epiſcopis, & aperientes ac diſcernẽtes, inuenerunt tres quaterniones in principio libri additos, non habentes ſubnotationem numeri qui ſecundum conſuetudinem affigitur in quaternionibus: ſed in quarto quaternione habente primum numerum, & in ſequenti quaternione ſecundum & tertium, atq; quartum ſubſequẽter: alias uerò & diſſimiles eſſe literas eorũdem in exordijs ſubmiſſorum quaternionum, in quibus continebatur ſermo qui dicitur Mennę ad Vigilium, à literis quæ prius ſcriptæ ſunt in eodem Codice. Conſtantinus pijſsimus Imperator dixit: Huiuſmodi nõ relegatur ſermo. Poſtmodũ enim geſtorũ eiuſdẽ ſanctæ quintæ Synodi ordinabiliter relegatur. Et relectus eſt primus liber. Cõſtantinus pijſsimus Imperator dixit: Subſequẽter & ſecõdi libri geſtorũ eiuſdem ſanctæ quintæ Synodi lectio proueniat. Et accipiẽs Petrus religioſus diaconus & notarius ſanctiſsimi patriarchæ Cõſtantinopoleos, librũ relegit. Et dũ relegeretur ſeptima Actio, reperti ſunt in ea duo libri, quaſi ex nomine Vigilij ſanctę memoriæ, qui fuit papa Romanus: unus quidẽ ad Iuſtinianũ piæ recordationis quondã Imperatorẽ, alter uerò ad Theodorã piæ memoriæ quondã Auguſtã, in quibus cõtinebatur ita: Anathematizamus autem & Theodorũ, qui fuit epiſcopus Mopſueſtiæ, tanquã qui alienus ſemper extiterit ab Eccleſijs, & ſanctis patribus aduerſarius, qui nõ cõfitetur incarnatũ eſſe Deũ uerbum. id eſt, Chriſtũ eſſe unam ſubſiſtentiam, & unam perſonam, & unam operationem. Et exurgentes iterum legati Apoſtolicę ſedis antiquę Romę, unaq; qui cum eis erant Deo amabilibus uiris, exclamauerunt dicentes: Non faciat Deus, Domine: nõ dixit Vigilius unam operationem. Non ſunt libelli Vigilij. Falſatus eſt hic liber, ſicut exordia primi libri præſentis quintæ Synodi. Nam Domine, ſi unam operationem docuit Vigilius, & ſuſceptus eſt à Synodo, utiq; & in definitione eiuſdem ſanctæ quintæ Synodi de una operatione uox habuit comprehendi. Dum tota lecta ergo fuerit, pijſsime Domine, ipſa definitio, inueniet Dominus omnẽ ueritatem. Cõſequenter itaq; & ſecundũ ordinem relecto eodem libro, ipſaq; definitione uſq; ad finem relecta, nullo modo aliquid de una operatione in eadẽ definitione inuentũ eſt contineri. Theodorus & Georgius uenerabiles presbyteri, & Iohãnes uenerabilis diaconus legati ſanctiſsimi papę antiquæ Romę, dixerũt: Petimus à Deo inſtructã ueſtrã ſerenitatem, ut tẽpeſtiuè prędictus liber examinetur, ut adinuẽtio quę in eo facta eſt, manifeſtetur. Cõſtantinus pijſsimus Imperator dixit: Quod poſtulatũ eſt, in ſubſequenti proueniat. Præſens uerò liber uſq; ad finẽ relegatur. Et relectus eſt. Conſtantinus pijſsimus Imperator dixit: Cognitionẽ prædictorũ Synodicorum librorum percipientes tam ſancta Synodus, quãq; glorioſiſsimi iudices, edicant, ſi inuenitur definitũ ab eiſdẽ ſanctis Synodis, ſicut pollicitus eſt Macarius uenerabilis archiepiſcopus Antiochiæ, & qui cũ eo ſunt religioſi uiri, demonſtrare unã uoluntatẽ, & unã operationẽ in incarnationis diſpẽſatione Domini noſtri IESV Chriſti. Sancta Synodus & glorioſiſsimi iudices dixerũt: Ex lectione ſanctorũ Conciliorũ, ſicut noſtis pijſsimi, nõ inuenimus in incarnationis diſpenſatione unius ſanctæ Trinitatis Domini noſtri IESV Chriſti, unã uoluntatẽ & unam operationẽ. Cõſtantinus Imperator pijſsimus dixit: Macarius uenerabilis archiepiſcopus, & qui cum eo ſunt, proſequãtur, ſi ſecundũ quę ab eis promiſſa ſunt, paratũ habent proferre teſtimonia ſanctorũ probabiliũ Patrũ, quæ debeant approbare (ſicut polliciti ſunt) unam uoluntatem & unam operationem in incarnationis diſpenſatione Domini noſtri IESV Chriſti, & hęc proferant. Macarius uenerabilis archiepiſcopus Antiochiæ, & qui cũ eo ſunt, dixerunt: Secundum iuſſa ueſtri imperij inducta

à nobis data teſtimonia, quæ proferre promiſimus,ſanctorum, proferimus. Conſtantinus pijſsimus Imperator dixit: Macarius uenerabilis archiepiſcopus, & qui cum eo ſunt, hæc in ſubſequenti peragant. Georgius ſanctiſsimus archiepiſcopus Cõſtantinopoleos,& quæ ſub eo eſt Synodus, dixerũt: Pijſsime Domine,petimus ueſtrã tranqnillitatem,ſuggeſtiones directas ad à Deo ueſtrã inſtructam fortitudinem, tam ab Agathone ſanctiſsimo papa Apoſtolicæ ſedis antiquæ Romæ,quãq; ab eius Synodo,relegi:ut auditum capiamus, quatenns cognitionẽ & nos accipiamus totius uirtutis quæ in eis continetur. Conſtantinns pijſsimus Imperator dixit: Quod à uobis poſtulatum eſt, in ſubſequenti proueniat.

¶ IN QVARTA Actione,quę facta eſt die 15 Nouẽbris, indictione nona,primùm iuſſu Imperatoris epiſtola Agathonis papæ ad Conſtantinum,Heraclium & Tyberinm Imperatores Auguſtos pręlecta eſt,cuius capita ſunt. Primùm enim laudat Imperatoris ſtudinm in conuocanda Synodo. Deinde excuſat ſeſe,quòd aliquanto ſerius legatos mittat. Tertiò narrat, ſe pro obedientia, quam debeat Imperatori,ad iuſsionem eius ablegaſſe Abũdantium,& duos Iohannes epiſcopos,Theodorum & Georgium presbyteros, & Iohannem diaconũ,& Conſtantinũ ſubdiaconum Romanę eccleſię,& Theodorũ presbyterum legatũ eccleſię Rauennatis,& quoſdã religioſos monachos:ac cõmemorat, quòd ijs teſtimonia ſanctorũ Patrum à ſede Apoſtolica approbatorũ,& libros eorũ tradiderit,certã formã mandati præſcripſerit,à quo eis nõ liceat recedere in actionib. aliquid addendo aut minuendo. Quartò, legatos iſtos Imperatori cõmendat,ut eos audiat ſicut Deum ipſum, & rutũ ac ſecnrũ prę ſtet eis aditũ & reditum. Quintò, edit ſuæ fidei confeſsionem iuxta quinq; uniuerſaliũ Conciliorũ conſenſum: & teſtimonijs Scripturæ & Patrũ probat, in Chriſto eſſe duas uoluntates & operationes. Allegat autem hæc Scripturæ teſtimonia: Pater,ſi poſsibile eſt,tranſeat à me calix iſte: ueruntamẽ non ſicnt ego uolo, ſed ſicut tu uis. Item: Non mea, ſed tua uoluntas fiat. Matth. 26. Marci 14. Lucæ 22. Item: Factus obediẽs Patri uſq; ad mortem,mortem autem crucis. Philip. 2. Et: Erat ſnbditus parentibus ſuis. Lucæ 2. Et: Spiritus promprus eſt,caro autem imbecillis. Matth. 26. Deſcendi de cœlo, non nt faciam meam uolnntatem, ſed eius qui miſit me Patris. Ioh. 6. Et: Hæc eſt uolũtas eius qui miſit me, nt omne quod dedit mihi, non perdam ex eo. Item: Non quæro uoluntatem meam, ſed uoluntatem eius qui miſit me. Ioh. 5. Omnia quæcunq; noluit Dominus in cœlo & in terra,fecit. Pſal. 134. Sicnt pater ſuſcitat mortnos,ita & filius quos uult uiuificat. Ioh. 5. Et leproſo dicit: Volo,mundus eſto. Matt. 8. Nemo poteſt cognoſcere patrẽ,niſi filius,& cuĩ uoluerit filius reuelare. Matth. 11. Cum per Galilæam tranſiret, nolnit ut quiſquam cognoſceret. Matth. 14. Nolebat per Iudæam ambulare, qnia quærebant eum Iudęi interficere. Et ingreſſus in domum,noluit aliqnem ſcire, & non potuit latêre. Marci 7.

Deinde etiam ex Ambroſio,Athanaſio,Auguſtino,Gregorio Nazianzeno, & ex quinta actione Chalcedonenſis Concilij, & Conſtantinopol. quintæ Synodi definitione ſeptima,ex Gregorio Nyſſeno, Iohanne Chryſoſtomo,Cyrillo,Iohanne Conſtantinopolitano, Hilario, Dionyſio Areopagita, Leone papa,citat teſtimonia pro ſua ſententia.

Per argumentarionem etiam demonſtrat, aſſerentes unam uoluntatem & operationẽ, negare animam in Chriſto.

Sextò demonſtrat,ex quibus hæreticis illam opinionem de una in Chriſto uoluntate & operatione hauſerint: ac citat Apollinaris,Seueri,Epiphanij,Theodoſij,Cyri, Theodori dicta.

Septimò oſtẽdit, Sergium,Paulum,Petrũ, Conſtantinopoleos epiſcopos,modò unam, modò duas in Chriſto aſſerere naturas:& modò nullam. ac monet Imperatorem, ut cogitet quales fuerint illi doctores, qui modò hoc,modò illnd dicant: & ut in eam curam incumbat,ut ueritas errore abiecto uincat & floreat.

Octauò planè affirmat, nullo alio modo poſſe cõcordiam ſanciri,niſi error damnetur & abijciatur:& promittit redeuntibus in uiã, pacem:in errore uerò perſeuerantibus, denũciat excommunicationem.

Secũdo loco recitatur epiſtola Synodi Romanæ ad eoſdem Imperatores, in qua Patres ueram doctrinam de duabus in Chriſto uoluntatibus & operationibus aſſerunt: & autores diuerſæ ſententiæ,Theodorum Faranitanum,Cyrum,Sergiũ,Pyrrhnm & Paulum, & omnes eorum aſteclas damnant. Deinde excuſant ſeſe ob moram,& cõmendant Imperatori ſuos epiſcopos legatos. Tertiò oſtẽdunt,ſe eos qui ſecum eandèm ſententiã amplectantur, in communionem recipere: diſſentientes uerò damnare, & excommunicare. Paulus Diaconus libro ſexto,capite ſecũdo, de rebus geſtis Longobardorum, dicit: Damiani epiſtolam de recta fide, ſub nomine Manſueti Mediolanenſis,lectam & approbatam eſſe,quæ fortè hæc ipſa eſt, ſub Synodi Romani nomine tranſmiſſa.

¶ IN QVINTA Actione, cũ conſediſſent 7. Decẽbris, indict. 9, Patres,ab Imperatore facta poteſtate dicẽdi, Macarius Antiochenus epiſcopus

epiſcopus cũ ſuis aſſeclis duos codices offert, in qnos diuerſa teſtimonia ſanctorũ ac probabiliũ Patrũ conſcripſerat, ad probandũ unam Domini noſtri IESV Chriſti uolũtarem, quæ eſſet etiã Patris & Spiritus ſancti. Iſti autem codices cum in Synodo lecti eſſent, Imperator ei ulrerius poreſtatem concedit, plura, ſi uellet, pro ſuæ ſententiæ cõfirmatione iu ſequenti conſeſſu proſerendi.

In ſexra Actione, die 12. Decẽbris, indictione nons, Macsrius adhuc unũ codicillũ, teſtimonia Patrũ de una uoluutate cõtinenrem, profert: quo lecto, Imperator inquit: Et horũ ſciẽtiam accepimus. Siquidem uult pars Macarij Deo amabilis archiepiſcopi Antiochiæ, aliud quid proferre ad ſtabilitatem eorũ quę ab eo promiſſa ſunt, ediſſetat. Macarius archiepiſcopus Theopoleos Antiochiæ, & Srephanus presbyter monachus, eius diſcipulus, & qui cũ eis ſunr, dixerunt: Sufficientes ſumus Domine, in his, quæ iam à nobis prolata ſunr, teſtimonijs ſanctorum ac probabiliũ Patrũ, & aliud proferre nolumus. Pijſsimua Imperator Cõſtantinus dixit: Tres codices, qui prolati ſunt à parte uenerabilis Macarij, ſigillentuꝛ tam à glotioſiſsimis iudicibus, quamq; à parte Apoſtolicæ ſedis antiquę Romæ, necnon & à parte ſanctæ ſedis huius ſanctiſsimæ magnæ Eccleſiæ. Er ſigillati ſunt. Theodorus & Georgius uenersbiles presbyteri, Iohannes ueuerabilis diaconus, qui locum præſentabaut ſanctiſsimi papæ Apoſtolicæ Romanę ſedis, & qui cum eis erant Deo amabiles epiſcopi, & religioſi cletici & monachi, dixerunt: Pijſsime Domine, adhuc aliquid de una uoluntate & una operatione nõ oſtenderũt Macatius Deo amabilis archiepiſcopus Anriochiæ, & Srephanus eius diſcipulus, & Petrus Deo amabilis epiſcopus Nicomediæ, & Salomon Deo amabilis epiſcopus Clanei, in incarnstiouis diſpẽſatioue Domini noſtri IESV Chriſti, pet teſtimonia ab eis prolata. Sed & ipſa teſtimonia quę protulerũt corã ueſtra pietate ac ſancta Syriodo, detrũcauerunt: & quæ ad Trinitatis quidem attirient rarionẽ de una uoluntate, pro incarnationis diſpenſatione Domini noſtri IESV Chtiſti prorulerũt: quæ uerò coūeuinnt, & quæ propriè pró huiuſmodi incarnationis diſpenſatione Domini noſtri IESV Chtiſti poſita ſunt, tam ſenſum quàm uerba detruucauerũt. Vnde petimus ueſtrã pijſsimam fortitudinẽ, anthenticos codices prolatotum ab eis paternorũ teſtimoniorum proferri ex uenerabili patriarchio huins regiæ ciuitatis, & cõferri cum codicibus ab eis oblatis: & demonſtrabimus, quæ ab eis in his facta eſt cęlatio. Præ manibus igitur habentes codicẽ continentẽ plurima reſtimonia ſanctorũ ac probabiliũ patrũ, clarè oſtendentia duas uaturales uolũtates, & duas naturales opetationes, inconfuſè atq; indiuiſè in incarnationis diſpẽſatione Domini noſtri IESV Chtiſti, ueti Dei noſtri: nec nõ & prophanorũ hęreticorum teſtimonia, inſiuuantia nnã uolũtarẽ, & nnam operationem, quæ conſonant cum dogmate ſuper una uoluntate & una operstione Macarij Deo amsbilis archiepiſcopi Antiochiæ, & eorum qui cum eo contradicunt, quæſumus nt coram ueſtra pietate hæc legantur. Pijſsimus Imperatot Conſtantinus dixit: In ſubſequenti, eorum prolatio fiat.

In Septimo cõſeſſu, qui factus eſt 13. Februarij, Paulus magnificus Impetialis Secretarius inquir: Meminit à Deo ueſtrũ iuſtructũ imperiũ, quod heſterno die polliciti ſunt Theodorus & Georgius Deo amabiles presbyteri, & Io hãnes Deo nal de amabilis diaconus, locum præſentantes ſanctiſsimi papæ Apoſtolicæ ſedis antiquæ Romæ Agathonis, & qui cum eis ſunt Deo amabiles epiſcopi, & religioſi cletici & monachi, proſerre teſtimonia ſanctorum Patrum, lnce clarius prædicantia duas noluntates naturales, & duas operatioues natutales in iucarnationis diſpenſatione Domini noſtri IESV Chtiſti, ueri Dei noſtri: inſuper & prophanorum hæreticorũ teſtimonia, manifeſtãria unam uoluntatem, & unam operationem. & ſuggetimus, Ad quod uidetur. Pijſsimus Imperator Conſtantiuus dixit: Proferant, qui locum adimplent Agathonis ſanctiſsimi papæ urbis Romanæ, memorata ab eis teſtimonia. Er protulerunr codicem ſupraſcriptum ita: Teſtimonia ſanctorum ac probabiliũ patrum, demonſtrantia duas uoluntsres, & duas operationes in Domiuo Deo & ſaluatore noſtro IESV Chriſto. Quem accipiens Srephanus religioſus presbyrer & monschus monaſtetij quod cognominarur domus Arſitia, unus exiſtens partis Apoſtolicæ ſedis antiquæ Romæ, relegit ab initio uſq; ad ſiuem, tam ſanctorum ac probabilium teſtimonia, quamq; prophanorum hæreticorum. Pijſsimus imperator Couſtantinus dixit: Prolatorum nũc teſtimouiorum atq; relectorum ex parte ſanctiſsimi Agathonis papæ urbis Romanæ ſcieutiam percipientibus nobis, edicant Theodotus & Geotgius ueuersbiles presbyteti, & Iohannes uenetabilis diaconus, ſi & alia ptoferre uelint teſtimonia. Theodorus & Georgius uenersbiles ptesbyteti, & Iohannes uenerabilis diaconus, dixerunt: Licet & plura alia nobis idoneũ eſt proferre teſtimonia, ſed ue faſtidium ingeramus à Deo inſtructis ueſtris auribus, hæc ſufficiuut nobis ad uetitatem demonſtrandam. Petimus autem à Deo firmstam ueſtram fortitudinem, interrogari Georgium ſanctiſsimum archiepiſcopum huius à Deo conſeruandæ ueſtræ regię

urbis, & ſubiacentem ei Synodum, necnon & Macariũ archiepiſcopum Antiochiæ ciuitatis, & ſubiectos ei epiſcopos, ſi cõuenir eis tenor relectarũ duarũ ſuggeſtionum: id eſt, Agathonis ſanctiſsimi papæ Apoſtolicæ ſedis antiquę Romæ, & Cõcilij ei ſubiacentis. Georgius ſanctiſsimus archiepiſcopus Conſtantinopoleos, & Macarius ſanctiſsimus archiepiſcopus Antiochię, & qui cũ eis erãt, dixerunt: Pijſsime Domine, petimus ut exemplaria prædictarũ ſuggeſtionũ percipiamus. Requirentes namq;, & conferentes teſtimonis quę in eis ſunt ſanctorũ probabilium Patrum, cũ codicibus huius uenerabilis patriarchij, in ſubſequenti competens dabimus reſponſum. Pijſsimus imperaror Conſtantinus dixir: Citra dilationẽ, quod poſtularum eſt, fiat. Prolatus aũt codicillus à pręſentãtib. locum ſanctiſsimi papæ Romæ ſub ſignaculis tam glorioſiſsimorũ iudicũ, quamq; utrarumq; partium, fiat ad inſtar codicillorum qui à Macario Deo amabili archiepiſcopo Antiochiæ oblati ſunt. Et ſignatus eſt.

¶ IN OCTAVA ACTIONE, ſeptimo die Martij, indictione 10, legati Rom. pontificis petũt ab Imperatore, ut iubeat, Georgium Conſtãtinopoleos epiſcopum, & Macarium Antiochenum, cum ſuis, declarare ſuam ſententiã, probent ne an improbent Agathonis & Synodi eius doctrinã, teſtimonijs Patrũ aſſertã, de dusb. in Chriſto naturis, uolũtatib. naturalibus, & operationibus. Ab Imperatore ergo iuſsi ordine ſentẽtias dicũt in hũc modũ.

Georgiur ſanctiſsimus archiepiſcopus Cõſtantinopoleos dixit: Inſpiciẽs pie Domine, omnẽ uirtutẽ ſuggeſtionum, directarum ad pijſsimam ueſtrãm fortitudinem, tam ab Agathone ſanctiſsimo papa Romæ, quàm ab eius Synodo: & ſcrutans ſanctorum ac probabiliũ Patrũ, qui repoſiti ſunt in uenerabili patriarchio, inueni cuncta teſtimonia ſanctorũ ac probabiliũ Patrũ, quæ in eiuſdẽ ſuggeſtionibus continentur, conſonantia, & in nullo diſcrepãtia à ſanctis & probabilib. Patribus: & conſentio eis, & ſic profiteor & credo.

Theodorus Deo amabilis epiſcopus Epheſi, dixit: Ita, Domine, profiteor, & ſic credo, quemadmodũ habenr ſuggeſtiones ſanctiſsimi papæ antiquæ Romæ Agathonis: id eſt, duas naturas, & duas naturales uoluntates, & duas naturales operationes in uno ſanctæ Trinitaris Domino noſtro IESV Chriſto, uero Deo noſtro.

Siſinnius Deo amabilis epiſcopus Heracliæ Thracię, dixit: Auditu percipiens ſuggeſtiõẽs Agathonis ſanctiſsimi papę Romę, quæ directæ ſunt ad pijſsimũ noſtrũ Dominũ, inueni in nullo eas aduerſari ſanctis Patribus: & profiteor duas uolũtates & duas operationes in uno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro IESV Chriſto, uero Deo noſtro.

Georgius uenerabilis epiſcopus Cyzici, dixit: Inſpiciens ſuggeſtiones ſanctiſsimi papæ Romæ Agathonis, & poſitorum in eis teſtimoniorum ſcientiam percipiens, de duabus uoluntatibus & operationibus, & conſentiens omnibus quę in eis continentur, ſic ſector & ſic credo, in uno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro IESV Chriſto, uero Deo noſtro. Ego etenim, & dum hic relegerentur eędem ſuggeſtiones, ita credidi, & credo.

Iohannes Deo amabilis epiſcopus Chalcedonę, dixit: Sic cõfiteor, & ſic credo, ſecundũ uirtutẽ ſuggeſtionũ directarũ ab Agathone ſanctiſsimo papa antiquę Romę, ad pijſsimũ & à Deo firmatũ noſtrum Dominum & magnum uictorẽ Imperatorem, quæ continent duas naturas, & duas naturales uoluntates, & duas operationes ſimiliter naturales, in uno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro IESV Chriſto, uero Deo noſtro, incõfuſè inconuertibiliter: & anathematizo eos qui dicũt unã uoluntatem, & unam operationẽ in diſpẽſatione eiuſdem Domini noſtri IESV Chriſti, ueri Dei noſtri.

Siſinnius Deo amabilis epiſcopus Hierapoleos Phrygiæ, dixit: Suſcipio ea quæ ſuggeſta ſunt Domino noſtro pijſsimo & magno uictori Imperatori, ab Agathone ſanctiſſimo papa antiquæ Romæ: & profiteor duas naturas in uno ſanctę Trinitatis Domino noſtro IESV Chriſto, & duas uolũtates naturales, & duas operationes naturales indiuiſè, incõuertibiliter: & anathematizo eos qui dicunt unam uoluntatem & unam operationem in diſpenſatione Domini noſtri IESV Chriſti, ueri Dei noſtri.

Georgius Deo amabilis epiſcopus Byziæ Thracię, dixit: profiteor duas naturales uolũtates, & duas operationes in diſpenſatione unius ſanctæ Trinitatis Domini noſtri IESV Chriſti, ueri Dei noſtri: ſuſcipio autem & ſuggeſtiones directas ab Agathone ſanctiſsimo papa Romano, ad pijſsimũ & à Deo firmatũ noſtrũ Dominũ & magnũ Imperatorẽ, hoc ipſum prædicantes, & in omnib. eas ſequor.

Gregorius Deo amabilis epiſcopus Mitylenę, dixit: Profiteor ita, & credo duas naturas, & duas naturales uoluntates, & duas operationes ſimiliter naturales in uno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro IESV Chriſto, uero Deo noſtro. Super his autem ſequor & ſuggeſtiones directas ab Agathone ſanctiſsimo papa antiquę Romę, ad pijſs. noſtrum Dominum & magnum Imperatorem, & omnem uirtutem quę in eis continetur.

Andreas epiſcopus Methymnæ, dixit: Sequor ſuggeſtiones ſanctiſs. papę Romę Agathonis, & teſtimonia ſanctorũ Patrum quę in eis cõtinẽtur: & ita credo, & ita pfiteor duas naturas,

naturas,& duas uolũtates,& duas operationes in uno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro IESV Chriſto,nero Deo noſtro.

Sergius,Deo amabilis epiſcopus Selymbriȩ,dixit:Sequor ſuggeſtiones patris oostri Agathonis ſanctiſsimi papæ Romæ,& ita ſuſcipio,& ita amplector eas, tanquá epiſtolas ſanctæ memoriæ Leonis prædeceſſoris eius beatitudinis:& profiteor in Domioo noſtro IESV Chtiſto,uero Deo noſtro, duas nolũtates oaturales,ſimiliter & duas operationes.

Domitius epiſcopus Pruſiados,dixit: Suggeſtiones directas à patre noſtro Agathone ſanctiſsimo archiepiſcopo Apoſtolicȩ,& principalis ſedis antiquȩ Romȩ,ad à Deo coronatũ & mãſuetiſsimũ noſtrum Dominũ & magnũ uictoré Imperatorem,tanquá ex Spiritu ſancto dictatas , per os ſancti ac beatiſsimi Principis Apoſtolorũ Petri,prædico,& digito ter beatiſsimi papæ Agathonis ſcriptas ſuſcipio & amplector:& ita credo,ita ſentio,duas naturas in uno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro IESV Chriſto uero Deo noſtro, & duas naturales uolũtates, ſimilitet & duas operatiooes naturales in una perſona,in nna ſubſiſteotia ioſeparabilitet atq; indiuiſè : & anathematizo eos,qui dicunt unam uolũtatem & unam operationem poſt incarnatiooem Domini noſtri IESV Chriſti,niſi duntaxat in ſancta Trinitate ſolummodò.

Geneſius epiſcopus Anaſtaſiopoleos dixit:Secundũ uirtuté relectarũ ſuggeſtionum ſanctiſsimi papæ Romanæ urbis,ſic credo & confiteor in incarnationis diſpenſatione Domini noſtri IESV Chriſti , ueri Dei noſtri,duaa naturas, & duas naturales uoluntates ,& duas naturales operationes.

Et ſurgentes cæteri omnes Deo amabiles epiſcopi, qui ſub ſedé Conſtantinopolitaná fuerant,exclamauerunt dicentes:& oos piiſſime Domine,notioné accipientes ſuggeſtionia directȩ ad manſuetiſsimá ueſtrá fortitudiné ab Agathone ſanctiſsimo ac beatiſsimo papa antiquȩ Romȩ,& alterius ſuggeſtionis quæ facta eſt à ſubiacente ei Concilio, & ſequentes ſenſum qui in ea cõtinetur, ſic ſapimus & profitemur,& credimus io uno Domino noſtro IESV Chtiſto uero Deo noſtro, duaa naturas iocõfuſè,inconuertibiliter, indiuiſè,& duas uoluntates naturales, & duas operationes naturales:& omnes qui docuerunt & dicuot nnam uoluntatem, & unam operationem in duabus natnris unius Domini noſtri IESV Chriſti,ueri Dei noſtri,anathematizamus.

Theodorus autem epiſcopus Meletinæ, chartá offert, in qua indicat patres in ſanctia Synodis oniuerſalibus,non duas uoluntates & operatiooes dixiſſe, ſed uoum Chriſtum in duabus naturis,in nna perſona indiuiſè & inſeparabiliter operari diuina & humána. & & petit nt Imperatot caueat, ne quid contra Synodorum decreta noui ſtatuatut.

Imperator quærit ex Theodoro, qui ſecũ chartam illam compoſuerit ? Ille uerò,Petrum Nicomediæ epiſcopum, & Salomoné Cleonȩ,Antonium Hypȩporom,& Georgiũ diaconum,& Anaſtaſium diaconum , & Stephanum Cancellarium,& Dionyſium diaconum & Cancellarium,Anaſtaſium presbyterum & monachum ex Secretario patriarchæ Conſtantinopoleos,& Georgiũ monachum patriarchij Antiochiæ,indicat. Deinde Imperator quærit,Quis ſibi tradiderit chartulá offerendam?Theodorus monſtrat Stephanũ abbatem de patriarchio Antiochiæ.

Synodus iubet Theodorum cum iſtis prodire in medium,& ſententiam ſuam proponere.Illi ergo ſurgeotes, omnes,excepto Stephano diſcipulo Macarij,Theodorum mendacij redarguunt:& negaot ſe in chartulá illam conſenſiſſe , ac oſteodont ſe paratos eſſe ſuam fidem orthodoxá confiteri. Imperator iubet,ut id ſcripto faciant. Georgius epiſcopus Conſtantioopoleos monet Imperatoré, ut iubeat nomen Vitaliani papæ in diptycha referri :fore eoim ut ea ratione à communione recedant, qui non uerá amplectantut ſenteotiam.idq; annuente Imperatore efficitur,& ſequitur Patrum acclamatio.

Secundo loco Macarius Antiochiæ epiſcopos iuſſus dicere,an cõfiteatur in uno ſanctæ Trinitatis Domino noſtro IESV Chriſto, oero Deo noſtro,duas uoluntates naturales, & duas operationes naturales,inconfuſè & indiuiſibiliter:& an probet Agathonis ſententiam & teſtimonia ex patribus annotata?Reſpõdet:Nõ dico duas uolũtates, aut duas operationes in incarnationis diſpéſatione Domini noſtri IESV Chriſti:ſed uná uoluntaté, & dsiuirilé operationé. Sed Macrobius Seleuciæ Iſauriæ,& Eulalius Cyoopolis, & Cõſtantinus Daliſandi, & Theodotus Olbis,epiſcopi & legati Concilij Antiochiæ,à Macario ſeſe diſiungunt, & amplectuntur & confitentur duas in Chtiſto naturales uoluntates & operationes indiuiſè , inconuertibiliter, inconfuſè,in incarnationis diſpenſatione.

Quia uerò Macarius in ſua ſententia perſeuerat, Synodus ſurgere eum de ſede iubet: ac adferuntur tres eius codicilli, quos in ſuperioribus actionibus ad confirmandam ſuam opinionem propoſuerat : quos ubi pro ſuis agnouit Macarius,Imperator inquit: Edicat Macarius uenerabilis archiepiſcopus Antiochiæ, & Stephanus religioſus presbyter & monachus eius diſclpulus, quid ſibi coacer- uãtes, huiuſmodi deflorauerunt teſtimonia.

Macarius ſanctiſsimus archiepiſcopus dixit:De ipſa una uolũtate,quȩ eſt Patris & Do

mini noſtri IESV Chriſti, & ſancti Spiritus. Cōſtantinus pijſsimus imperator dixit: De diſpenſatione Domini noſtri IESV Chriſti, unius ſanctæ Trinitatis Dei uerbi, quomodo ſentis? Macarius uenerabilis archiepiſcopus dixit: Cōfiteor Dominū IESVM Chriſtū unū ſanctæ Trinitatis eſſe, & poſt incarnationem in duabus perfectis naturis incōfuſè & indiuiſè in una perſona, & una ſubſiſtentia, nuſquam naturarū differentia perempta propter unitionem, ſed ſaluata potius proprietate utriuſq; naturæ, & in unam perſonam atq; unam ſubſiſtentiam concurrente. Quoniam uerò alteram perſonam, & poſt humanationem unius ſanctæ Trinitatis non aſſumpſit, propter hoc nec aliquid peccati dicimus eum aſſumere, quia abſque carnalibus uoluntatibus & cogitationibus hominis in imagine nonitatis confitemur unum Dominum noſtrum IESVM Chriſtum. Qui enim unam uoluntatem habens, eſt ad ſuſceptionem harū omnium paſsionum idoneus, unam eādémque habuit uirtutem ad tolerantiam horū omnium, ſecundū ſanctū & acceptabilē Auguſtinū. De hoc enim & confeſsionē fidei iampridem expoſuimus, & cōſentimus tam ſanctis quinq; Synodis, quáq; Honorio à Deo erudito, Sergio & Paulo atq; Petro, & reliquis, quorū mentionem & in his quæ Domino porreximus, teſtimonijs fecimus, confitētes unam uoluntatē ſubſiſtentialem, in uno Domino noſtro IESV Chriſto, & Deiuirilem eius operationē. Nec enim quæ diuina ſunt, ſecundum Deum: neq; quæ humana ſunt, ſecundum hominem, ſed humanam & Dei nouam quandam uirilem operationem in conuerſatione demonſtraſſe, confitemur ſecundum ſanctum Dionyſium.

Poſtea iuſſu Imperatoris legitur confeſsio Macarij, quā ad Imperatorē ſcripſerat. In ea aūt Macarius inter alia affirmabat quinq; uniuerſales Synodos, & ſanctos probabiles patres unā uoluntatē in Domino IESV Chriſto Deo noſtro, & Deiuirilem eius demonſtraſſe operationem: & impium eſſe dicere, in eodem Chriſto Deo noſtro duas uoluntates ad inuicē cōtrarias ſeu diſsimiles. Ac proponit ſimilitudinē. Quemadmodū noſtrū corpus regitur, & ornatur atq; ordinatur ab intellectuali & rationali anima noſtra: ita & in Domino Chriſto tota hominis eius conſperſio, ab eiuſdem uerbi diuinitate ſemper & in omnibus mota *θεοκίνητος* Deo mobilis fuit, ſecundum Gregorium Nyſſenum.

Imperator & patres iterum interrogant Macarium, an dicat duas naturales uoluntates, & duas operationes in incarnationis diſpenſatione Dei noſtri? Ille uerò reſpondet: Non dico duas naturales uoluntates, aut duas operationes naturales in incarnationis diſpenſatione Domini noſtri IESV Chriſti, nec ſi membratim incîdar, & in mare mittar.

Synodus ergo teſtimonia à Macario ex Athanaſio collecta confert cum authenticis exemplaribus ex bibliotheca prolatis, & demonſtrant eum antecedentia & ſubſequentia decurtaſſe, in quibus planè aſſerat Athanaſius duas in Chriſto uoluntates & operationes. Quærunt autem ex eo, cur illa amputarit, cum ſciat hæreticorum eſſe circumtruncatas ſanctorum Patrum uoces deflorare? Ille reſpondet, ſe pro ſua ſententia ſtabilienda ea accepiſſe, quæ uiſa ſint idonea. Ad hanc reſponſionem Synodus exclamat: Hæreticum ſeipſum manifeſtè demōſtrauit: Nouo Dioſcoro anathema: Huiuſmodi deponatur, Nouum Dioſcorum foras mitte, Nono Apollinario malos annos, Meritò ab epiſcopatu alienetur, nudetur circumpoſito ei pallio. Et denudato eo, atq; in medio aſtante, unà cum Stephano eius diſcipulo, Theophanes uenerabilis presbyter & abbas monaſterij Baias, interrogauit eoſdem Macarium & Stephanum: Habuit humanam uoluntatem Dominus noſter IESVS Chriſtus, & impeccabilem? Macarius & Stephanus dixerunt: Nos uoluntatem humanam in Chriſto non dicimus, diuinam uerò etiam abſq; carnalibus uoluntatibus & cogitationibus humanis, ſicut prolatum à nobis teſtimonium ſancti Athanaſij continet. Voluntas enim Deitatis tantum. Theophanes, Deo amabilis preſbyter & abbas, dixit: Et quomodo intelligitis carnales uoluntates, & cogitationes humanas? Macarius & Stephanus dixerunt: Voluntates carnales & cogitationes humanæ, hominum ſimilium nobis ſunt: Chriſtus uerò nihil eorum habuit. Theophanes Deo amabilis presbyter & abbas dixit: Si teſtimonium quod detruncaſtis, in integro poſuiſſetis, inueniebatur, quòd carnales uoluntates & humanas cogitationes, culpabiles & uoluptuoſas accepit ſanctus pater Athanaſius, quę ex ſeminatione diabolica illatæ ſunt humanę naturę: ſicut idē ſanctiſsimus pater ſuperius aſſerit. Nam & ego dico, nō habuiſſe Dominū noſtrū IESVM Chriſtū uerbū, Deum noſtrum, ex ſuperſatione uoluntatem carnalem, aut peccabiles cogitationes: abſit, ſed naturalem uoluntatem, quam ipſe Deus creans Adam, ei indidit. Et hoc autem ipſe interrogo uos: Habuit animam rationabilem ipſe Adam? Macarius & Stephanus dixerunt: Etiam. Theophanes, Deo amabilis presbyter & abbas, dixit: Naturalem habuit uoluntatem? Stephanus, religioſus monachus, dixit, *προαιρετικὸν καὶ αὐτεξούσιον*, quod eſt, arbitrale & liberum. Etenim ante præuaricationem, diuinam habuit uoluntatem, & con-

& conuoluntarius erat Deo. Domitiua, Deo amabilia epiſcopua Pruſiadoa, dixit: ubi it uanitas tua blaſpheme? Si conuoluntarius erat Adam Deo, ergo & concreator. Theodorus & Georgius Deo amabilea presbyteri, & Iohannes Deo amabilia diaconua, locum præſentantea Agathónia ſanctiſsimi Papæ Apoſtolicæ ſedis antiquæ Romæ, & qui ex perſona eius fuerunt Concilij Deo amabiles epiſcopi dixerunt: ſi Adam ante præuaricationem diuinam habuit uoluntatē, ergo & conſubſtantialia fuit Deo, & inconuertſabilis, ac uiuificatrix fuit uoluntaa Adę. Et quomodo mutatus, tranſgreſſus eſt mādatum, & morti ſuccubuit? Qui enim cō uolūtariua eſt, utiq; & conſubſtantialia eſt. An ignoras ſanctū Cyrillū clamantē: Sicut eſt conſubſtantialia, ita & conuoluntarius proprio genitori? Vnius enim eſſentiæ, una utiq; eſt uoluntaa. Theophanea, Deo amabilia presbyter & abbaa, dixit: Quod iā uos interrogaui, dicite, Habuit naturalem uoluntatem Adam etiam, an nō? Macarius & Stephanua dixerunt: Et ſuperius iam diximus, προαιρετικὸν καὶ αὐτεξούσιον, quod eſt arbitrale & liberum. Theophanea Deo amabilia presbyter & abbas, dixit: Aut aſſentite, quia habuit naturalem uoluntatem, aut renunciate: & hoc oſtendo à ſanctia probabilibus Patribus. Diu igitur perſeuerantibua eiſdem Macario & Stephano, & neque aſſentire uolentibus, neque abnuere, Conſtantinus pijſsimua imperator, & ſancta Synodua dixexerunt: Proferat Deo amabilis Theophanea presbyter & abbaa, quæ effatus eſt teſtimonia ſanctorum & probabiliū Patrum. Et protulit duo teſtimonia. Vnum quidem ſancti Athanaſij archiepiſcopi Alexandrię, de libro Humanationis aduerſus Apollinarium, ſic habens in uerbia: Quando Adam in principio formauit Deus, nunquid congenitum ei dedit peccatum? Quid ergo iam opua erat mandati? Quomodo ergo eū condēnauit peccantem? Quomodo autem & ante præuaricationē ignorabat bonū & malū Adā, quem formauit Deus ad incorruptionē & imaginē ſuę æternitatia? Fecit eū natura impeccabilē, & uolūtate liberū. Aliud autē ſancti Auguſtini epiſcopi Hipponis, ex quinto libro aduerſus Iulianū Pelagianiſtā, continentē ita: Motus animi quid eſt, niſi motua naturę? anima enim ſine dubitatione natura eſt: & ideo uolūtas motus naturę eſt, quia motus eſt animæ. Sancta Synodus dixit: Luce clarius & ueraciter oſtendit Theophanes, Deo amabilia preſbyter & abbas, per prolata ab eo teſtimonia ſanctorū ac probabiliū Patrū, naturalē eſſe uoluntatem. Si igitur primua Adam naturalem habuit uoluntatem: qui per omnia ſimilis illi factus eſt abſq; peccato, ſecundua Adam Dominua noſter IESVS Christus, uerus Deus noſter, quomodo non habuit in humana eiua natura naturalem uoluntatem? Si itaque & humanam impeccabilem uoluntatem aſſumpſit Dominus noſter & Deua IESVS Chriſtus humanæ ſuæ naturæ, & diuinam ante ſecula cum Patre & Sancto ſpiritu habuit uoluntatem, procul dubiò duaa naturales uoluntates in ipſo, orthodoxos oportet cōfiteri inconfuſè atq; indiuiſe: ſicut & plurimis paternis teſtimonija duę naturalea uolūtatea in una perſona, ſiue una ſubſiſtētia, per incarnationis diſpenſationē, unius de ſancta Trinitate Domini noſtri IESV Chriſti Dei noſtri comprobatæ ſunt.

Deinde etiam Ambroſij, Dionyſij Areopagitæ, & Iohannis Chryſoſtomi teſtimonia, cum authenticis exemplaribua collata, oſtenduntur truncatè, & contra autorum perpetuam ſententiam allegata.

¶ IN NONA ACTIONE, quę habita eſt octàuo Martij, indictione decima, iterum conferuntur teſtimonia cum exemplaribua authēticis: & quidem ex quodam Athanaſij dicto ab iſtis allegato, Baſiliua Gortynę epiſcopus demonſtrat, duas uoluntates rectè aſſeri per ea quæ omiſſa ſunt.

Deinde Stephanus monachua, diſcipulus Macarij, dixit: Sanctua Gregoriua theologus in libro ſecundo de Filio, manifeſtè oſtendit unā uoluntatē in Domino noſtro IESV Chriſto, inquiens: Illius enim uelle nec contrariū eſt Deo, deificatū totū. Baſilius, Deo amabilia epiſcopua Gortynæ, dixit: Qualē uolūtatē dicis, quæ deificata eſt: diuinā, an humanā? Si enim diuinā dixeris, quod diuinū eſt, deificatione non indiget. Si autem humanam, proculdubiò duas uoluntatea, & ex præſenti teſtimonio etiam nolens ſignificas. Domitiua, Deo amabilia epiſcopus Pruſiados, dixit: Poſtulo à Deo coronatam Domini fortitudinē & ſanctam Synodum, ut ueniat in medium Georgiua, religioſua monachus, condiſcipulus huiua Stephani, & interrogetur ſi benè dogmatizet Stephanus. Conſtantinus pijſsimus imperator & ſancta Synodua dixerunt: edicat Georgius religioſua, ſi rectè dogmatizat Stephanus monachus, condiſcipulua eius. Georgiua, religioſus monachus, dixit: Omnino, Domine, extra intētionem ſanctorum Patrum diſputat, aduerſariua Patrum exiſtens.

Item relectum eſt ex eodem codicillo alterum teſtimonium ſancti Cyrilli de interpretatione Euangelij ſecundum Matthæum, ſermone duodecimo, quod collatum eſt ſimiliter cum libro chartaceo bibliothecæ huius uenerabilis Patriarchij, textu teſtimonij habente ſic: Ergo id (Non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu) transformationem & tranſfigurationem naturæ humanæ, de exuperata

formidina,in audaciam ſpiritualem benè nimis ſignificat. Sunt autem & ante hoc teſtimonium,quæ callidè prædictus Macarius & Stephanus non deflorauerunt,hoc modo:Recoſar itaque ipſum calicem, crucifigentes ſe, Dei amatores non eſſe,tanqoam per hoc accuſans.& ſubeſt quidem in eo pauor paſsionis propter humanitatem : cōpeſcitur autem continuò uirture inhabitantis uerbi , ac fortitudine.Conſidera namque,quomodo oſtēdit quidem quòd humanum eſt, ipſa recuſatione:quòd autem deitatis eſt indeflexibile, effulſit ſtatim. Ait enim ad Patram qui in cœlis eſt: Veruntamen non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu uis.Humanitas uerò condecenter & hoc ait. Nam ſecundum quod Deos eſt, non extra eſt uoluntatem Parris,magis autem ipſe eſt uoluntas Dei & Patris : ſicut in ſapientia & ipſum uelle eſt parris,ſapientia uerò eſt filius. Quia igitur & ooluntas patris nominatur unigenitus, exclamat dicens laudabilis cantor:Domine, in uolunrate tua præſtitiſti decori meo uirtutem.In Chriſto namque eſt omne donum cœleſtium bonorum à Deo & Patre.Aliàs autem una conſubſtantiali ſancta exiſtenti Trinitate,& una deitate in ea intelligenda,quomodo non erat uoluntas eadem Patris & Filij & Spiritus ſancti? Congruentiſsimè igitur ad humilitatis habitum, & ut homo,ſubformidat tacitè mortem, quæ extra naturam & ex maledicto intromiſſa eſt, reſpuens:iterum autem ur Deus, Non ſicut ego uolo,ait,ſed ſicut tu.Caro itaque quę quo quo modo in Chriſto ad ſummam poſt hoc fiduciam hominis transformabatur, natura docebatur,quippe iam nec ipſam ſeuerá mortem pertimeſcere,ſi prę́ſertim utiliter ad eam accederet propter Deum. In hoc enim plurima eſt merces,quia ad id quod ita odibile & naturę infeſtum eſt,accedimus propter Deū, diſcente & incipiente noſtra natura in primo Chriſto uiriliter agere,& prę́ualere contra ſic uehementes & noxios uenientium incurſus.

SENTENTIA SYNODI

Definitiua.

¶ Sancta Synodus dixit : Tu Stephane, & tuus magiſter Macarius, non oſtendiſtis in incarnationis diſpenſatione Domini noſtri IESV Chriſti, ueri Dei noſtri, per codicillū à uobis oblatum:ſed & duas uoluntates, in teſtimonijs in eodem codicillo poſitis inuenimus apertè,clamante Athanaſio laudsbili, quamuis detruncata & obcælata ſint, iuxta quod ſoliti eſtis,eadem teſtimonia,quæ peruerſè interpretátes protuliſtis. Definiuimua igitur,poſtquá apertè apptobati eſtis,ad ſubuerſionem diuinorum dogmatom feſtinare, & ſanctorum ac probabilium patrum doctrinas corrumpere, & hæreticorum magis ſenſum aſſumere,& quæque ab eis dogmatizata ſunt, ſectari,ad contagium otthodoxæ plebis,ab omni uos ſacerdotali dignitste & miniſterio alienos exiſtere. Eos autem qui iam pœnitentiam egerunt, & ſuperius nominatos tam epiſcopos quàm clericos,qui & nūc in medio aſsiſtunt,& rectè unà nobiſcum cōfitentur,præuidimus quidem in proprijs locis reſidere.Libellos autē quos promiſerunt, propriæ eorum fidei, cum iureiurádo in ſubſequenti nobis offerent. Sancta Synodus exclamauit:Multos annos Imperatori, orthodoxo Imperatori multos annos : Hæreticum foràs mitte. Nouo Eotycheti malos annos, nouo Apollinari malos annoa : Hæteticum foràs mitte.

Executio.

¶ Et impolſus eſt Stephanua dilcipulus Macarij,& foras miſſus eſt. Petrus Deo amabilis epiſcopus Nicomedię. Theodorus Deo amabilis epiſcopus Meletinæ,Salomon Deo amabilis epiſcopus Cleonæ, Antonius Deo amabilis epiſcopus Hypępæ, Georgius Deo amabilis diaconus & chartophylax, Anaſtaſius diaconus & notarius, Stephanus diaconus & cancellarius, Dionyſius diaconus & cancellarius,& Anaſtaſius presbyter & monachus,& Georgius monachus Macarij dixerunt:Parati ſumus in ſubſequenti, rectæ noſtræ fidei cum iureiutando libellos offerre. Sancta Synodus dixit : Quod ab eis promiſſum eſt, fiat. Et quia ſufficiunt quæ hodierna die mota ſunt,in ſubſequenri qui dudū oblatus elt codicillua, à parte Apoſtolicæ ſedis antiqoæ Romæ ad legendum & conferendum,cum libris hic ſitis uenerabilis patriarchij proferatur. Illos itaq; duos codicillos, qui tunc à Macario & Stephano dati atque relecti ſunt,ad conferendum uenire nolumos, eo quòd teſtimonia quæ in eis poſita ſunt, nullatenus ad præſentem dogmaticam cauſam reſpiciunt.

¶ IN ACTIONE DECIMA, die 18. Martij, poſtulantibus legatia Romani pontificis, cōſentiente uerò Imperatote & Synodo, teſtimonia Patrum, nimirùm Leonis papæ, Ambroſij, Chryſoſtomi, Gregorij Nyſſeni, Cyrilli, Epiphanij, Gregorij Nazianzeni, Athanaſij, Auguſtini, Iuſtini martyris, Iuſtiniani Imperaroris, Euphemij Antiocheni, Iohannis Scythopolis, oſtendentia duas uoluntates & operationes in Chriſto, ab Agathone & Synodo Romano tranſmiſſa, & teſtimonia hæreticorum unam uoluntatem & unam operationem aſſerentium, relegunrut, & conferūtur cum authenticis exemplaribus:& tota Synodus pronunciat, ea rectè eſſe allegata.

Deinde Petrus Nicomediæ,& Theodorua Meletinæ, Salomon Cleonæ, Antonius Hypęporum epiſcopi, & Georgius diaconus & chartophylax,& Diouyſius diaconus & cancellarius,

cellarius, & Anaſtaſius diaconus & notarius defenſor nauium, Stephanus religioſus diaconus & cancellarius, & Anaſtaſius & Georgius monachi, præmiſſo iuramento libellos propriæ fidei offerunt, in quibos teſtantur ſe doctrinam de duabus in Chriſto uoluntaribus & operationibus uerè amplecti, & contrariam ſententiam abijcere & damnare.

Tertiò Georgius presbyter & monachus, legatus Theodori archiepiſcopi Hieroſolymorũ, ab Impetatore & Synodo petit, ut Synodica Sophronij ad Sergium epiſcopũ Conſtantinopoleos cognoſcát & dijudicét, orthodoxa' ne ſint an ſecus. Sed Imperator & Synodus ad ſequentem cõſeſſum eam rẽ reijcit.

¶ IN ACTIONE undecima, die uiceſimo Martij, proferuntur à Georgio Synodica Sophronij, & leguntur: quibus finitis, Imperator Conſtantinus cauſis Reipublicæ occupatus, Conſtantinũ & Anaſtaſium patricios, & Polyeuctũ & Petrũ excõſules ſuo loco adeſſe & pręſidere Synodo iubet, donec ad finem deducantur ea quæ reſtent agenda.

¶ IN DVODECIMA actione, chartę Macarij ad Imperatorem Conſtantinum miſſæ, quæ ab eodem nondum erant nec reſignatæ nec lectæ, offeruntur Synodo iuſſu Imperatoris per Iohannem patricium relegendæ & dijudicandæ.

Inter eas autem erat ſermo Macarij, acclamatus ad Conſtantinum Imperatorem: quẽ cum cœpiſſet legere Antiochus, Synodus dixit, in alio codice lectum eſſe.

Et chartula quædam alia: quæ & ipſa cum eiuſdem ſit ſententiæ, reijcitur.

Et epiſtola Sergij ad Cyrum Phaſidis epiſcopum, quæ legitur.

Et ſermo Mennæ ad Vigiliom, quem Synodus reijcit ut fictitium, qui non ſit in authenticis exemplaribus: ſicut in tertia Actione ſuprà eſt demonſtratum.

¶ Et epiſtola Sergij Conſtantinopolis epiſcopi ad Honorium papam Romanom, quæ integra recitatur. Capita aũt eius ſunt. Primò, narratio quomodo Imperator à Paulo hęretico in dubitationem, an duę uel una in Chriſto ſint naturæ co, niectus, cõſuluerit Cyrum de ea quæſtione: ad quã cũ nec ipſe poſſet reſpondere, iuſſerit eum ad Sergium ſcribere de eadẽ quæſtione, quòd ei miſerit Mennæ librum ad Vigilium de una uoluntate & operatione Chriſti.

Secundò, Quomodo Cyrus Alexandriæ diſsidentes ad concordiam reduxerit, concedendo ijs unam uoluntatem & operationem in Chriſto eſſe: ut ab ijs uiciſsim obtineret, duas in eodem eſſe naturas.

Tertiò, Quomodo Sophronius iſti formulę cõpoſitionis cõtradixerit, aſſerendo, oportere duas in Chriſto operationes & uoluntates ſtatui.

Quartò, Quomodo ipſe Sophronium iuſſerit Patrũ teſtimonia proferre, quibus aſſerantur duæ operationes in Chriſto. quod cũ non potuiſſet præſtare, iuſſerit eum quieſcere, ne turbæ excitentur nouis phraſibus. Nã utraq; phraſi plurimos offendi. & quòd Sophronius iſti ſententiæ acquieuerit.

Quintò, Quomodo ad Imperatorẽ Mẽnæ librũ ad Vigiliũ, de una uolũtate & operatione ſcriptũ miſerit: eiq́; ſuaſerit ut permaneat in attrita Patrũ doctrina, & nõ ſinat noua inquiri, quę turbas dent in Eccleſia.

¶ Et epiſtola Honorij ad Sergiũ, quæ etiã tota legitur. In ea aũt Honorius planè probat ſententiã Sergij. inquit enim inter alia: Non oportet ad dogmata hæc Eccleſiaſtica retorquere, quę neq; Synodales apices ſuper hoc examinãtes, neq; autoritates Canonicę uiſæ ſunt explanaſſe, ut unã uel duas energias aliquis præſumat Chriſti Dei prædicare, quas neq; Euãgelicæ uel Apoſtolicæ literæ, neque Synodalis examinatio ſuper his habita, uiſæ ſunt terminaſſe: niſi fortaſsis (ſicut præfati ſumus) quidã aliqua balbotiendo docuerũt, cõdeſcendẽtes ad informãdas mentes atq; intelligentias paruulorũ, quę ad Eccleſiaſtica dogmata trahi non debent, quæ unuſquiſq; in ſenſu ſuo abundans uidetur ſecundum propriã ſententiã explicare. Nam quia Dominus IESVS Chriſtus, filius ac uerbũ Dei, per quẽ facta ſunt omnia, ipſe ſit unus operator diuinitatis atq; humanitatis, plenæ ſunt ſacrę literæ luculentius demõſtrantes. Vtrũ aũt propter opera diuinitatis & humanitatis, geminę operationes debẽt deriuatę dici uel intelligi, ad nos iſta pertinere nõ debẽt: relinquẽtes ea grãmaticis, qui ſolent paruulis exquiſita deriuãdo nomina uendicare. Nos enim nõ unã operationẽ uel duas Dominum IESVM Chriſtũ, eiuſq́; ſanctũ Spiritum, ſacris literis percepimus, ſed multiformiter cognouimus operatum. Scriptũ eſt enim: Si quis Spiritum Chriſti nõ habet, hic eios non eſt. Et alibi: Nemo poteſt dicere, Dominus IESVS, niſi in Spiritu ſancto. Diuiſiones uerò gratiarũ ſunt, idem aũt Spiritus: & diuiſiones miniſtrationum ſunt, idem aũt Dominus: & diuiſiones operationum ſunt, idem uerò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Si enim diuiſiones operationum ſunt multæ, & has omnes Deus in membris omnibus pleni corporis operatur, quanto magis capiti noſtro Chriſto Domino hæc poſſunt pleniſsimè coaptari? Vt caput & corpus unum ſit perfectom, ut perfectio occurrat (ſicut ſcriptum eſt) in unum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Si enim in alijs, id eſt in membris ſuis, Spiritus Chriſti multiformiter operatur, in quo uiuunt, mouentur & ſunt: quanto magis per ſemetipſum mediatorem

Dei

Dei & hominum, plenè ac perfectè, multiſq; modis & ineffabilibus confiteri nos communione utriuſq; naturæ condecet operarum? Et nos qui ſecundum ſanctiones diuinorum eloquiorum oportet ſapere uel ſperare, illa uidelicet refutantes, quæ quidem nouæ uoces noſcuntur ſanctis Dei eccleſijs ſcandala generare: ne aut duarum operationum uocabulo offenſi, ſectantes Neſtorianos, nos ueſanos ſapere arbitrentur: aut certè, ſi rurſus unã operationem Domini noſtri IESV Chriſti fatendam eſſe cenſuerimus, ſtultam Eutychianiſtarum attonitis auribus dementiam fateri putemur: præcauentes, ne quorum inania arma combuſta ſunt, eorũ cineres & rediuiuos ignes flammiuomarum denuò renouẽt quæſtionum: ſimpliciter atq; ueraciter confitentes, Dominum IESVM Chriſtum unum operatorem diuinæ atq; humanæ naturæ: electius arbitrantes, ut uani naturarum ponderatores, ocioſè negociantes, & turgidi aduerſus nos inſonent uocibus ranarum philoſophi, quàm ut ſimplices & humiles ſpiritu populi Chriſtiani poſsint remanere ieiuni. Nullus enim decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam diſcipulos piſcatorum. Eorum enim doctrinam ſequentes, omnia argumenta ſcopuloſa diſputationis callidæ atque fluctiuaga intra eorum retia ſunt colliſa. Hæc nobiſcum fraternitas ueſtra prædicet, ſicut & nos ea uobiſcum unanimiter prędicamus: hortantes uos, ut unius uel geminæ nouæ uocis inductum operationis uocabulum aufugientes, unum nobiſcum Dominũ IESVM Chriſtum, filium Dei uiui, Deũ ueriſsimum, in duabus naturis operarum diuinitùs atq; humanitùs, fide orthodoxa, & unitate Catholica prædicetis. Et ſubterſcriptio: Deus te incolumem cuſtodiat, dilectiſsime atq; ſanctiſsime frater.

Secundò, Patres epiſtolam Sergij ad Cyrum, & Sergij ad Honorium, & Honorij ad Sergium conferunt cum codice epiſtolarum ex bibliotheca allato, & pronunciant omnia conſtare.

Tertiò, glorioſiſsimi iudices petunt, ut Synodus ſententiam pronunciet de Synodicia Sophronij, & de epiſtolis Sergij & Honorij iam lectis. Verùm illi reijciunt eam rem in ſequentem conſeſſum.

Quartò, Imperator per iudices quærit, an Macarium liceat in propriam ſedem reſtitui, ſi abiecto errore ueram ſententiam amplectatur? Sed Synodus reſpondet, Non poſſe eum reſtitui, cum adhuc mordicùs defendat ſuam opinionem.

Quintò, epiſcopi & clerici ſub ſe de Antiochena, petunt alium ſurrogari archiepiſcopum in locum Macarij depoſiti.

¶ IN ACTIONE decimatertia, cum iterum conueniſſent Patres die 28. Martij, & relegiſſent pro more acta priora, iterum à iudicibus admoniti, huiuſmodi proferunt ſententiam de ſcriptis hactenus lectis, in hunc modum:

Secundùm promiſsionem, quæ à nobis ad ueſtram gloriam facta eſt, retractantes dogmaticas epiſtolas, quæ à Sergio quondam patriarcha huius à Deo conſeruandæ regiæ urbis ſcriptæ ſunt, tam ad Cyrum, qui tunc fuerat epiſcopus Phaſidis, quàm ad Honoriũ quondam papam antiquæ Romæ: ſimiliter autem & epiſtolam ab illo, id eſt Honorio reſcriptam ad eundem Sergium: haſq; inuenientes omnino alienas exiſtere ab Apoſtolicis dogmatibus, & à definitionibus ſanctorum Conciliorum, & cunctorum probabiliũ Patrum: ſequi uerò falſas doctrinas hæreticorum, eas omni modo abijcimus, & tanquam animæ noxias execramur. Quorum autem (id eſt eorundem) impia execramur dogmata, horum & nomina à ſancta Dei Eccleſia proijci iudicauimus: id eſt, Sergij quondam præſulis huius à Deo conſeruandæ regiæ urbis, qui aggreſſus eſt de huiuſmodi impio dogmate conſcribere: Cyri Alexandriæ, Pyrrhi, Petri & Pauli, qui & ipſi præſulatu functi ſunt in ſede huius à Deo conſeruandæ ciuitatis, & ſimilia eis ſenſerunt: ad hęc & Theodori quondam epiſcopi Pharan: quarum omnium ſuprà ſcriptarum perſonarum mentionem fecit Agatho ſanctiſsimus ac ter beatiſſimus papa antiquæ Romæ, in ſuggeſtione quam fecit ad pijſsimum, & à Deo confirmatum Dominum noſtrum & magnum Imperatorem, eoſq; abijcit, utpote contraria rectæ fidei ſentientes: quos anathemati ſubmitti definimus. Cũ his uerò ſimul proijci à ſancta Dei catholica Eccleſia, ſimulq; anathematizari præuidimus, & Honorium, qui fuerat papa antiquæ Romæ: eo quòd inuenimus per ſcripta, quæ ab eo facta ſunt ad Sergium, quia in omnibus eius mentem ſecutus eſt, & impia dogmata confirmauit. Pertractauimus autem & Synodica Sophronij uenerabilis memoriæ quondam archiepiſcopi ſanctæ Dei Hieroſolymorum ciuitatis, & hæc reperientes cum uera fide conuenientia, Apoſtoliciſq; & ſanctorum atq; probabilium patrũ doctrinis paria, utpote quæ ſunt orthodoxa, recepimus, & ut ſalubria ſanctæ catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ ſuſcepimus, & nomẽ eius inſeri ſanctis diptychis ſanctarum Eccleſiarum iuſtum eſſe iudicauimus.

Deinde iudices glorioſiſsimi iubent, Antiochenæ ſedis epiſcopos & clericos decretũ facere, de eo quem uelint epiſcopum habere, & Imperatori offerre: ac petunt à Synodo, ut ſcripta Pyrrhi, Pauli, Petri, Cyri & Theodori, ex bibliotheca proferant, & de ijs quoque ſententiam ferant. Patres quidem reſpondent,

ſpondent, opus non eſſe, cum eorum hæreſis ſit aperta, & ab Agathone etiam ipſi damnati: ſed inſtantibus iudicibus conſentiunt, ut ſcripta illa proferantur, & legantur.

Recitantur autem in Synodo primùm duæ epiſtolæ Cyri ad Sergium, & exemplar ſatisfactionis factæ inter Cyrum & Theodoſianos.

Deinde, codex Theodori ad Sergium.

Tertiò, Pyrrhi liber de uolũtate & operatione.

Quartò, exẽplar epiſtolę Pauli ad Theodorum papam Romanum.

Quintò, epiſtola Petri ad Vitalianum.

Synodus autem de ijs pronunciat, quòd iuſte & rectè ab Agathone earũ autores ſint damnati.

Porrò releguntur etiam Synodica à Thoma, Iohanne & Conſtantino. Sed quia in ijs nihil reperitur de una uoluntate Chriſti, & Georgius Chartophylax iureiurãdo affirmat ſe nihil tale in alijs eorum libellis reperiſſe: Synodus pronunciat eos orthodoxos, & iubet nomina eorum in diptychis conſeruari.

Profertur etiam Honorij epiſtola Latina ad Sergium, epiſtola Pyrrhi ad Iohannem papam Romanum, & alij libelli: quos lectos Synodus damnat, & concremari iubet.

¶ IN ACTIONE decimaquarta, die 2 Aprilis, fit inquiſitio de libro Mennę ad Vigilium & de libris duobus Vigilij ad Iuſtinianũ & Theodorũ, repertis inter acta quinti Cõcilij in quibuſdam codicibus: & deprehenditur certorum hominum teſtimonijs, Macarium & Stephanum hæreticos libellos iſtos codicibus inſeruiſſe. Quare Synodus tandem hãc promulgat ſententiam:

Anathema libro qui dicitur Mennæ ad Vigilium, & qui eum finxerunt ſiue ſcripſerũt: Anathema libellis qui dicuntur facti fuiſſe à Vigilio ad Iuſtinianum & Theodoram diuæ memoriæ, qui & ſunt demonſtrati. Anathema ſimul, q falſauerũt acta ſancti & uniuerſalis quinti Concilij. Anathema, qui docuerunt & expoſuerunt, docentibusque uel poſtea docturis unam uoluntatem & unam operationem in incarnationis diſpenſatione Domini noſtri IESV Chriſti, ueri Dei noſtri, unius de ſancta Trinitate. Sanctorum quatuor Conciliorum ſempiterna memoria: Multos annos Imperatori Conſtantino, Magno Imperatori multos annos, pacifico Imperatori multos annos, Conſeruatori rectæ fidei multos annos. Fili Dei, da illi uitam: Fili Dei, da uictoriam illi.

Deinde, epiſcopi in Cypro, ex Athanaſio proferunt teſtimoniũ de duabus in Chriſto uoluntatibus & operationibus.

Tertiò, Domerius Pruſiados epiſcopus Polychronium accuſat, quòd Macarij & Stephani errores paſsim diſſeminauerit, & multos ſeduxerit: & petit ut acceſſatur, & cognoſcatur eius ſententia. Sed Patres in ſequentem ſeſsionem iſta reſeruant tractanda.

¶ IN ACTIONE decimaquinta, die 26 Aprilis, cũ ad Patres ingreſſus eſſet Polychronius monachus, glorioſiſsimi Iudices & Synodus dixerũt: Edicat Polychronius religioſus presbyter & monachus, quæ de fide eius ſunt, quomodo cõfitetur incarnationis diſpẽſationẽ Domini noſtri IESV Chriſti, ueri Dei noſtri, qui unus eſt de ſancta Trinitate? Polychronius religioſus monachus dixit: Ego expoſitionem fidei meę do in opere mórtui, rogans pro eo filium Dei, ut ſuſcitet eum. Sin autem non reſurrexerit, ecce Conciliũ & Imperator, quæ eis placuerint, in me faciant. Sanctũ Concilium dixit: Qualem expoſitionem fidei tuæ ſupra mortuũ ponere, ut reſurgat, agnoſcere uolumus.

Polychronius religioſus presbyter & monachus dixit: Ego pono expoſitionem meã ſupra mortuum, & tunc eam relegetis. Sanctum Concilium dixit: Ecce mortuus præparatus eſt. Expoſitionem ergo fidei tuæ profer, quæ debeat ſuperponi mortuo, ut ſuſcitet eum, ſicut dixiſti. Et protulit idem religioſus Polychronius chartulam bullatam, bulla exprimente monogrammum Polychronij confeſſoris, quæ habebat ſuperſcriptionem: Conſtantino à Deo coronato & ſapiẽtiſsimo magno Principi Polychronius. Et dixit: In hoc eſt fides mea, & ita mihi oſtendit Deus, ut ponam eam ſuper mortuum: & ſi non ſurrexerit, ut prædixi, quia & Imperator eſt, & Concilium, & quomodo iuſſerint, iudicent. Sanctum Concilium dixit: Chartula quæ prolata eſt à Polychronio religioſo monacho, diſbulletur atque relegatur. Et diſbullata eſt huiuſmodi chartula. Quam accipiens Antiochus religioſus lector & notarius ſanctiſsimi patriarchæ Cõſtantinopoleos, relegit prædictam chartulã, habentem his uerbis ita: Conſtantino à Deo coronato ac manſuetiſsimo magno Principi, ego Polychronius tanquã præſens, ſaluto & adoro: & quia uidi multitudinẽ uirorũ & candidarorũ, & in medio uirũ, cuius uirtutem narrare non ualeo, dicentem mihi: Quia nouam fidem componis, feſtina, & dic imperatori Cõſtantino, Non facias nouam fidem, neq; acquieſcas. Et ueniẽte me ab Heraclea Chryſopolim, & ſtante me in ſolario (hora erat quaſi ſeptima diei) uidi uirũ terribilem cãdidarum ualde, & ſtetit coram me, dicens: Quia qui non cõfitetur unam uoluntatem & deiuirilẽ operationẽ, nõ eſt Chriſtianus. Ego antè dixi: Hoc & Cõſtantinus ſapiẽtiſsimus Imperator præfiniuit, unam uoluntatem & deiuirilem operationem. Ille autem dixit:

Multum

Mulrum bene,& Deo placirè. Sanctum Cōcilium dixit:Edicat Polychronius religioſus monachus,ſi lireræ quæ in prçſenti continétur cbarrula,propriæ eius manus exiſtunr:& ſi ipſa eſt chartula,quæ debear ſuper mortuũ poni,& reſuſcitare eum. Polychronius religioſus monachus dixir: Ira eſt, Domini. Propriæ meæ manus exiſtunt.Et iſta eſt chartula,quæ deber à me ſuperponi mortuo, eumq́ue reſuſcitare. Glorioſiſsimi Iudices & ſanctum Concilium dixerunt: Præuidimus,ur chartula quæ relecta eſt, ſuper mortuum poni ab eodé Polychronio, iuxta propoſitionem quæ ab eo facta eſt,extra hoc ſacrum palarium, in loco publico, in præſentia noſtra & plebis, quæq́; inoenta fuerir ad ſatisfactionem Cbriſto amabilis populi,qualirer Deus ueritarem demonſtrer. Et egredíéribus tam glorioſiſsimis Iudicibus & ſancto Concilio, & plurimo populo congregato,In arrio publici lauacri,quod dicirur Zeuxippus,appoſirus eſt ei io argenteo exequiali ferertro mortuus:ſimiliter coram glorioſiſſimis Iudicibus,& his qui erár ex ſancto Cōcilio,plurimoq́; Chriſto amabili populo ibidem inuento,ſuperaſsiſtens idem Polychronius,poſuit ſupra ipſum mortuum huiuſmodi fidei ſuæ chartulá. perq́; plures horas perſeuerans,& inſuſurrans ei, nibil horum quæ ab eo ſtolidè ac blaſphemè promiſſa fuerant, ualens peragere, idem Polychronius dixir: Nullarenus ſe poſſe mortoum ſuſcitare. Populus iraque qui ibidem aderat, exclamauit dicens:Nouo Simoni anathema, Polychronlo ſeductori populi anarbema. Ετirerum ingredienres & glorioſiſsimi Iudices,& ſanctum ac uniuerſale Concilium in Secrerario ſacri palatij,quod appellarur Trullus,prçſente eodem religioſo presbytero & monacbo dixerunt: Edicar irerum Polychronius monacbus,ſi cooſiterur duas naturales uolunrates,& duas narurales operationes in incarnationis diſpenſarione Domini noſtri IESV Chriſti,ueri Dei noſtri, qui unus eſt de ſancta Trinitate? Polycbronius religioſus monachus dixir: Sicur continet chartula quam obtuli, & poſui ſupra mortuum, ita credo, unam uolontatem & deiuirilem operationé: & alrerum quid non dico. Glorioſiſsimi Iudices & ſanctum Concilium dixerunr:Chartam quam obtuliſti,quis ſcripſit? Polychronius dixir:Propria mea manus exiſtit. Sanctum Concilium dixit:Poſtquam Polychronius monachus in proprio errore uſque in ſenium perſeuerauit,nunc aurem etiam à nobis commonitus,quomodo ſentiar de humanatione Domini noſtri IESV Chriſti,ueri Dei noſtri,conatus eſt tenrare Spiritum ſanctum: & blaſphemam componens chartulam, obſtinanrer affarus eſt ponere eam ſuper mortuum,& ad firmitatem blaſphemiç quæ in ea fuerat ſcripra,ut non dicamus fide huiuſmodi mortuum reſurrecturum:nos (iuxta quod dictum eſt à ſancto Paulo apoſtolo) anathemari iam hunc ſecondum animam ſubmiſimus. ſed ad ſatisfactionem Chriſto amabiliũ populorum,quorum plurimos præteritis téporibus ram ipſe quàm eius conſentanei deceperár,permiſimus talem eius præſumptionem,dæmonioſamq́; ac temerariam propoſirionem publicè fieri,& mortuũ quem quæſierar,in medium deduci in præſenria noſtra & glorioſiſsimorum Iudicum,& multitudinis Chriſto amabilis populi. Ille propoſuir, tale eius impium ſcriptum ſuperponens, & plurimam horam, quáram ipſe uoluir,ſuperaſsiſtés eidem morruo,& ſuperſuſurrans intra ſemeripſum quæq; putauir, donec dixit, Non ſe poſſe facere. Quomodo namq; eſſet poſsibile,blaſphemantem in Deum uirtures operari? Vnde præuidimus,hunc ranquam ſeductorem populi,& deceprorem,& manifeſtum hærericum, omni ſacerdotali ordine & officio denudari. Et depoſito eo, ſanctum Concilium exclamauir: Polychronio bærετico,& conſentaneis eius anarhema: Macario & Srephano,ſimilibus Polychronio,anathema. Triniras iſtos rres depoſoir. Glorioſiſsimi Iudices & ſanctum Coucilium dixerunr: Sufficiunt quæ hodierna die acta ſunt.

¶IN ACTIONE decimaſexta, nono die Auguſti, Conſtantinus presbyrer eccleſiæ Apamenſis ſecundæ Syriæ in conſeſſum admiſſus,inquit: Veni ad ſanctum nuru diuino congregatum oeſtrum Concilium,ut inſtruã uos.quia ſi auditus eſſem hoc anno, non baboiſſemus perpeti hoc,quod paſsi ſumus in prælio.Volui enim ingredi in Synodo, & rogare ut pax fierst, quatenus aliquod Henodicum,id eſt adunatorium fieret in medio,ut neq; illi neque illi contriſtarentur: hoc eſt, qoi dicunt unam uoluntsrem, & qui dicunr duas uolunrares. Et profectus ſum ad Theodorum patriciom ſtraregum, & rogaui eum, quatenus ipſe pro me loqueretur ad Synodum,& fierer charitas & pax, quia pacem & charirarem plos omnibus diligit Deus. Et nunc, ſi iuberis, ur quod mihi Deus dedir de fide,conſcribam Syriacè,& inrerpreterur Grçcè. Sancta Synodus dixir: Quemadmodum proprieraris indicia inſinuaſti nobis Græcè, ſimilirer & quæ fidei tuæ ſunt,dic ru.Conſtãtinus presbyrer dixir: Inducias, Domini, accipiam ſex dierum, & ſcribam apud me fidẽ meam,& deferam eam ad ſanctum ueſtrum Concilium. Glorioſiſsimi Iudices & ſancta Synodus dixerunt: Ioxta propoſitionem tuam aduениſti ad nos, ur debeas quæ fidei tuæ ſonr dicere. neceſſarium ergo exiſtir, ut confeſtim quç fidei ruæ ſuut edicas nobis, &

modum

modum hynodici, id eſt adunatorij, quod dixiſti fieri. Conſtantinus religioſus preſbyter dixit: Ego duas naturas dico, ſicut dictũ eſt in Chalcedone: & duas proprietates, & de operationibus contentionem non habeo, ſicut proprietates eas dicitis: uoluntatẽ uerò unam dico perſonæ Dei uerbi ipſius ſubſiſtentiæ. Nam ſi uolueritis ediſcere ueritatem bene, quid ſit hypoſtaſis, id eſt ſubſiſtentia, Grçcè neſcio: uoluntatem uerò dico eſſe perſonæ Dei uerbi, & poſt incarnationẽ. Patris quippe, Filij, & Spiritus ſancti, una eſt uoluntas. Glorioſiſsimi Iudices & ſancta Synodus dixerunt: Ipſa una uoluntas quam dicis in diſpenſatione incarnationis Domini noſtri IESV Chriſti, diuinæ eius naturæ eſt, an humanæ eius naturæ? Conſtantinus religioſus dixit: Diuinitatis dico eſſe uoluntatem. Glorioſiſsimi Iudices & ſancta Synodus dixerunt: Humana natura Domini noſtri IESV Chriſti habuit uoluntatem, an non? Conſtantinus religioſus dixit: Naturalem etiam habuit. Habuit nãq; eam ab utero uſq; ad crucem: ad proprietatẽ hanc dico, & proprietas eſt. Glorioſiſsimi Iudices & ſancta Synodus dixerunt: Quid ergo? Ab ipſa cruce naturam humanam deſeruit Chriſtus? Conſtantinus religioſus dixit: Non manſit cum eo humana uolũtas, ſed manſit cum ſanguine & carne: quia non indiget neq; comedere, neque bibere, neq; dormire, neq; ambulare.

Glorioſiſsimi Iudices & ſancta Synodus dixerunt: Antè hoc eſſatus es, quòd unam uoluntatem habuit perſona Dei uerbi: & poſt hoc dixiſti, quia naturalẽ habuit uolũtatem humanitas eius, unde ſecundum ſermones tuos unam habuit perſonalem uoluntatem, & unam naturalem: & quomodo tu unam uoluntatem ſentis in Chriſto? Cõſtantinus religioſus dixit: Chriſtus deſeruit & exuit eam in carne & ſanguine. Glorioſiſsimi Iudices & ſancta Synodus dixerunt: Vbi itaque remanſit ipſa caro & ſanguis? Conſtantinus religioſus dixit: Exuit eam. Glorioſiſsimi iudices & ſancta Synodus dixerunt: Quis exuit carne? Conſtantinus religioſus dixit: Chriſtus. Glorioſiſsimi Iudices & ſancta Synodus dixerunt: Et humanã uoluntatem ſimul exuit cum carne? Conſtantinus religioſus dixit: Etiam, Domini, uoluntatem illam. Glorioſiſsimi Iudices & ſanctum Concilium dixerunt: Macarius, qui fuit patriarcha Antiochiæ ſic credebat ut dicis? Conſtantinus religioſus dixit: Etiam Domini, ſicut ego dico unam uoluntatem, ita & Macarius dicebat. Sic namque & ex eo audiui. Sancta Synodus dixit: Ita ſentis, & ita perſeueras uſque ad finem in hac ſecta? Conſtantinus religioſus dixit: Etiam Domini, ſic ſentio, & ſic credo, & non eſt poſsibile aliter. Sancta Synodus exclamauit: Hæc ſecta Manichæorum eſt: hæc eſt fides Apollinarij. Anathema illi cum dogmatibus ſuis. Nouo Manichæo anathema, Nouo Apollinario anathema: Foràs mittatur Manichæus, omnibusq; hæreticis anathema.

Deinde à Georgio epiſcopo Conſtantinopoleos Synodus admonita, in exclamationibus nominatim perſonas hæreticorum anathematizat: nimirùm Theodotum Pharanitanum, Sergium, Cyrum, Honorium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, Macarium, Stephanum, Polychronium, Aſpergium Pergenſem, & omnes qui ſuffragantur hæreticis.

Tertiò, glorioſiſsimi Iudices dixerunt: Edicat ſanctum & uniuerſale ueſtrum Concilium, ſi quicquam de his quæ ad ſcrupuloſiorem indagationem pertinent, relictũ eſt ſuper præſente Capitulo, & debeat ampliorem ſcrutationem & inquiſitionem circa id adhibere ſanctitas ueſtra. Sancta Synodus dixit: Sufficienter quidem habent quæque uſque nunc geſta ſunt ac decreta, & ad præſentem dogmaticam inquiſitionem intendunt. In ſequenti uerò, inſpiratione ſancti & uiuifici Spiritus, definitionem rectæ fidei conuenientem Synodaliter ſtatuemus.

¶ IN ACTIONE decimaſeptima, undecimo ſeptembris, indictione decima, definitoria ſententia Synodi promulgatur in hũc modum:

Vnigenitus Dei patris filius & Verbum, qui per omnia ſimilis nobis abſq; peccato factus eſt, homo Chriſtus, uerus Deus noſter, per Euangelicas uoces flagranter prædicauit: Ego ſum lux mundi. Qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen uitæ. Et iterum: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Ac proinde diuinitùs edita pacis doctrina, Deo inſtruẽte, manſuetiſsimus noſter Imperator inſtitutus, propugnator quidem eſt rectæ fidei, expugnator uerò prauæ doctrinæ, hoc ſanctũ uniuerſale noſtrum congregans collegium totius Eccleſiæ adunauit compaginem. Vnde hoc ſanctum noſtrum uniuerſale Concilium impietatis errorem nũc uſq;, qui à quibuſdam temporibus factus eſt, procul abijciens, ſanctorum autem ac probabilium Patrum inoffenſè recto tramite iter conſecutum, ſanctasq; & uniuerſales quinq; Synodos piè in omnibus eis conſonuit: trecentorum (inquimus) decem & octo ſanctorum Patrum, qui in Nicæam conuenerunt aduerſus Arium furioſum: & ei qui à C L à Deo inſpiratis uiris poſt hanc apud Conſtantinopolim

nopolim aduerſua Macedonium impognatorem Spiritua, & Apollinarem impium: ſimiliter & ei quæ in Epheſo prios, aduerſus Neſtorium Iudaicæ intelligentiæ congregata eſt ducentorum uenerabilium uirorum : atque ei quæ in Chalcedona, ſexcẽtorum triginta Deo inſpiratorum Patrum aduerſum Eutychen & Dioſcorum Deo odibiles : ſoper has & ultimæ harum quintæ ſanctæ Synodi, quæ hic congregata eſt aduerſus Theodorum Mopſueſtenum, Origenem, Didymum & Euagriũ, & ſcripta Theodoriti aduerſum duodecim capitula laudabilis Cyrilli, & epiſtolam quæ dicitur Ibæ ad Marim Perſam ſcriptã, immutilaras quidem in omnibus pietatis renouans ſanctiones, prophanaa uerò impietatis expellens doctrinas. Et id quod eſt à trecentis decem & octo Patribus editum, & dehinc à C L Deo inſtituente confirmatum eſt, qood etiam cæteræ ſanctæ Synodi ad extinguendam omnem peſtiferam hæreſin alacriter ſuſceperunt & confirmauerunt Symbolum, & hoc noſtrum ſanctum & uniuerſale à Deo inſpiratum conſignauit Concilium, Symbolum Nicęnum trecentorum decem & octo:

Credimus in unum Deũ, patrem omnipotentem, uiſibilium & inuiſibium factorem: & in unum Dominum IESVM Chriſtum, filium Dei, qui natua eſt ex patre, unigenitũ, hoc eſt, de eſſentia Pattis : Deum de Deo, lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero : natum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt quæ in cœlo & quæ in terra: propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendentem de cœlo, incarnatumq́ue & humanatum, paſſum, & reſurgentem tertia die, & aſcendentem in cœlum, & uenturum iudicare uiuos & mortuos : & in Spiritum ſanctum. Eos aũt qui dicunt, quia erat aliquando quãdo nõ erat: & antequam naſceretur, non erat: & quia ex nihilo factus eſt, uel ex altera ſubſtantia uel eſſentia dicentes eſſe, aut uerribilem filium Dei: hos anathematizat catholica Eccleſia & Apoſtolica. Et C L ſanctorum Patrum Conſtantinopoli congregatorum:

Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, uiſibilium omnium & inuiſibilium. Et in unum Dominum IESVM Chriſtum, filium Dei unigenitum, qui ex patte natus eſt ante omnia ſecula, lumen de lumine, Deum uerum de Deo ueromatum, non factum, conſubſtãtialem Patri, per quem omnia facta ſunt: propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendentem de cœlis, & incarnatum de Spiritu ſancto & Maria uirgine : & hu manatum, crucifixumq́ue pro nobia ſub Pontio Pilato, & paſſum & ſepultum, & reſurgentem tertia die ſecundum Scripturas, & aſcendentem in cœlos, & ſedentem ad dexteram Patris, & iterum uenturum cum gloria iudicare uiuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum ſanctom, Dominum & uiuificatorem, ex patre procedentem, cum patre & filio coadorandum & conglorificandum, qui locutus eſt per prophetas. Et unám ſanctam catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam. Confitemur unum baptiſma, in remiſsionem peccatorum : ſperamus reſurrectionem mortuorum, & uitam futuri ſeculi, Amen. Sufficiebat quidem ad perfectam orthodoxæ fidei cognitionem atque confitmationem, pium atque orthodoxum hoc diuinæ gratiæ Symbolum. Sed quoniam non deſtitit ab exordio adinuentot malicię: cooperatorem ſibi ſepentem inoeniens, & per eũ uenenoſam humanæ naturæ deferẽs mortem, & ita organa ad propriam ſui uoluntatem apta reperiens: Theodorum dicimus, qui fuerat epiſcopus Pharan: Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, qui fuerunt huius regiæ urbis antiſtites : inſuper & Honorium, qui fuit papa antiquæ Romæ: & Cyrum, qui Alexandriæ tenuit epiſcopatum: Macarium quoque, qui nuper fuerat Antiochiæ præſul : & Stephanum eius diſcipulum: non uacauit per eos plenitudini Eccleſiæ erroris ſcandala ſuſcitare, unius'ue uoluntatis, & unius operationis in duabus naturis unius de ſancta Trinitate Chriſti ueri Dei noſtri orthodoxæ plebi uniſonè diſſeminando hæreſim, conſentaneam inſanæ ac malicioſæ ſectæ impiorum Apollinarij, Seueri atque Themiſtij: & perfectionem humanitatis unius eiuſdemq́ue Domini IESV Chriſti Dei noſtri molita eſt per quandam doloſam adinuentionem perimere, per hoc inuoluntariam & inoperatricem carnem eius, quæ intellectualiter animata eſt, infamiter introducens. Excitauit igitur Chriſtus Deus noſter fideliſsimum Imperatorem, nouum Dauid, uirum ſecundum cor ſuum inueniens, qui non dedit (iuxta quod ſcriptũ eſt) ſomnum oculis ſuis, & palpebris ſuis dormitationem, donec per hunc noſtrum à Deo congregatum ſacrumq́ue conuentum, ipſam rectæ fidei reperit perfectam prædicationem (ſecundum enim à Domino editam uocem: ubi duo uel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum) quæ præſens ſancta & uniuerſalis Synodus fideliter ſuſcipiens, & expanſis manibus amplectens, tam ſuggeſtionem quæ à ſanctiſsimo ac beatiſsimo Agathone papa antiquæ Romæ facta eſt, ad Conſtantinum pijſsimum atque fideliſsimum noſtrum

noſtrum Imperatorem, quæ nominarim abiecit eos qui docuerunt uel prædicauerunt (ſicut ſuperius dictum eſt) unam uoluntatem & unam operationem in incarnationis diſpenſatione Domini noſtri IESV Chriſti, ueri Dei noſtri: ad æquè amplexa eſt & alteram Synodalem ſuggeſtionem, quæ miſſa eſt à ſacro Concilio, quod eſt ſub eodem ſanctiſsimo Papa centnm uigintiquinque Deo amabilium epiſcoporum, ad eius à Deo inſtructam tranquillitatem, utpote conſonantem ſancto Chalcedonenſi Concilio, & Tomo ſacerrimi ac beatiſsimi papæ eiuſdem antiquæ Romæ Leonis, qui directus eſt ad ſanctum Flauianum, quē & titulum rectæ fidei huiuſmodi Synodus appellauit: ad hæc & Synodicis epiſtolis quæ ſcriptæ ſnnt à beato Cyrillo adnerſus impium Neſtorium, & ad orientales epiſcopos. Aſſequnti quoque ſancta quinque uniuerſalia Concilia, & ſanctos atq; probabiles Patres, conſonanterque confiteri definientes Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, nerum Dominum noſtrum, unum de ſancta & conſubſtantiali & uitæ originem præbente Trinitate, perſectum in deitate, & perfectum eundem in humanitate, Deum uerè, & hominem uerè, eundem ex anima rationali & corpore, conſubſtantialem patri ſecundum deitatem, & conſubſtantialem nobis ſecundum humanitatem, per omnia ſimilem nobis, abſque peccato, ante ſecula quidem ex patre genitum ſecun dum deitatem, in nltimis diebus autem eundem propter nos & propter noſtram ſalutem de Spiritu ſancto & Maria uirgine propriè & ueraciter Dei genetrice ſecundum humanitatem, unum eundemq; Chriſtum filium Dei unigenitum, in duabus naturis inconſulè, inconuerribiliter, inſeparabiliter, indiuiſè cognoſcendū, nunquā extincta harū naturarū differentia propter unitionem, ſaluataq; magis proprietate utriuſque naturę, & in unā perſonā, & in unā ſubſiſtentiā concurrentē, non in duas perſonas partitū uel diuiſum, ſed unum eundemque unigenitum filiū Deū uerbum Dominū IESVM Chriſtū, iuxta quod olim prophetæ de eo, & ipſe nos Dominns IESVS Chriſtus erudiuit, & ſanctorum Patrum nobis tradidit Symbolum: & duas naturales uoluntates in eo, & duas naturales operationes indiuiſe, inconuertibiliter, inſeparabiliter, inconfuſe, ſecundum ſanctorum Patrum doctrinam adæquè prædicamus: & dnas naturales uoluntates non contrarias (abſit) iuxta quod impij aſſeruerunt hæretici, ſed ſequentem eius humanam noluntatem & nō reſiſtentem uel reluctantem, ſed potius & ſubiectam diuinæ eius atq; omnipotēti uoluntati. Oportebat enim carnis uolnntatem moueri, ſubijci uerò uoluntati diuinæ, iuxta ſapientiſsimum Athanaſium. Sicut enim eius caro Dei uerbi dicitur, & eſt: ita & naturalis carnis eius uoluntas, propria Dei nerbi dicitur, & eſt. ſicut ipſe ait: Quia deſcendi de cœlo, non ut ſaciam noluntatem meā, ſed eius qui miſit me, Patris. Suā propriam dicens uoluntatem, quæ erat carnis eius. nā & caro propria eius facta eſt. Quēadmodum enim ſanctiſsima atque immaculata animata eius caro deificara eſt, non eſt perempta, ſed in proprio ſui ſtatu & ratione permanſit: ita & humana eius uoluntas deificata, non eſt perempta, ſaluata eſt autem magis, ſecundum deiloquum Gregorium dicērem: Nam illius uelle, qnod in Saluatore inrelligitur, nō eſt conrrarium Deo, deificatum eſt totum. Duas uerò naturales operationes indiuiſè, inconuertibiliter, inconfuſè, inſeparabiliter in eodem Domino noſtro IESV Chriſto, uero Deo noſtro glorificamus: hoc eſt, diuinam operationem, & humanam operationem, ſecundum diuinū prædicatorem Leonem apertiſsimè aſſerentes. Agit enim utraque forma cum alterius communione, quod proprium eſt, nerbo ſcilicet operante quod uerbi eſt, & carne exequente quod carnis eſt. Nec enim in quoquam unam dabimus naturalem operationē Dei & creaturæ, ut neq; quod creatū eſt in diuinā educamus eſſentiā: neq; quod eximiū eſt diuinæ naturæ, ad cōpetentem creaturis locū deijciamus. Vnius enim eiuſdēq; tam miracula, quamq; paſsiones cognoſcimus, ſecundū aliud & aliud eorū ex quibus eſt naturis, & in quib. habet eſſe, ſicur admirabilis inquit Cyrillus. Vnde igitur incōfuſum atq; indiuiſum cōſeruantes, breui uoce cuncta proferimus unum ſanctæ Trinitatis & poſt incarnationem Dominum noſtrum IESVM Chriſtum uerum Deum noſtrum eſſe credentes, aſſerimus duas eius eſſe naturas in una eius radiantes ſubſiſtentia, in qua tam miracula quamque paſsiones per omnem ſui diſpenſationem conuerſatus, non per phantaſiam, ſed ueraciter hæc demonſtrauit, ob naturalem differētiam in eadem una ſubſiſtentia cognoſcenda, dum cum alterius communione utraque natura indiuiſè & inconſuſè propria uelit atque operetur: iuxta quam rationem, & duas naturales uoluntates & operationes confitemur, ad ſalutem humani generis conuenienter in eo concurrentes. His igitur cum omni undique cautela atqne diligentia à nobis formaris, defioimus aliam fidem nulli licere proferre aut conſcribere, componere ue aut ſapere, uel etiam aliter docere. Qui uerò præſumpſerit fidem alterā cōponere uel

proferre, uel docere uel tradere, aut Symbolum uolentibus conuerti ad agnitionem ueritatis ex gentilitate uel Iudaiſmo, aut ex qualibet hæteſi: aut qui nouitatem uocis, uel ſermonis adinuentionem ad ſubuerſionem eorum quæ nunc à nobis determinata ſunt, introducere: hos, ſiquidem epiſcopi fuerint, aut clerici, alienus eſſe, epiſcopos quidem ab epiſcopatu, clericos uerò à clero: ſin autem monachi fuerint, uel laici, etiã anathemacizari eos.

Subſcriptorum centum ſexaginta duorum nomina, extant in ſecundo Tomo Conciliorum.

¶ IN ACTIONE decimaoctaua, die 16 Septembris, indictione decima, Synodus Imperatori offert ſuam definitionem ſubſcriptam à Patribus: & rogat eum, ut ipſe cognoſcat & confirmet. Ille uerò interrogat, num omnium epiſcoporum conſenſu ea ſit facta? reſpondent Patres: Omnes ita ctedimus, omnes idipſum ſentimus, omnes conſentientes & amplectentes ſubſcripſimus, orthodoxè oẽs ctedimus, hæc eſt fides Apoſtolorũ, hæc eſt fides Patrũ, hæc eſt fides orthodoxorũ. Cõſtantinus aũt inquit: Deum teſtem proferimus ſancto & uniuerſali ueſtro Concilio, quod abſque quolibet fauore & inuidia, principale deſideriũ & zelus extitit nobis, irreprehenſibilem eſſe & immaculatam noſtram orthodoxam Chriſtianotũ fidem, & cum ſtabilitate nos eam cõſeruare in nomine Dei, ſecundũ doctrinã atq; traditionẽ quæ tradita eſt nobis tam per Euangelium quamq; per ſanctos Apoſtolos, & per ſtatuta ſanctorũ quinq; uniuerſalium Conciliorũ, ſanctorũq; ptobabilium Patrum. & non mediocriter nos pro hoc deſiderium coarctabat, ex quo (iubente Deo noſtro) autoraliter accepimus ſolium imperij noſtri. Cum ergo Deo placuit tempus concedere, inuitauimus fieri collectionem ueſtram, ad conſiderandum uobis ſanctas Dei Scripturas, omnemq́ue uocis ſiue aſſertionis nouitatem, quæ adiecta eſt ad intemeratam noſtram Chriſtianorum fidem in his uicinis temporibus, à quibuſdam praua ſentientibus expellendam, mundiſsimamq́ue nobis hanc contradendam (ſicut prædictum eſt) quatenus ſecundum ſancta & uniuerſalia quinque Concilia, & ſtatuta ſanctorum uenerabilinm Patrum: ita eam & nos cuſtodiamus uſque in mortem. Ibi ergo iudicemur uobiſcum apud terribile tribunal Dei, quando futurus eſt iudicare uiuos & mortuoa, ſi forſitan aliquam unquam conſcientiam habetis, fuiſſe intermiſſum in definitione, quæ à uobis promulgata eſt: ſed & ſi quiſquam ex uobis forſitan uult dicere, utique examinato ſetmone, qui fuetit à quolibet ex uobis prolatus, ex omni patte per gratiam & inſpirationem ſancti Spiritus, ſummitatem comprehendamus ſanctæ & immaculatæ fidei, quæ tradita eſt nobis à ſanctis Apoſtolis & diſcipulis Domini & Saluatoris noſtri IESV Chriſti, ueri Dei noſtri: & eis qui deinceps reperti ſunt probabilibus Patribus, & ſanctis quinque uniuerſalibus Concilijs. quatenus uno ore, unoq́ue corde omnes Eccleſiæ Dei hymnum offetant in tempore regni noſtri miſericordiſsimo Deo noſtro, rectè annunciantes uerbum ueritatis eius, & perfectius extinguatur omnis hæreticæ præſumptionis iactantia ab eius benignitate.

Deinde ſermonem acclamatorium Imperatori offerunt, qui eius aſſenſu telegitur. exemplum extat in 2. Tomo Conciliorum: unde petat, qui uolet.

Tertiò, ab Imperatore promulgatnr edictum, in quo occaſio & ſententia Synodi cõmemoratur, & confeſsio ueræ fidei repetitur: ac pręcipitur, ut omnes hanc confeſsionem amplectantur: & tecuſantibus, præter æterna ſupplicia, etiã corporalea pœnæ denunciantur: nimirum ſi epiſcopi uel clerici, uel monachi ſint, deportatio: ſi uerò politici, & in ordine dignitatis conſtituti, proſcriptio, & cinguli ademptio. ſin uerò plebeij homines, expulſio ex ciuitate regia.

Dutauit Synodus ultra biennium. nam octaua (licet alij nona uelint) indictione, legati Romani, in Nouembri, Cõſtantinopolin uenerũt: & poſt decimã indictionem elapſam, menſe Iulio reuerſi ſunt, ut patet ex epiſtola Leonis ſecundi, tomo 2 Conciliorũ. Et Petrus Nicomediæ epiſcopus 14. anno Cõſtantini eam finitã eſſe dicit, diſtinct. 16. cap. Habeo librum.

Finito Concilio, Imperatot legatos Romanos remittit cũ literis ad Concilium Romanum: in quibus commendat eorum ſtudium in conſeruanda uera doctrina, & gratias agit Agathoni pontifici pro ſua inſtructione, & tranſmittit ſimul acta Synodi: ut patet ex epiſtola Conſtantini in ſecundo tomo Conciliorum. Ad eam uerò reſpondet Leo ſecundus, Agathonia ſucceſſot, & Imperatoris pietatẽ celebrat, & acta iſtius Synodi approbat & confirmat, & contraria ſentientes excommunicat: ut conſtat ex eius epiſtola ad Conſtantinum, in ſecũdo tomo Conciliorum.

Narrat Beda in libro de Rationo temporum, & Marianus Scotus, & alij, Iohannem Portuenſem epiſcopum, legatum Romani pontificis, Miſſas publicè Conſtantinopoli in eccleſia Sophię corã Imperatore & patriarcha Latinè celebraſſe. Hũbertua uerò contta Nicetam, ex geſtis Agathonia hęc addit:

Tune

Tunc pijſsimus princeps Conſtantinus interrogauit eos, qualiter Romana eccleſia de Sacrificio corporis & ſanguinis Domini noſtri I E S V Chriſti ordinem teneret? Illi reſponderunt: In calice Domini non ſolùm debet offerri uinum,ſed aqua mixtum. Nam ſi ſolum uinum offertur,ſanguis Chriſti incipit eſſe ſine nobis:& ſi aqua pura offeratur,ſola plebs Chriſtiana incipit eſſe ſine Chriſto: quoniam utrumque admiſcetur,id eſt uinum & aqua, tūc ſacramentum ſpirituale perficitur. Oblatio uerò quæ in ſacrificium altaris offertur, nullam commixtionem aut corruptionem fermenti debet habere: ſicut beata uirgo Maria abſque omni corruptione Chriſtum concepit,& peperit. Hinc in Eccleſia mos obtinuit,ut ſacrificium altaris non in ſerico,aut in panno tincto,ſed in lineo terreno celebretur. Sic corpus Domini in ſyndone munda ſepultum ſit,& oblatio munda debet eſſe à fermento: iuxta quod in geſtis pontificalibus à beato Syluestro legimus eſſe ſtatutum. Tunc pijſſimo Principi placuit hæc traditio Apoſtolicæ ſedis. Hinc Chronici quidam de Miſſæ celebratione dixerunt, in hac Synodo eſſe conſtitutam.

SYNODI SVB IVSTINIANO.

ALTERA PARS SEXTÆ *uniuerſalis.*

POſt annos quatuor aut quinque, Iuſtinianus Imperator eoſdem patres ad Synodum reuocauit: uenerunt plerique omnes,atq; etiam Romanus pontifex ſuos remiſit legatos.

In eadem autem Synodo, cum repetita eſſent acta ſuperiora, & approbata, Patres dixerunt: Quoniam ſanctæ uniuerſales Synodi, quinta ſub Iuſtiniano Auguſto, & ſexta ſub Conſtantino patre Auguſto, de myſterio fidei pleniſsimè diſputantes, Canones non fecerunt, ſicut cæteræ quatuor uniuerſales Synodi: propterea nos conuenientes in hanc Imperialem urbem, ſacros Canones conſcripſimus. Gratian. diſtinctione 16.

Teſtatur autem Petrus Nicomediæ epiſcopus, apud Gratianum diſtinctione 16. capite,Habeo librum:Patres in hoc Concilio ad correctionem Eccleſiæ condidiſſe, promulgaſſe & ſubſcripſiſſe Canones centum & duos:qui ſi extarēt, de multis rebus monere lectores poſſent.Nam non ſine cauſa à Romano pontifice reiecti ſunt. quoſdā tamen hinc inde collectos adſcribimus.

II. *Canon.*

¶ Placuit huic ſanctæ Synodo, ut amodò cōfirmata & rata ſint Canonum Apoſtolorum capitula octogintaquinq;.Gratian. diſt.16,dicit fuiſſe ſecundum in ordine.

XIII. *Canon.*

Quoniam in Romano ordine Canonis eſſe cognouimus traditum, eos qui ordinati ſunt diaconi uel presbyteri, confiteri, quod non ſuis iam copulentur uxoribus: antiquum ſequentes Canonem Apoſtolicæ diligentiæ, & conſtitutiones ſacrorum uirorum,legales nuptias amodò ualere uolumus,nullo modo cum uxoribus ſuis eorum connubia diſſoluentes, aut priuantes eos familiaritate adinuicem in tempore opportuno. Quicunque ergo diligens inuentus fuerit in ſubdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut ſacerdotali, hi nullo modo prohibentur ad talem aſcendere gradum, pro uxoris ſuæ cohabitatione: nec etiam tempore ordinationis ſuæ profiteri caſtitatem cogantur,quod abſtinere debeant à legitimæ uxoris familiaritate. Item: Oportet eos qui altari miniſtrant,in tēpore oblationis ſanctorū cōtinentes eſſe in omnibus, ut à Deo poſsint conſequi quæ ſuppliciter poſtulant.Si quis igitur præſumpſerit contra Apoſtolicos Canones,aliquos presbyterorum & diaconorum priuare à contractu & communione legalis uxoris ſuæ,deponatur.Similiter & presbyter aut diaconus,qui religionis cauſa uxorem ſuam expellit, excommunicetur: ſi uerò in hoc permanſerit, deponatur. Diſtinct.31.cap. quoniam. Niceta monachus dicit,hunc eſſe Canonem decimumtertium ſextæ Conſtantinopoleos.

XI. *Canon.*

Nemo in ſacerdotali conſtitutus ordine, aut laicus,ea quæ apud Iudæos ſunt comedat, aut cū eis cohabitet,aut in infirmitatib. eos inuitet,aut medicinā ab eis accipiat,uel in balneis cū eis lauetur. Si quis hoc agere initiauerit, ſiquidem clericus fuerit, deponatur: ſi autem laicus,ſequeſtretur. Qui azymum confecerit,& comederit,etſi nō acceperit hoc à Iudæis, ſed imitator illorum fuerit,in hoc ut Iudæus intelligetur, & extra legem eſt: quemadmodum & ſi circumcidit ſeipſum, aut à Iudæis circumciditur, finalis inſcientia eſt illius, Canonesq; & inſtituta Apoſtolorum patrumq; tranſgrediens. Hunc Canonem undecimū eſſe, Niceta in libello contra Latinos annotat.

LII. *Canon.*

In omnibus ſanctis quadrageſimæ ieiuniorum diebus,præter Sabbatum,& Dominicum diem, & ſanctæ Annunciationis diem,fiat Miſſa de antè ſanctificatis oblationibus. Hunc Canonem quinquageſimumſecundum,dicit idem Niceta: & Hugo Aethereanus,de Concilijs generalibus & ſpecialibus.

¶ In quibus ſanctarum imaginum picturis, agnus digito Præcurſoris indicatus, expreſſus eſt, qui in formam acceptæ gratiæ, uerum nobis per legem agnum Chriſtum, Deum noſtrum oſtendit. Veteres igitur typos, & adumbrata ueritatis ſymbola, præfigurationesq́; Eccleſiæ traditas amplectentes, gratiam in primis curãtes, & ueritatem tanquam legis plenitudinem acceptamus. Quo igitur perfectius & in colorum uarietate omnium oculis ſubijciatur character ille, quo ſecundum hominem agnus Chriſtus Deus noſter, qui abſtulit peccata mundi, effigiatus eſt, poſthac in imaginibus pro ueteri agno erigi debere declaramus. Per hoc enim humilitatis altitudinẽ uerbi Dei conſiderantes, & ad memoriã in carne paſsionis illius & ſalutaris mortis, diſpenſationis, ueluti manuducti, quæ mũdo illinc contigit liberatio, cognoſcimus. Hunc Canonem legit Helias protopresbyter ex charta, quæ definitiones Sextæ uniuerſalis continebat, cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum: in ſeptimæ Synodi Actione 4.

LV. *Canon.*

Quandoquidem comperimus quoſdam in urbe Romana, tempore quadrageſimalis ieiunij, in Sabbatis contra receptum Eccleſiæ morem ieiunare. Quare uiſum eſt huic ſacroſanctæ Synodo, ut etiam Romanã Eccleſiam modis omnibus obliget Canõ, qui inquit: Si quis clericus fuerit deprehenſus die Dominico aut ſabbati ieiunare, excepto unico tantum ſabbato, is deponatur. Si uerò laicus, excõmunicetur. Nicetas ibidẽ. In Catalogo teſtium ueritatis, 55 Canonem eſſe Sextæ uniuerſalis, annotatur.

¶ Renouantes ſancti Conſtantinopolitani decreta Concilij petimus, ut Conſtantinopolitana ſedes ſimilia priuilegia, quæ inferior Roma habet, accipiat: nõ tamen in Eccleſiaſticis rebus magnificetur, ut illa: ſed hæc ſecũda poſt illam exiſtens, prius quàm Alexandrina ſedes numeretur, deinde Antiochena, & poſt eã Hieroſolymitana. Gratianus diſtinct. 22. cap. renouantes. Et Hugo de Concilijs affirmat, ſextam Synodum definijſſe, ut eandem habeat poteſtatem patriarcha Conſtantinopolitanus, quam haberet Romanus.

Si quis eorum qui ad clerũ accedunt, uoluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinationem ſubdiaconatus faciat. Gratianus ex ſexta Synodo allegat.

Hugo etiam hos citat ex ſexta Synodo.

LXII. CANON.

Epiſcopum, ſiue presbyterum, aut diaconũ, uerberantes fideles qui peccãt, ſiue infideles iniquè agẽtes, & per hoc timeri uolũt, deponi præcipimus. Nequaquam enim Dominus hoc nos docuit: ſcilicet cũ ipſi malediceretur, non maledicebat. Sed uos Latini manifeſtè diſciplinatis eos, quos abſoluitis, & aliquãdo uſq; ad effuſionẽ ſanguinis: Ergo iuxta ſanctiones Patrũ eſtis deponẽdi.

LXIII. *Canon.*

Item 63 dicit: Si quis epiſcopus aut preſbyter, uel diaconus, aut omnino aliquis de Catalogo clericorũ, comederit carnes in ſanguine eius, aut captũ à beſtia, uel morticinium, deponatur. Hoc enim lex prohibet. Si uerò laicus fuerit, excõmunicetur. Sed conſtat, dicunt, quòd Latini talibus indifferenter ueſcuntur: Ergo, &c.

LXIIII. *Canon.*

Item 64 præcipit, ne quis ieiunet diem ſabbati, niſi uigilia Paſchæ ſit. Si quis clericus inuentus fuerit diem Dominicum ieiunans, aut ſabbatum, præter unum ſolum, deponatur. Si autem laicus fuerit, excommunicetur. Sed Latini ferè omni die ſabbati ieiunant: Ergo, &c.

LXXX. *Canon.*

Item 80 clamat ſic: Epiſcopus aut preſbyter uel diaconus militiæ uacans, & uolens utrumque Romanum principatum & ſacerdotalem dignitatem, deponatur. Nam quæ Cæſaris ſunt, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Sed prælati Latinorum, & etiam papa, aſſumunt ſibi talium dignitates, & uocantur quidam Comites, quidam Marchiones, & alij Duces, &c. Ergo.

De Canonibus huius Synodi, Petrus Nicomedienſis in ſecundæ Nicænæ actione quarta ſic inquit: Quinetiam habeo & alterum Codicem, ſextæ ſacræ Synodi Canones continentem, quem in manibus ſumptum, Victor uenerabilis diaconus & notarius legit, repetens eundem Canonem.

¶ Sanctiſsimus patriarcha dixit: Quæ eſt hæc ignorantia, qua plerique laborant circa hos Canones? Scandalum enim eſt, dubitare num ſint ſextæ Synodi. Cognoſcant igitur tales, ſextam Synodum temporibus Conſtantini fuiſſe congregatam, nimirum contra eos qui tantummodò unam actionem & uoluntatem in Chriſto collocant. Illi igitur hæreticos anathemate uerberantes, orthodoxamq́; fidem confirmantes, ſub annum decimumquartum imperij Conſtantini domum redierunt. Poſt annos igitur quatuor aut quinq;, ijdem illi Patres ſub Iuſtiniano Conſtantini filio congregati, prædictos Canones ediderunt: neq; hac de re quiſquam dubitet. nam qui temporibus Conſtantini ſubſcripſerunt, ijdem illi ſub Iuſtiniano quoq; præſentem hanc chartam ſubſignarunt: quæ res ſatis clara eſt, ex eorundem propriarum manuum immutabili ſimilitudine.

Cum

Cum autem non tantùm alij epiſcopi, ſed etiam legati Romani ſubſcripſiſſent iſtis Canonibus, & alijs actis huius Synodi in ſex tomos deſcriptis: Imperator iſtos tomos Romam miſit, & à Sergio poſtulauit confirmationem. Sed ille prorſus recuſauit eos approbare, propterea quod 13, & 36, & 46, & 52 Canones Romanæ eccleſiæ aduerſarentur: Hugo, de Concilijs. Imò nec legere iſta acta uoluit. Ea re Imperator offenſus, Iohannẽ portuẽſem epiſcopum Roma Conſtantinopolin abduci curauit: & miſit Zachariam protoſpathariũ, hoc eſt, principem militiæ, ut Sergium etiam captum deportaret. Verũ Põtifex Rauẽnatis exarchi præſidio defenditur, & Zacharias de uita periclitatur. Liber pontificalis in uita Sergij, & Blondus Decadis primæ libro 10, & Beda de Ratione temporum, Sabellicus Enneadis octauæ libro ſexto, Paulus Diaconus lib. 6. cap. 4. de geſtis Longobardorum.

Romani ſummo ſtudio iſtos Canones à Latinis eccleſijs remouerunt. Vnde Sabellicus & alij Hiſtorici negant ſe potuiſſe reperire, quę nam in hac Synodo eſſent conſtituta ceremonijs Romanis contraria. Ideo tantùm in genere afferunt, Iuſtinianum animo inquieto præditum, odio Romanorum põtificum ad ſextam Synodum ſub Agathone celebratam, euertendam, denuò conuocaſſe Patres. Sed tamen Gratianus ſuo decreto quoſdam, ut annotauimus, inſerſit: unde Chronici uidentur ſumpſiſſe, qui affirmant, in ſexta Synodo tria eſſe acta: Primum, damnatam hæreſin Monothelitarum, ut eſt diſtinctione 16. cap. Synodus. Secundum, mutatum eſſe ſtatum dignitatum. nam pro Alexandrina eccleſia, quæ ſecunda erat à Romana (diſtinctione 22. capite ſacroſancta) Conſtantinopolitanam ſecundum locum ſortitam eſſe: uigeſimaſecunda diſtinctione cap. renouantes. Tertium, coniugium Græcis ſacerdotibus conceſſum. diſtinctione 31. cap. quoniam. Iohannes Toleranus, Supplementum Chronicorum, Faſciculus temporum, Rudimentum nouitiorum, Cuſpinianus, & ſimiles infiniti.

SYNODVS TOLETANA *Duodecima.*

IOhannes Magnus in Gotthicæ hiſtoriæ libro 16, capite 23. tempore Eurigij regis tria Concilia in Hiſpanijs Toleti habita dicit. In tomo uerò ſecundo extant duo, quorum alterum primo, alterum quarto eius regno inſcribitur celebratum. Funccius uidetur innuere, illud quod ſub Bamba cœptum eſt, finitum eſſe anno primo Euringij.

Cæterùm primo anno Euringij, quinto Idus Ianuarij, conuenerũt Toletum epiſcopi circiter 33, & aliquot abbates, & circiter tredecim illuſtres aulæ uiri. Præſedit Iulianus archiepiſcopus Toletanus teſte Iohãne Magno Gotthicæ hiſtoriæ lib. & capite eodem: licet inter ſubſcriptores, Iulianus Hiſpalenſis archiepiſcopus dicatur, in ſecũdo tomo Conciliorum.

Rex ad Patres ingreſſus, offert tomum, in quo petit, ut Synodus terram prauitatis cõtagione repurget. inquit enim: Quia Dominus præcepit in Euangelio, dicens: Amẽ dico uobis, ſi duo ex uobis conſenſerint ſuper terram, de omni re quãcunq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis eſt. Ob hoc uenerabilem paternitatis ueſtræ cœtum cum lachrymarum effuſione conueni, ut zelo ueſtri regiminis purgetur terra contagione prauitatis. Exurgite, quæſo, exurgite, culpatorum ſoluite nodos, trãſgreſſorum mores corrigite inhoneſtos, & excitate cœli diſciplinam in perfidos, ſuperbotum mordacitates extinguite, oppreſſorum ponderibus ſubuenite: & quod plus omnib. eſt, Iudæorum peſtem, quæ in nouam ſemper recrudeſcit inſaniã, radicitùs extirpate: leges quoq; quę in eorundem Iudęorum perfidiam pro prer unam gloriam nouiter promulgatæ ſunt, omni examinationis probitate percurrite. & tam eiſdem legibus tenorem inconuulſum adijcite, quàm pro eorundem perfidorum exceſsibus complexas in unum ſententias promulgate. Etenim ualde nobis cauendum, ne tot antiquorũ Canonum regulæ, quę pro eorũ erroribus ſunt promulgatę, nos illorum culpis obnoxios reddant, ũ noſtri regni temporibus eorundem Canonum conſtructio diſſoluta pertranſeat, præſertim ſi legis illius (quod abſit) ſerenitatis noſtræ in tempore illa claræ fidei inſtitutio ceſſet, ubi diuæ memoriæ Dominus atq; præceſſor noſter Siſebutus rex, omnes ſucceſſores ſuos ſub perpetua maledictionis cenſura obſtrinxit, quicũq; Regũ mancipiũ Chriſtianũ Iudæo ſeruire uel famulari permiſerit, &c. Poſt hæc illud quoque ueſtris Deo placitis infero ſenſibus corrigendum, quòd deceſſoris noſtri præceptio promulgata lege ſanciuit, ut omnis aut in expeditionẽ exercitus nõ progrediens, aut de exercitu fugiẽs, teſtimonio dignitatis ſuæ ſit irreuocabiliter carens. Cuius ſeueritatis inſtitutio, dum non per totos Hiſpaniæ fines ordinata decurrit, dimidiam ferè partẽ populi ignobilitatẽ perpetuæ ſubiugauit: ita ut quia in quibuſdam uillulis uel territorijs ſiue uici portis huius infamationis habitatores ipſorũ locorũ ſint degeneres redditi: & quia teſtificandi nullã habent licẽtiã, ueritatis ex toto uideatur interijſſe cenſura: ſicq; gemino malo terra atteritur, dum & lege, & reperiendæ ueritatis

deſtituitur adiumento. Vnde licet eandem legem noſtræ gloriæ manſuetudo temperare diſponat: ueſtræ tamen paternitatis ſententia hos, qui per illam infamiæ notam titulũ dignitatis amiſerant, reueſtiri iterum claro priſtinæ generoſitatis teſtimonio, deuotiſſimè optat. Nunc uerò miſericordia præeunte, taliter hæc diſponite, qualiter nec noſtra gloria miniſterium crudelitatis adhibeat, nec tam ſæua præceptio terram ſub diuino infamationis iugulo premat. Nam & hoc generaliter obſecro, ut quicquid in noſtræ gloriæ legibus abſurdum, quicquid iuſticię uideatur contrarium, humanitatis ueſtrę iudicio corrigatur. De cæteris autem cauſis ac que negocijs, quæ nouella comperuntur inſtitutione formari, uidendarũ ſententiarũ titulis exarãdo conſcribite, ut quia preſtò ſiunt religioſi ꝓuinciarũ rectores, & clariſsimorũ ordinum totius Hiſpaniæ duces, promulgationis ueſtræ ſententias corãm poſiti pręnoſcentes, eo illas in commiſſa ſibi terrarum latitudine inoffenſibili exerant iudiciorũ inſtantia, quo præſentialiter aſsiſtentes, perſpicua oris noſtri perceperint inſtituta. Omnes tamen in commune conuenio, & uos Patres ſanctiſsimos, & uos illuſtres aulæ Regię uiros, quos intereſſe huic ſancto Concilio delegit noſtra ſublimitas, per diuini nominis atteſtationem & terribilem cunctis futuri iudicij diem, ut ſine perſonarum acceptatione aliqua, uel fauore, ſine alio quoq; aut malignæ cõtentionis ſcrupulo, aut ſubuertendæ ueritatis ſtudio, quæ ueſtris ſenſibus audienda ſe ingeſſerint, ſana uerborum examinatione diſcurrite, ſanioriq; iudicio comprobate, ut collatarum habita prius deliberatione cauſarum, diſcreta noſtri ordinis condatur probitas titulorum: qualiter cum nos amor æquitatis in negociorum acceleratione reddiderit feruidos, efficientia quoque iuſtorum operum connectat Deo perenniter ſociandos: ut bonorum ueſtrorũ actibus lętabundus, & præſentis uitæ capiã lucrum, & æternarum perfruar uobiſcũ gaudijs manſionum.

¶ Patres autem, in initio, pro confeſsione fidei repetunt ſymbolum Nicæum.

Deinde recognoſcentes ſcriptum Bambę, & ſeniorum Palatij manu & ſigillis cõfirmatum, & teſtimonium Iuliani archiepiſcopi, quibus indicabatur Bambam tonſura acceptã, magiſtratu ſeſe abdicaſſe, Euringiũ eligere & exoptare ſucceſſorem: eundem ſolenniter pronunciant Regem, & populum à Bambæ fide & iureiurando abſoluũt, & Euringio parère iubent.

Tertiò ſanciunt, ne quis accepta pœnitẽtia, & ſigno eius tonſura, ad cingulum militare redeat.

Quartò, ſanè iuxta placitum aulicorum decernunt, ut quos Regia poteſtas in gratiam benignitatis receperit, aut participes menſę ſuæ fecerit, hos etiam ſacerdotum & populorum conuentus ſuſcipiat in Eccleſiaſticã communionem: ut quod Principalis pietas habeat acceptum, non à ſacerdotibus Dei ſit extraneum.

Quintò, cũ Stephanus Emeritenſis epiſcopus, humi proſtratus, & ueniam petens indicaſſet, ſe Bambæ regis coactu in monaſterio Villulæ nouam epiſcopalis honoris ordinationem contra Canones feciſſe, & Conuildum iſthic epiſcopum conſecraſſe: Synodus, ex epiſtolę ad Titũ primo, & ex Cõcilij Nicæni Canone 8, & Laodiceni tit. 57. & ex Cõcilio 2. Africano, & alijs multis probat, tantùm in ciuitatibus epiſcopos ordinari oportere, & in ijs locis ubi antea fuiſſent: ac pronunciat, in loco Villulę ſuprà dictæ ſedem epiſcopalem nõ debere manere, & Cõuildum in ſedem alicuius epiſcopi mortui transferendum eſſe: ac cauet, ne quis in poſterum ſimile quippiam ſub pœna anathematis audeat.

Sextò, corrumpentes dictũ 1. Cor. 10. Nõne qui edũt hoſtias, participes ſunt altaris? inferunt: Certum eſt, quòd hi qui ſacrificantes nõ edunt, rei ſint Dominici ſacramenti. & ſuper hoc fundamento Canonem conſtituunt: Quicunq; ergo ſacerdotum deinceps diuino altario ſacrificium oblaturus acceſſerit, & ſe à communione ſuſpenderit, ab ipſa qua ſe indecenter priuauit, gratia communionis anno uno repulſum ſe nouerit. Nam quale erit illud ſacrificium, cui nec ipſe ſacrificãs particeps eſſe cognoſcitur? ergo modis omnibus eſt tenendum, ut quotieſcunque ſacrificans corpus & ſanguinem IESV Chriſti Domini noſtri in altario immolat, toties perceptionis corporis & ſanguinis Chriſti ſe participem præbeat.

Septimò, placuit omnibus pontificibus Hiſpaniæ atque Galliciæ, ſaluo priuilegio uniuſcuiuſque prouinciæ, ut licitum maneat deinceps Toletano pontifici, quoſcunq; Regalis poteſtas elegerit, & iam dicti Toletani pontificis iudicium dignos eſſe probauerit, in quibuslibet prouincijs, & in præcedentium ſedibus præficere præſules, & decedentibus epiſcopis eligere ſucceſſores: ſic tamẽ, ut quiſquis ille fuerit ordinatus, poſt ordinationis ſuæ tempus, infra trium menſium ſpatium proprij metropolitani præſentiam uiſurus accedat, qualiter eius autoritate uel diſciplina inſtructus, condignè ſuſceptæ ſedis gubernacula teneat. Quod ſi per deſidiam aut neglectum quilibet conſtituti temporis metas exceſſerit, quibus nequeat metropolitani ſui obtutibus præſentari, excommu-

communicatum ſe per omnia nouerit: excepto, ſi regia iuſsione impeditum ſe eſſe probauerit.

Octauò, legem Bambę de proditorum infamia relaxant, & teſtandi poteſtatem illis reſtituont.

Nonò ſanciunt, ne quis uxorem repudiet, niſi ob fornicationem: & ut ſecus faciẽs, palatinam dignitatem amittat.

Decimò, leges oeteres cõfirmant, quæ de commemoratione priſcarũ ceremoniarum, & Iudæorũ tranſgreſsionibus promulgatæ ſunt, & de blaſphematoribus ſanctæ Trinitatis. Item, oe Iudæi aut ſe, aur filios ſuos uel famulos, à baptiſmi graria ſubtrahant. Itẽ, ne Iudæi more ſuo celebreot Paſcha, uel carnis circumciſiones exerceaor, ac oe Chriſtianũ quenquã à fide Chriſti dimoueant. Item, ne Iudæi ſabbata cæteraſq; feſtiuitates ritus ſui celebrare præſumant. Item, ut omnis Iudæus diebus Dominicis, & in prænotatis diebus ab opere ceſſet. Item, ne Iudæi more ſuo dijudicent eſcas. Item, ne Iudæi ex propinquitate ſui ſanguinis cõnubia ducant, & ut ſine benedictione ſacerdotis nubere non audeant. Item, ne Iudæi religioni noſtræ inſulrantes, ſectam ſuam defendere audeant: nec à fide refugientes, alibi ſe trãſducant. Et ne quilibet refugientes eos ſuſcipiat. Item, oe Chriſtianus à Iudæis quodcunque muneris, contra fidem Chriſti, accipiat. Item, ne Iudæi libros legere audeãt, quos Chriſtiana fides repodiat. Item, oe Iudæis mancipia deſeruiant uel adhæreant Chriſtiana. Item, ſi Iudæus ſe Chriſtianum eſſe teſtetur, & ob hoc non uelit à ſe reijcere maocipium Chriſtianum. Item, profeſſio Iudæorum, quomodo unuſquiſque ad fidem ueniens, indiculum profeſsionis ſuæ conſcribere debeat. Item, conditiones Iudæorum, quas iurare debeant hi qui ex eis ad fidem uenientes, profeſsiones ſuas dederint. Item, de Chriſtianis maocipijs Iudęorum, qoæ ſe non prodiderint Chriſtiana, ſiue de publicaroribus eorum. Item, ne Iudæi à quolibet poteſtate accepra, extra regiam ordinstionem, Chriſtianom quenq; impetere, plectere uel diſtringere audeant. Item, ut ſi Iudæorum ſerui, necdũ adhuc conuerſi, ad Chriſti gratiam conuolauerint, libertati donentur. Item, ne Iudæi adminiſtratorio uſu in ordinem uillicorum atque actorum, Chriſtianam familiam redigere audeant: & de damnis eorum, qui talia ordinaoda iniunxerint. Item, Iudæus ex alijs prouincijs uel rerritorijs, ad Regis noſtri ditionem pertinentibus ueniens, epiſcopo loci uel ſacerdoti ſe præſenrare non differat, ut ſciat quid eum in toto obſeruare conueniat. Item, ut concurſus Iudæorum diebus inſtitutis ad epiſcopum fieri debeant. Item, ut quicunq; Iudæum ſecum aſſequentem habuerit, expetente ſacerdote, eum apud ſe rerinere non audeat. Item, ut cura omnis diſtringendi Iudæos, ſolis ſacerdotibus debeatur. Item, de damnis ſacerdotum uel iudicum, qui Iudæis inſtituta legum adimplete diſtulerint. Itẽ, ne iudices quicquam de perfidorum exceſsibus extra ſacerdotum conniuentiam iudicare pręſumant. Item, ut epiſcopi tunc immunes habeantur à damnis, cum eorum presbyteros ad ea quæ ipſi non correxerint, remiſerint corrigenda. Item, de ſeruata principibus miſerendi poteſtate, in his qui cõuerſi ad fidem Chriſti ueraciter fuerint. Item, ut epiſcopi omnes Iudęis sd ſe pertinentibus, libellum de ſuis editum erroribus tradant, & ur profeſsiones eorum uel conditiones io ſcrinijs Eccleſiæ condant.

Vndecimò uetant, ne quis eos qui sd Eccleſiam fugiunt intra triginta paſſus ab ea auellat aut capiat.

Duodecimò, pœnas in idololatras & augures ſtatuunt.

Decimotertiò, ſingulis annis in unaquaque prouincia Caleodis Nouembris iubent Synodum celebrari.

Poſtremò, gratias Deo & principi agunt pro conuocatione, & decretis ſubſcribunt, eaq; ab octauo Calendarum Februariarum ualere indicant. Subſcripſit & ipſe rex Euringius, cum ſois aulicis.

TOLETANA DECIMAtertia Synodus.

QVarto anno Euringij iterum Toletõ epiſcopi coouenerunt. Rex offert romum, in quo indicat ſe uelle leges conſtituere de accuſatis, oe cuiuſq; uiolentia opprimantur: & de relaxandis fiſcalium exactionibus: & de libertis & ſeruis, ne ad palatina tranſeant officia: ac rogat Synodum, ut de ijs rebus diſpiciat.

Patres primòm confeſsionem fidei ex Niceno & Conſtantinopolitano Symbolis cõeinnant: deinde de capitibus propoſitis decreta faciunt, quæ non extant in ſecũdo tomo Conciliorum.

SYNODI SVB LEontio.

ALIAE TOLETANAE SYnodi, ſub Egita.

EGitę iuſſu tris Concilia Toletans, pro augeoda & conſeruanda fide Chriſtiana, cõuocata ſont, quæ nõ ſolùm ſua Regia autoritate confirmauit: uerùm etiam humi proſtratus, ſeſe ſacroſancti Concilij oratjonib9 ſuppliciter cõmendauir. Iohannes Magnus hiſtoriæ Gotthicæ lib. 16, cap. 24.

SYNODVS SVB TYberio, *ſeu Abſimaro.*

ANno Domini 698, iuxta Sigebertum, Aquileiæ Synodus facta eſt: in ea patres quintum uniuerſale Cōcilium, in quo ſtatutum eſt, Mariam eſſe θεοτόκον, in dubiū uocauerunt, propter imperitiam fidei. Sed Sergius eos de errore admonuit, & ad mentem ſaniorem reduxit. Regino libro primo Chronicorum, & Beda in libro de Ratione temporum: Ado Viennenſis ętate ſexta: Paulus Diaconus libro ſexto, capite quarto de geſtis Longobardorum. Otrho Phryſingēſis hanc Synodum appellat Septimam, & à Sergio congregatam aſſerit: libro 5. capite decimotertio.

CAPVT X.

DE DOCTORIBVS Eccleſiæ.

ASIATICI, HIEROſolymitani.

ZACHARIAS, *& alij.*

HIeroſolymis hac ætate, ſicut & in tota Aſia, inoaleſcente paſſim Saracenorum furore, Eccleſiæ ferè penitus intercideruntːideoq́; rarus eſt Antiſtitum & Epiſcoporum numerus. Inueniōtur tamen ante πανολεθίαν, & ultimā direptionem Hieroſolymorum, epiſcopi fuiſſe, Thomas, Ioannes, Neannus, Iſaac, Zacharias & Sophronius: quorum nomina tātum refert Nicephorus libro decimooctauo, cap. quinquageſimoſexto. De Zacharia autē addunt reliqui, quod expugnata urbe à Perſis, cum multis alijs unà abductus, & retentus in captiuitate, integros annos quatuordecim, poſtea uerò per Heraclium deuicto Choſroe liberatus: & cū ligno Dominicæ crucis, quod ſimul abſtulerant Perſæ in priſtinam dignitatē reſtitutus ſit, anno Chriſti 624. Paulus Diaconus lib. 18: Pomponius Lætus, Honorius, & Iuo in Heraclio.

SOPHRONIVS.

Poſt Zachariam numeratur Sophronius, qui & ultimus Hieroſolymorū epiſcopua habetur. Hic primum monachus fuit prope Alexandriam: poſtea precibus & importunitate quorūdam ad epiſcoparum Hieroſolymitanum compulſus, & quaſi coactus aſcendit, cum illud propter laborum & periculorum magnitudinem, quæ illo turbulento tempore ſibi ſubeunda uidebat, inuitus faceret, & ſæpe multumq́; reluctaretur: ut ipſe de ſe cōqueritur in epiſtola ad Sergiū Conſtantinopolitanum, ubi preces pro ſe fieri optat, ne oneri ſuccumbat: in Actione 11. Synodi Conſtantinopolitanæ.

Multum concertauit cum Cyro Alexandrino, qui cum alijs quibuſdam hoc tempore Monothelitarum hæreſin mouit. Scripſit etiam eo nomine ad Sergium Conſtantinopolitanum: eſtq́; illa epiſtola poſtea in ſexta Conſtantinopolitana Synodo recitata, & à conuentu epiſcoporum tanquam orthodoxa & Catholica recepta ac approbata. Præcipua eius capita ſunt:

1. Quòd unam eſſentiam, & tres perſonas diſtinctas in diuinitate credat.
2. Quòd in Chriſto duas naturas, diuinā ac humanam, integras, & cum utriuſq; proprietatibus, unitas tamen, & in una tantum perſona confiteatur.
3. Quòd cōfuſionem naturarū in Chriſto, quā Eutyches uoluit, nequaquā admittat.
4. Quòd ſeparationem etiam naturarum non concedat: neque ſentiat cum Neſtorio, qui unitionem tantum de cōſiliorum & affectuum concordia intelligat. Addit ibidē: Non alium illum fuiſſe qui miracula operatus ſit, & rurſus alium qui paſſus.
5. Damnat Arium Sabellicom, Manem, Valentem, Samoſatenum, Neſtoriū, Eutychen, Apollinarem, Dioſcorū, aliosq́; omnes qui aliter ſentiant de Chriſto.
6. Inſpergit quædam de creatione, de animæ immortalitate, de reſurrectione mortuorum, de uita æterna & inferno: ſed ea potius attingit, quàm explicat.

Vltimò damnat Origenis, Euagrij & Didymi fabulas, itemq́; alias opiniones cū orthodoxa fide pugnantes: quarum longum catalogum annectit. Actione undecima Cōſtantinopol.

Scripſit & aliam epiſtolam ad Honorium papam, in qua nonnihil remiſsius agens, dicit: Se geminæ quoque operationis uocabulum nō uelle urgere amplius, ſi & Cyrus unam operationem abijceret. Ibidem.

Inualeſcente tandem errore, cum admonitionibus nihil proficeret, Synodum in Paleſtina omnium epiſcoporum coegit, ibiq́; Monothelitarum hęreſin anathematizauit: teſte Paulo Diacono libro 18, & Zonara Tomo tertio.

Vixit adhuc Sophronius, cum Saracenorum princeps Haumar urbem & templum ingrederetur: & ſpectator fuit ultimi interitus religionis, & triſtiſsimarum calamitatū in populo eius loci. Paulus Diaconus lib. 18.

MACARIVS, ET *Helias.*

Meminit Metaphraſtes & Macarij cuiuſdam

dã epiſco pi, itemq; Heliæ presbyteri apud Hieroſolymitanos: ſed nõ addit, quo tẽpore uixerint: nec aliud quippiã de ipſis cõmemorat, niſi quòd nomina ipſorum ponit. in uita Gregorij Agrigentini.

In ſexta quoq; Conſtantinopolitana Synodo, Theodorus quidam uicarius Hieroſolymorum adfuiſſe legitur. Vnde apparet, aliquas fortè reliquias Eccleſiæ ibi conſeruatas eſſe, licet idolomania tota regio fuerit ioquinata, Actione 1.

ANTIOCHENI.

ANASTASIVS.

ANaſtaſius, qui & Sinaita dictus eſt (ꝓpterea quòd in monte Sina aliquandiu ſe ieiunijs & durioribus exercitijs maceraſſet) Aotiochiæ factus eſt epiſcopus poſt Gregoriũ, temporibus Phocæ. Scripſit librũ qui ὁδηγὸς inſcribitur, id eſt dux uiæ.

Item alium cui titulus ὅροι, id eſt fines.

Commentarium ſuper pſalmum ſextũ.

Duas orationes ad Antiochenos.

Libellum contra Monophyſicos, & Acephalos.

Alium item pro defenſione 4 Synodi.

Anno Chriſti 610, mota ſeditione à Iudæis, qui ſimul Antiochiæ degebant cum multis alijs Chriſtianis trucidatus eſt, & fœda morte peremptus, nimirum proprijs excrementis in os ingeſtis. Nicephorus libro 18, cap. 44 & 45.

ANASTASIVS *alter*.

Succeſsit Anaſtaſio alius quidã eius nominis, natione Syrus, ex parenribus Iacobitis. Hic uir acris & peruerſi ingenij, Eutychianam hæreſin de una in Chriſto natura, quæ iam Orientem annos ferè 180 uario motu diſtraxerat, noua facie politam renouauit. Cum enim Heraclius Imperator apud Hierapolim eſſet, ſæpe illum acceſsit: & cũ in eius familiaritatem irrepſiſſet, impetrauit ut Antiochenus epiſcopus fieret, ſi Chalcedonenſi Synodo ſubſcriberet. quare ſimulata religione, duas unitas in Chriſto naturas ſe confiteri dixit. At quo iocautnm in ſuas partes traheret Imperatorem, interrogauit eum, quid de uoluntatibus & operationibus in Chriſto eſſet ſentiendum? num una, aut dupla dicenda? Imperator uocis nouitate perculſus, cum non haberet quid reſpooderet, ſcripſit ad Sergium Conſtantinopolitanum, conſilium huios rei poſcẽs. Is cum eſſet genere Syrus, unam uoluntatem, & unam operationem dicendam reſcripſit. Acceſsit & huic ſententiæ Cyrus Phaſelidis epiſcopus, ab Heraclio interrogatus. Mox Anaſtaſius uidens Imperatorem callidè circumuentũ, ſecum ſentire, acquieuit & ipſe: non ignorans, poſita una uoluntate, poni & unam naturam neceſſe eſſe. Sicqoe innaluit hæc hæreſis in Orientalibus eccleſijs paſsim, donec per Saracenos omnis Chriſti fides & religio radicitùs eſt extirpata. Paulus Diaconus lib. 18 rerum Rom. Sabellicus Enneadis octauæ libro 6.

MACARIVS.

Anaſtaſio ſucceſsit Macarius, qui ſimili modo Monothelitarum hæreſin propugnans, in ſexta Synodo Conſtantinopolitana damoatus, & ab officio remotus eſt: ſubuecto in eius locum Theophanio, abbate Siculo. Poſt hunc numerantur, Petrus, Thomas, & Iohannes: quorum nuda tantum nomina inueniuntur apud Nicephorum libro 18, cap. 44. & Bedam de Ratione temporum pag. 63. Otthonem Phriſing. lib. 8, cap. 12. Blondum Decadis primæ libro 9. & Zonaram Tomo 3.

ALIORVM LOCORVM *in Aſia.*

THEODORVS.

GREGORIVS.

THeodorus fuit epiſcopus Amathuntinus: Gregorius, Rhinocurenſis, eo tempore quo Palæſtina à Perſis fuit direpta. Miſſi enim leguntur à Ioanne Eleemoſynario Alexandrino in Perſiam, cum magna ui pecuniæ, ut captiuos, quot poſſent, ex manu hoſtium redimerent: teſte Metaphraſte, in uita Eleemoſynarij.

THEODORVS, ANTONIVS, PETRVS, SALOMON.

Theodorus fuit epiſcopus Mitylenes, Antonius Hypęporũ, Petrus Nicomediæ, Salomon Clonei, etiã eo adhuc tẽpore, quo ſexta Synodus Conſtantioopoli eſt celebrata: ut apparet ex Actione nona, & decima, ubi offertur ſcriptum, ſuadens ἀμνηστίαν controuerſiarum, quod ipſis tribuitur: cuius etiam nomine ipſi nonnihil ſuſpecti, quod in hęreſin inclinareot, coguntur ſcribere cõfeſsionis ſuæ libellos. Act. 8. Cõſtantinop. Synodi.

THOMARICVS.

Thomaricus epiſcopus Apameæ, tẽpore Cõſtantis, miſſus eſt à Muhania Saracenorũ duce in Aradum ciuitatem, ut ſuaderet ipſis deditionem: ſed retentus eſt ab oppidanis. Paulus Diaconus lib. 19.

STEPHANVS.

Stephanus metropolites Cyzici Heraclio contra Phocam pugnaturo ſtemma Mariæ uirginis ex eccleſia attulit. Paolus Diaconus libro decimooctauo rerum Romanarum.

MACROBIVS.

Macrobius epiſcopus Seleuciæ Iſauriæ, intereſt

inrereſt actioni decimęquartæ Concilij Cõſtantinopol.& innat ueriratis inqniſitioné, quomodo acta Quinti Concilij Conſtantinop. falſara ſint, addirione, libri Mennæ ad Vigilium.

DOMITIVS.

Domitius Pruſiados epiſcopus, in Sexra Conſtantinopolitana, Srephano monacho (dicenri, Adamum ante lapſum fuiſſe προαιρετικὴν καὶ [illegible], id eſt, habuiſſe uolũtatem diuinam, & fuiſſe connoluntarinm Deo) ſe opponit, & grauirer illud refutar. & ſubijcir: Si fuir conuoluntariua, ergo etiam fuir concrearor. Actione 8.

BASILIVS.

Baſilius epiſcopus Gortynæ, in Synodo Sexra conferens cum Macario hæretico, refurar eius argumentum ex Gregorio Nazianzeno prolarum: & per inuerſionem, biná uolunrarem Chriſti inde extruir, & probat. Actione nona.

Nominanrur ibidem plurimi etiam aliorum locorum in Aſia, qui Synodo inrerfuiſſe & ſubſcripſiſſe dicunrnr. ut ex Arabia: Georgius Choenſis, Plato Magidorum, Niceta Coracenſium. Actione decimaſeptima.

Ex Syria: Theodorus Nazianzenus, Ioannes Philadelphiæ, Theodorus Doriorum, Siſinniua Europæorum. Actione decimaſeprima.

Ex Cilicia: Theodorus Tarſenſis, Stephanus Anazarbenſis, Iohannes Adanenſis, Georgius Flauiadenſis, Iohannes Corycenſis. Actione 17.

Ex Armenia: Callynicus Colonienſis, Georgius Camelenus, Theodorus Sinenſis, Georgius Daraniſenſis, Theodorus Veriſonenſis, Theodorua Sebaſtianns, Georgiua Architanus, Theodorus Phaſidanus. Actione decimaoctaua.

Ex Pamphilia: Menas Carbalianus, Iohannes Sidenſis, Phocas Dadibrenſis, Georgius Crarienſis, Coſmas & Petrus Conanenſis, Pluſianus Siluenſis. Actione 17 & decimaoctaua.

Ex Piſidia: Paulus Sozopolitanus, Stephanus Antiochanus, Conſtanrinus Timbrius, Marinua Philomelius. Actione decimſeptima.

Ex Lycia: Polyeuctus Myrarum, Iſidorus Rhodi, Zimarcus Sydoniorum, Georgius Oenandrorum, Iohãnes Carpathi, Theodorus Daddalorum. Actione decimaſeptima & decimaoctaua.

Ex Ionia: Theodorus Epheſinua, Georgius Milerinus. Actione 17.

Ex Lydia: Marinus Sardenſis, Andreas Celandinus, Theodorus Daldenus, Ioannes Seprenus. Actione 18.

Ex Lycaonia: Conſtantinus Barathanus, Paulua Iconienſis, Theodorus Siblienſis. Actione 17.

Ex Galatia: Sergius Sinopenſis, Iohannes Peſsinunrinns, Martyrius Iuliopliranus, Michael Aſponenſis, Geneſius Anaſtaſiopolitanus, Stephanus Vranopolitanus, Andreas Minicenus, Plato Cinnenſis, Solomon Claneenſis.

Ex Paphlagonia: Epiphanius Euchaitanus, Alipius Gangranus, Theodorus Põpeiopolitanus, Cyprianua Claudionopolitanus.

Ex Iſauro: Macrobins Seleucianus, Zacharias Leonropoleos, Alexander Coraiorum, Conſtantinus Daliſandi.

Ex Cappadocia: Conſtantinus Barattbanus, Philalirhes Cæſarienſis, Ioannes Fauſtinopolitanus, Anaſtaſius Polemonienſis, Iohannes Comanenſis, Theodorus Thermenus, Iuſtinus Thianus, Theophylactus Cæſarunthinus. Actione 17.

Ex Phrygia: Siſinnius Hierapolis, Antonius Hypepæ, Geneſius Anaſtaſiopolis, Tyberius Laodicææ, Coſmas, Synnadorũ, Patricius Magneſię, Theodorus Pergami, Theodorus Prienes, Tyberius Amizones, Patricius Eleuſorum, Cyricus Ancyrę, Petrus Apyræ. Actione 1.12.17.

Ex Aſia, propriè ſic dicta: Alexander Nacolienſis, Domirius Prymneſius, Iohannes Myndenſis, Zoirus Chryſopolitanus, Theodorus Mauſtarrorum, Ioannes Amathuntinus, Siſinnius Niſenus, Theodorus Amoriorum, Theodorus Pergamenſis, Theodorus Adranitenus, Andreas Methymnenſis, Theodorus Daldenus. Actione 17 & 18.

Ex Lesbo: Ioannes Ereſorum, Gregorius Mytilenes. Actione 2.

Ex Bithynia: Petrus Nicomedienſis, Thõns Longinus, Photius Nicænus, Iohannes Chalcedonenſis, Theodorus Pryenẽſis, Cyricns & Ioãnes Adriani, Siſinnius Baſilinopoliranus, Polychroniua Pruſanus, Ioannes Daſcilienſis, Georgius Cadẽſis, Theodorua Cæſareẽſis, Theo pẽprus Iuſtinopoliranus, Demetrius Pruſiadenſis, Nirenachus diaconus Amaſtrinua. Actione 17 & 18.

Ex Helleſponto: Georgius Cicyzenus, Ioannes Metilopolitanus, Theodorus Ibenſis, Mercurius Pœmanetius. Actione 17.

AFRICANI.

ALEXANDRINI.

IN Africa hac ætate non minor fuit paucitas doctorum, quàm in Aſia. Alexandriæ, anteqnam innaluit Mahometicus furor, numerantur: Eulogius, Scribo, Ioannes Eleemoſynarius, Georgius & Cyrus.

EVLOGIVS.

Eulogius in priori ætate cœpit, & tempo

ra Pho-

ra Phocæ attigit. præfuit autem in uniuerſum annos 25. teſte Nicephoro libro 18, capite 55.

THEODORVS SCRIBO.

Poſt Eulogium, ſecutus eſt Theodorus Scribo: isq; docuit annos tantùm duos. Nicephorus ibidem.

IOHANNES *Eleemoſynarius.*

Iohannes Cyprius, à beneficentia in pauperes Eleemoſynarius dictus eſt. Scribit de eo Metaphraſtes, quòd ſæpenumerò ſe ueſtibus, & Eccleſiã omnibus bonis exuerit, ut pauperibus proſpiceret: quòd multum contulerit in exules, & captiuos: & quòd nullã unquã iacturã aut diminutionẽ inde fortunarũ ſenſerit, ſed auxerit Eccleſiæ bona in immenſum: quòd cœlibatum monaſticum acerrimè cuſtodierit, quòd collationes pro defunctis ſedulò fieri mandarit: & id genus alia nugis & ſuperſtitionibus plena, in uita Eleemoſynarij. Ioannis Alexandrini, epiſcopi inſignis pietate & doctrina, meminit Platina in uita Sabiniani.

CYRVS.

Cyrus primùm in prouincia Lazorum Phaſidis epiſcopus fuit: poſtea autem per Heraclium, eo quòd Monothelitarum hæreſin defenderet, Alexandriam eſt translatus. Multum turbauit Eccleſias ſuo errore, donec per Saracenos conceſſa fuit αὐτονομία. Soluit quotannis duci Saracenorum 200000 denariorum, pro libertate Aegypti, eamque per triennium retinuit integram. Poſtea uerò Heraclio cõditionem retractante, tota Aegyptus in hoſtium manus deuenit: teſte Paulo Diacono libro decimooctauo rerum Rom. Plura de hoc Cyro inter hæreticos dicemus.

DAMIANVS.

Damianus diaconus Alexandrinæ Eccleſiæ, ob ſimultatem quam erga coæqualem aluit, à Ioanne Eleemoſynario à communione remotus eſt publicè, donec cum offenſo reconciliaretur. Metaphraſtes in uita Eleemoſynarij.

LVCAS.

Lucas presbyter, & monachus in Africa alicubi, ſcripſit de noua hæreſi Maximianorum. Familiaris fuit Macario Theopoleos archiepiſcopo. Mentio eius fit in undecima Actione ſextæ Conſtantinop. Synodi.

LATINIANVS.

Latinianus epiſcopus Carthaginenſis, Ioãn Alexãdrino & Seuero familiaris fuit: & uixit tempore Sabiniani. Platina in uita eius.

DE ALIIS AFRICAE *Epiſcopis.*

NOminantur in ſexta Conſtantinopolitana, etiam aliqui Africani epiſcopi, unde apparet, non nullas Eccleſiæ reliquias in hiſce locis, licet ſub triſti ſeruitute, & continuis concuſsionibus, manſiſſe ſuperſtites. In initio enim ſæpe Imperatores Romani recuperationem horum locorum tentãrũt, antequam potentia Turcica adeò in immẽſum fuit aucta, & confirmata, ut,

PETRVS, qui adfuit nomine Alexandrinæ Eccleſiæ. Epiſcopum enim neq; Alexandria, neq; Hieroſolyma hoc tempore habuerunt, occupatæ à Saracenis: teſte Zonara Tomo tertio.

SVLALIVS, Cynopolitanus epiſcopus: Iſidorus Abydenſis, & Theodorus Aureopolitanus Lybiæ apud Heſperios. Actione decimaoctaua.

INSVLARES CIRCA *mare Mediterraneum.*

CYPRVS.

IN ſexta Conſtantinopolitana quotundam epiſcoporum mentio fit ex Cypro: ut ſunt, Stratonicus epiſcopus Solorum, Ticon Citij, Theodorus Thremethunris, Epiphanius Conſtantiæ, & Ioannes Stobæorum. Actione 17.

Ex Creta, ibidem aliqui recitãrũr: ut Paulus archiepiſcopus Cretæ, Theognius Chienſis, Baſilius Gortynienſis, Ioannes Lappenſis, Gregorius Candaneenſis, Georgius Choenſis, & Euticius Melinus. Actione decimaſeptima.

Ex Cherſoneſo Taurica, Georgius Candaneenſis, Actione 18.

Ex Ponto, Iohannes & Stephanus Heracleenſes, Theodorus Olbianus, Iohannes Amaſianus, & Iohãnes Andrapinus. Actione decimaſeptima.

DOCTORES EVropæi.

CONSTANTInopolitani.

CYRIACVS.

DE Cyriaco quædam in ſuperiori Centuria diximus: quia uerò etiam in hac uixit, hæc adijcienda ſuperioribus uiſa ſunt. Cyriacus Mauritio Imperatori charus erat. quare orta ſeditione, milites etiam ipſi conuiciabantur. Phocam itaque ui compulſus inauguraret Imperatorem, cum prius ei extorſiſſet profeſsionem de orthodoxa fide, & promiſsionem de non turbanda Eccleſia. Et poſtea cum Phocas Conſtantinam cum tribus filiabus ex Eccleſia abripere conſtetur, fortiter ei ſeſe oppoſuit: & iuramentum ab eo accepit, de illarum incolumitate. Præfuit annos undecim Eccleſiæ. Paulus Diaconus libro decimoſeptimo rerum Romanarum: Nicephorus libro decimooctauo, ca-

pite quadrageſimoquarto: Zonaras Tomo tertio.

THOMAS.

Mortuo Cyriaco, Thomas ſedem eius accepit: qui antea diaconus, & ſaecellarius eiuſdem Eccleſiæ fuerat. Extruxit is in ædibus epiſcopalibus ſplẽdidiſsimam domum, quæ in memoriam autoris Thomaitis dici cœpit. & probè perfunctus ſuo munere annos tres, mẽſes duos, impio Sergio ſede ceſſit: ut inquit Nicephorus libro 18, capite 44. Mentio iſtius fit in Actione 13, Synodi ſextæ Conſtantinop. quòd Synodicam ad Vitalianum papam ſcripſerit, quæ ibi legitur: & ex pera erroria Monothelitarum iudicatur. Zonaras Tomo tertio, in uita Conſtantia, aſſerit Thomam Petro ſucceſsiſſe, & orthodoxũ fuiſſe: & annos duos ac menſes ſeptem Eccleſiam gubernaſſe.

IOHANNES.

CONSTANTINVS.

Poſt Thomã, Scriptores Sergiũ ponunt: uerùm in Cõciliorũ libris alij duo adhuc recitantur, qui Thomæ ſucceſſerunt, Ioannes uidelicet, & Conſtantinus: quorum uterque ſcripſit Synodica, quæ in Sexta Cõſtãtinopolitana prælecta, & examinata, pro orthodoxis recipiuntur: ideoq; & ipſorum nomina in ſacris diptychia Eccleſiarum inueniuntur. Actione decimatertia Sextæ Conſtantinop.

SERGIVS.

Fuit Sergius genere Syrus, Iacobita, ſub Thoma eccleſiæ Bizantinæ diaconus: euectus ad Eccleſiæ gubernacula, Monothelitarum hæreſi, quæ tunc quaſi pullulaſcere uidebatur primùm, uires addidit, eamq́ue longè lateq́ue propagauit. Ipſo autore, Ioannes Philoponus Grammaticus librum de unione naturarum & uoluntatum in Chriſto, qui Διαιτητὴς inſcribitur, edidit. Sed de eius impio commento, infrà inter hæreticos plura. Coronauit Heraclium Imperatorem, & Eudochiam ſponſam eius Auguſtam: itemq́ue Epiphaniam filiam, & Heraclium filium Heraclij adhuc puerum: teſte Paulo Diacono libro decimooctauo rerum Romanarum. Occupato Heraclio expeditione Perſica, ipſe Sergius epiſcopus domi politica negocia omnia cum filio Heraclij, & Bonoſo patricio tractauit, & expediuit, in deliberationes omnes & conſilia aulica ſeſe importunè immiſcens. Nicephorus lib. 18, capite 54: & Paulus Diaconus libro decimooctauo.

PYRRHVS.

Poſt Sergium, Pyrrhus per ambitionis faſtum Cõſtantinopolitanam ſedem arripuit, ut ſcribit de eo Martinus papa ad Amandum. Isq; telam inchoatam à Sergio, longiorem texuit, multas Eccleſias errore ſuo implicans. Cum autem admonitus aliquoties per Romanam Eccleſiam de pœnitentia & emendatione fruſtra eſſet, à Theodoro pontifice & Synodo excommunicatus eſt: eiuſdemq́; opera tandem ab Heraclio relegatus in Africam. Mortuo aũt Heraclio Romam adijt, cum libello, in quo palinodiam canens, errorem ſuum condemnauit: eſtq́; à Theodoro papa non ſine reuerentia & congratulatione in Eccleſiam receptus publico & ſolenni ritu. uerùm uix Roma egreſſus, more canis ad uomitum redijt: atq; in Orientis partes ſecedens, non minori contentione ſuum dogma propugnauit, quàm antea. Theodorus ergo accedit ad ſepulchrum uerticis Apoſtolorum, & ſumens calicem diuinum, inſtillat ſanguinem Chriſti in atramentum, ſcribitq́; cum eo excommunicationem Pyrrhi. Verùm ille in ſua impietate ſine pœnitentia perſtitit, & poſt menſes quatuor diem ſuum obijt. Paulus Diaconus libro decimooctauo, & Liber pontificalis in Sextæ Conſtantinop. Actione quarta, quinta, & decimatertia. Zonaras Tomo tertio.

PAVLVS.

Relegato Pyrrho, ſubrogatur Paulus. is autem anteceſſores ſuos & impietate & crudelitate ſuperat omnes. Eius enim poſtulata non ſolùm perſuaſione, ſed etiam ui fuerunt armata. Impetrauit à Conſtante, paſſim affigi edicta, quibus cogerentur omnes Monothelitarum hæreſi ſubſcribere. Legatos papæ, qui ad emendationem eius miſſi erant, ipſe autoritate Imperatoris partim exilio multauit, partim poſt uarios tormentorum cruciatus carceribus incluſit. Ipſum deniq; Martinum papam cum quibuſdam alijs præciſa lingua, manuq́;, in Cherſonam curauit deportari. Paulus Diaconus libro 19 rerum Romanarum, & Liber pontificalis in uita Martini. & in ſextæ Conſtantinop. Actione 4 & 13. De hoc plura inter hæreticos. Præfuit Eccleſiæ annos duodecim. Zonaras Tomo tertio.

PETRVS.

Succeſsit Petrus, qui nonnihil mitius agens, licet unam uoluntatem in Chriſto nõ omnino abijceret, tamẽ duas etiam non negauit, ſed utramq; locutionem in Eccleſia uoluit retineri: ut apparet ex eius epiſtola ad Vitalianum, quę extat in Conſtantinop. ſextę Actione 4 & 13. Recenſetur hic quoq; inter hæreticos. Præfuit annos duodecim. Zonaras Tomo tertio.

THEODORVS.

Theodorus licet neutri parti cuperet eſſe addictus, tamen Monothelitarum hæreſi æquior fuit. Interrogatus aliquando per

Conſtanti-

Conſtantinum imperatorem, quæ cauſa eſſet diſtractionum inter Romanam & Conſtantinopolitanam ſedem? reſpondit: Ex nouitate uerborum, quę eſſent in eccleſiam introducta, & quòd aliqui ſcrutarentur incomprehenſibilia Dei, hæc certamina eſſe mota. Infenſus Romanæ eccleſiæ, ſubinde inſtitit apud Cōſtantinū, ut Vitalianū papā tolleret. Sed reſtitit pius princeps: & cōmiſerat' afflictę Eccleſię ſorte, ut uolnera eius ſanaret, coegit uniuerſalem Synodū: in qua exploſa penitùs, & anathematizata Monothelitarum hæreſi, diſsidia ſunt ſublata, ut patet ex actis.

GEORGIVS.

Georgius Conſtantinopolis epiſcopus, errorem maiorum ſuorum defendebat. Sed in Synodo conuictus teſtimonijs ſacrę Scripturæ & Patrum, ſuam opinionem abiecit, liberè condemnans & ſuum & ſuarum partium errorem: ut patet ex Sexta Conſtantinop. & Libro pontificali, & in Agathone.

GERMANVS.

Zonaras Germanū quendam inter Conſtātinopolitanos patriarchas recēſet, quem dicit à Conſtantino Pogonato poſt annos pubertatis caſtratum eſſe: Tomo tertio.

CALLYNICVS.

Iuſtinianus eccleſiam Marię, quę Metropolita dicebatur, ad palatium ſitam deſtructurus, ut in eius locum phialam erigeret, in qua uulgus Imperatorem exciperet, Callynicum iubebat pro more orationem recitare, qua exiſtimabant diuos ſuos placari, ut ſine ultione ferrent templorum ſuorum deſtructionem, & tranſlationem. Sed ille reſpondebat, orationem ſe ad Eccleſiam conſtituendam habere, uerùm non ad eius deſtructionem. Imperatore uerò illum cogente, nihil aliud dicere uoluit, quàm hæc uerba: Gloria Deo, qui iugiter ſuſtinens nos patitur, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum Amen. Exinde inuiſus Iuſtiniano, Leontio adiumento fuit, ut imperio potiretur: teſte Zonara. Verùm poſtea cum Iuſtinianus poſtliminio ad imperiū eſſet reuerſus, Callynicum effoſsis oculis in exilium Romam miſit. Paulus Diaconus libro 19 & 20 rerum Rom. Zonaras tomo tertio, Blondus Decadis primę libro decimo, Anno Domini 705. Sigebertus.

ADRIANOPOLITANI.

ALIPIVS

Cionita.

ALipius epiſcopus Adrianopolitanus, egit miraculoſam uitam per annos ſeptuaginta in Columna, inter cœlum & terram pendens, & omnibus tempeſtatum iniurijs expoſitus; unde & Cionita dictus eſt. Habuit ſibi adiunctos duos choros uirginum, & unum monachorū, cum quibus alternatim hymnos & pſalmos diu noctuq; decantans, aerem aſsidua uociferatione compleuit. Mulierculas tam ſtrictè cuſtodijt, ut uirorum oculis nunquam aſpicerētur, & moribundæ etiam parentum conſpectum non ferrent. Tempore ieiunij, quando recitauit hiſtoriam Paſsionis, uſus eſt quadam hypotypoſi: faciem & corpus fœdauit unguibus, fudit lachrymas largo imbre, & adhibuit alias miras geſticulationes, & captiuorum tragœdias, ut ſimplex turba putaret, ſe ipſum Chriſtum in paſsione corā̀m uidere. Commendatur à Metaphraſte, quòd fuerit præ Iobo ſanctitate & patientia clarus. Sed pius lector iuxta normam uerbi diuini iudicet: Fruſtra me colunt mandatis hominum. Iob miſeriam diuinitùs immiſſam patienter tulit: ſed hic ex ſuperſtitione ſibi ipſi moleſtias exhibuit. Coloſs. 2.

PLATO.

Interfuit ſextę Conſtantinopolitanæ Synodo Adrianopolitanus quidam epiſcopus, nomine Plato. Act. 17.

EPISCOPI IN THRACIA,

& uicinis locis.

NOminātur in eadem Synodo alij etiam horum locorū epiſcopi: ut Siſinius Heracliotanus, Georgius Bizinus, Georgius Selymbrinus, Petrus Sozopolitanus, Regius Panenſis.

Ex Carinthia: Theodorus Staurenopolitanus, Andreas Neapolitanus, Theodorus Miletinus.

Ex Achaia: Iohannes Athenienſis, Theodorus Lacedæmonienſis, Georgius Iunopolitanus, Iohannes Argorum, Stephanus Pariorum, Georgius Naxi.

Ex Eubœa: Demetrius Tinnenſis, Georgius Therenſis, Iohannes Theſſalonicenſis, Syluanus Lemoenſis.

SICVLI.

GEORGIVS.

GEorgius fuit epiſcopus Syracuſanus, tēpore Vitaliani papæ: ut apparet ex epiſtola ad eum ſcripta, quæ extat Conciliorum Tomo ſecundo.

THEOPHANIVS.

Theophanius fuit epiſcopus Baiarum. Conciliorum Tomo ſecundo.

THEODORVS.

Theodorus fuit epiſcopus Thermarum. ibidem.

TORCELLANI.

PAVLVS,

PAulus fuit epiſcopus in ciuitate Altina: eiectus autē à Longobardis Arianis, cum multis

multis pijs commigrauit in inſulam Torcellum, & ibi extructa Eccleſia Deo ſeruijt. Sabellicus Enneadis octauæ libro ſexto.

MAVRVS.

Subrogatus eſt huic defuncto Maurus: isq́; impetrauit à Seuerino pontifice Romano, ut rata eſſet hæc commigratio, & deſtinaretur iſta inſula exulibus, qui eò confugerant. Sabellicus ibidem.

PAVLVS.

Paulus epiſcopus Patauinus, propter ſæuitiam Arianorum deſeruit locum, & cum quibuſdam rectè ſentientibus ſeceſsit in inſulam Metamaucum: ibiq́; urbe & templo extructis, aliquandiu manſit, donec fluctibus abſorpta ciuitate, Clodiam ſe receperunt. Sabellicus Enneadis octauæ libro ſexto.

MAGNVS ALTINAS.

Magnus Altinas, epiſcopus Opiterginus, tempore Heraclij, uir ſanctitate illuſtris, exciſa Opitergio à Longobardis, in ſtagnis cœpit locum condendæ urbis, quam in Imperatoris gratiam Heracleam dixit. nondum enim erat Heraclius in Monothelitarũ hæreſim prolapſus. Factus ibi epiſcopus, in ſomno edoctus dicitur, quanta futura eſſet Venetiarum ciuitas, quæ iam erat à Patauis fundata. Extruxit templa circa riuum altũ. Sed Dandulus, qui ſcripſit de origine Venetiæ urbis, non adſtipulatur. Sabellicus Enneadis octauæ libro ſexto, & Palmerius.

IOHANNES CONcordienſis.

Iohannes epiſcopus Concordienſis, fugiens Arianum uirus, Cõcordiam reliquit, & ſedem Capulas tranſtulit: teſte Sabellico Enneadis octauæ libro ſexto.

DOCTORES Italiæ.

PONTIFICES Romani.

SABINIANVS.

MOrtuo Gregorio Magno, ſucceſsit Sabinianus: quem Palmerius Sabinũ, Nicephorus Innocentium nominat, libro 18, capite 56.

Patriam eius Panuinius Bledeum, & Patrem Batium ponit, libro primo: uerùm alij Thuſcum fuiſſe affirmant.

Fuerat hic uiuo Gregorio maximè charus, adeò ut in legationibus ad Imperatores ſemper adhiberetur ſolus. At poſtquam in ſedem eius aſcẽdit, parùm gratus erga mortuum extitit. Statim enim ut uidit ſibi defuncti laudes obſtare, nihil non tentauit, quò memoriam eius aut penitùs tolleret, aut apud omnes redderet exoſam. Finxit crimina in Gregorium, quòd ipſius tempore ſtatuæ & alia urbis ornamenta fuiſſent collapſa, quòd exhauſtum Eccleſiæ ærarium eſſet, & alia multa, quæ odioſè apud imperitum uulgus exagitauit. Aliquando cum ſumma fames urbem premeret, rogatus ut in ſubleuanda inopia hominum Gregorij pietatem imitaretur, reſpondit: Hominem iſtum nequam fuiſſe, & ambitioſum: captaſſe popularem aurã, & ſic omne Eccleſiæ patrimoniũ dilapidaſſe. Sabellicus Enneadis 8, lib. 6. Sed tamẽ ſæuius urgente malo, aperuit horrea Eccleſiæ, & uẽdidit frumẽta per multos mẽſes uili precio. Liber põtificalis.

Cogitauit de ſcriptis Gregorij tollendis: & parum abfuit quin omnia illa igne fuiſſent conſumpta, niſi reſtitiſſet Petrus archidiaconus, qui Gregorij pietatem & uirtutẽ prædicans, æquiorem reddidit populum: teſte Chronico Iohãnis de Oppido, & Catalogo Treuirenſium epiſcoporum.

Ne planè ocioſus uideretur in Antichriſti regno architectando, decreuit:

Vt Canonicæ horæ diſtinguantur officij cauſa.

Vt campanis pulſetur.

Vt lampades perpetuò in templis ardeãt, præſertim in Vaticano: teſte Blondo Decadis primæ libro nono: Sabellico Enneadis 8 libro 6. & Platina.

Ad Pontificatũ uenit anno imperij Phocę ſecundo, Chriſti 604, ut Scriptores paſsim colligunt omnes, præter Panuinium, qui annum 606 ponit: perperàm tamen, ut Bibliander notat tabula undecima: Otto Phryſingenſis libro quinto, pagina 57. Regino libro primo.

Sedit annos duos, menſes quinque, dies nouem: & ordinauit epiſcopos uiginti ſex per diuerſa loca: teſte Ammonio libro quarto, capite quarto: & Honorio. Obijt die ſecundo menſis Februarij, à Gregorio in ſomno percuſſus. Sigebertus anno Domini 607. Vltimus Romanorum patriarcha fuit. Balęus Centuria prima, capite ſexageſimooctauo, in Appendice.

BONIFACIVS III.

Anno Chriſti 607. imperij uerò Phocæ tertio, electus eſt Bonifacius tertius, patria Romanus, iuxta Sigebertum: & primus Papa, hoc eſt uicarius Antichriſti, à Scriptoribus nominatur.

Inter Romanos & Conſtantinopolitanos de principatu erat contentio, quæ multis annis durauerat, ut patet ex ſuperioribus. Nam Conſtantinopolitana eccleſia ſeſe primam omniũ aſſerebat: itidem faciebat Romana. Cùm autem Bonifacius agnoſceret, non poſſe Romanam eccleſiam ſumma illa dignitate potiri, ſine Imperatoris conſenſu: & ui-

& uidaret Phocam Conſtantinopoleos patriarchæ eſſe Iniquiotem, propter reprehenſum ſcelus aduerſus Mauricium perpetratum: ſeſe inſinuauit in Phocæ parricidæ amicitiam, & imaginem eius Romā miſſam honorificè excepit, & aſſentando, ac cædem eius probando effecit, ut Romana eccleſia caput omnium aliarum à parricida conſtitueretur. Rationes autem allegauit has:

1 Quia ſedes Imperialis primitùs fuiſſet Romæ, & poſtea Conſtantinopolim quaſi per colonias tranſlata.

2 Quia etiam Imperator non à Conſtantinopoli, ſed à Roma nomen duceret, gaudens titulo Romanorum Imperatorum.

3 Quia cioes ipſi Conſtantinopolitani, uon Græci, ſed Romani ſcriberentur.

4 Quia Petrus Apoſtolotū princeps, ſucceſſoribus ſuis Romæ, oon Conſtantioopoli, aut uſquam alibi claues & poteſtatem ſibi à Chriſto cooceſſam, reliquiſſet.

Hæc ſunt tam ardua & immota fundamenta, quibus ueluti columnis, omnis ſtatus Antichriſti Romani, & dignitas papalis ſedis nititur.

Annuente igitur Phoca, Romana eccleſia Pootificatus & Papatus nomē accepit, cum plenaria poteſtate conuocandi & dimittendi Syoodos, cōfirmandi & abolendi ea quę in Synodis eſſent decreta, &c. ut de hoc Bonifacio differunt Sigebertus, Iuo, Platina, Pomponius Lætus, Egoatius, Honorius, & ſimiles, in uita eiuſdem. Et congruunt Regino libro primo, Adon Viennenſis ætate 6. Blondus Decadis primę libro nono: Speculum Vincentij libro 22, capite 107. Heinricus de Erphotdia, capite 55. Sabellicus Enneadis octauæ libro ſexto, pagina 174. Annonius libro quarto, capite quarto: & Paulus Diaconus libro quarto, capite undecimo: hæc in Bonifacium quartū conferunt.

¶ Decreuit in Synodo epiſcoporum ſexagiota duorum:

Ne quis in mortui cuiuſois epiſcopi locum ſubrogaretur ante quatriduū elapſum.

Ne quis largitiooibus epiſcopatum aucuparetur.

Ne fieret electio, niſi cooſentiente omni clero & populo, ſuffragante tamen magiſtratu politico, & addeote ſummo Pontifice hæc uerba: Volumus & iubemus. Liber pontificalis, Platina, & Sigebertus.

Non diu autem in iſto faſtigio impietatis ſedit: ſed mēſe nono, morbo cotteptus, interijt. Suntq; decreta eius ſimul cum ipſo ſublata, ut ſcribit Annonius libro 4. capite 4, & Sabellicus Enneadis octauæ libro 6, pagina 175.

BONIFACIVS IIII.

Bonifacius quartus, oatione Marſus, de ciuitate Valeria, ubi pater eius Iohannes egit medicum, teſte Platina, & Stella. Hunc Annooius primatus autorem ponit. At Paulus Diaconus, loco horum onum tantùm Booifacium recitat, cui utrumq; tribuit, libro quarto, capite uodecimo, de geſtis Longobardorum.

Petijt à Phoca Pantheon: idq; dono acceptum, in eccleſiam Sanctę Mariæ & omnium martyrum oertit, eiectis ſimulacbris gentium, perluſtrato templo anno Chriſti 609, iuxta Sigeberium. Beda libro ſecōdo, capite quarto Anglicæ hiſtoriæ, & de Ratione temporum libro ſecundo: Regino libro primo. Atq; ira Antichriſtus uero Deo abiecto, deom alienū, ſanctos nimirùm mortuos colere, gentilium more cœpit. Præmōſtratenſis natrat, io Pantheo ſępius Chriſtianos prius à dęmooibus fuiſſe percoſſos: ſed poſteaquam Sanctis dedicatum fuit, nō item. Nam hęc res dęmones Chriſtianis reconciliauit: & hoſtis armatus atrio ſuo occupato, quieti ſe dedit.

Feſtum omnium Sanctorum inſtituit: & ut eo die ipſe Pontifex Miſſam celebraret, ordinauit. Nitidum pannum in altari ſemper eſſe iuſsit.

Monachos in tribum Sacerdotom adſcripſit: eiſq; ius concionandi, & adminiſtrandi ſacramenta dedit. Antoninus titulo ſecundo, capite decimotertio, §. 1. Platina, & Liber pontificalis.

Beda mentionem facit duarum eius epiſtolarū, quas ſcripſit in Angliam: unam ad Edilbertum regem, alteram ad Laorētium eius loci archiepiſcopum: ſed exempla non extant. Anglicæ hiſtoriæ libro 2, capite 4.

In magno precio habuit oitam monaſticam: ideoq; & propriam domum in monaſterium uertit, & prædia paterna eis adſcripſit: teſte Sabellico Enneadis 8. libro 6. pagina 175. Balęus Centuria prima, in uita eius.

Sedit annos ſex, menſes octo: & fecit ordinationes duas, ex quibus epiſcopi trigiota ſex, & diaconi nouem in diuerſa prodierunt loca: teſte Sabellico Enneadis octauæ libro ſexto, pagina 175. Reginone libro primo, & Blondo Decadis primæ libro oono.

THEODATVS, VEL *Deuſdedit.*

Sublato Bonifacio, pōtificalis ſedes menſibus ſeptem, diebus uigintiquinque ſtetit uacua: propterea quòd multis ſimul ad hoc faſtigiom hooorum aſpirantibus, non poterat conueniri de electione. tandem re diu multumq; deliberata, cecidit ſors in Theodatum, quem alij Deuſdedit nuncupārunt. Fuit is Romę Stephani cuiuſdā ſubdiaconi filius, & elephantiscum oſculo ſuo ſanauit: ut narraot Platina, & Liber pootificalis.

Regni Antichriſti gubernator, & amplior, decretum fecit:

Ne liceret eam ducere, quam quis ex ſacro fonte leuaſſet.

Ne parētes, qui proprios filios ex baptiſmo etiam ignari ſuſcepiſſent, amplius in ſocietate iugali unà uiuerent: ſed ut fieret ſeparatio, & mulier dotem reciperet, & poſt annum alteri nuberet. Hinc ſpiritualis cognatio ſuam traxit originem, quę paſsim in Pontificum libris celebratur.

Autor idem fuit, ut ſecūda Miſſa in Eccleſia fieret. Sigebertus in Chronico. Item, ut cōtra Simonias teſtes eſſe poſsint meretrices, ſerui, & publica infamia homines notati. Luitprādus in uita eius, Blondus Decadis primæ libro nono. Platina.

Fecit ordinationes tres, presbyteros quatuordecim, diaconos quinq;, epiſcopos uiginti nouem. Liber pontificalis. Obijt anno Pontificatus ſui tertio, die tertio. Sabellicus Enneadis 8, libro 6. & Baleus notat, nullum ex Papis huius temporis diu fuiſſe ſuperſtitem: iuſto Dei iudicio blaſphemiarum architectos illos opprimente.

BONIFACIUS V.

Bonifacius quintus fuit natione Campanus, Iohannis cuiuſdā filius. Subuectus ad pontificiam dignitatem, ædificauit eccleſiā Hadriani, in qua undecim ſancti requieſcunt. fecit item, & dedicauit cœmiterium Nicomedis, teſte Platina.

Conſtituit, ut teſtamentum ualeat ſecundum iuſsionem Principis. Vincentius libro 23, capite decimotertio.

Vt monachi habeant poteſtatem ligandi & ſoluendi.

Ne fugiens aliquis, quouis crimine patrato, ad ſacras ædes, uiolenter inde abſtrahatur. Sigebertus.

Vt ſacrilegi ubique ſint anathemata. Platina.

¶ Scripſit aliquot epiſtolas in Angliam, quarum Beda meminit. Vna eſt ad Iuſtum Roffenſem epiſcopum, cui concedit autoritatem ordinandi epiſcopos. & mittit ad eius rei uſum, itemque ad alia myſteria diuina, peculiare ueſtitus genus, quod Pallium nominat: hortatur denique, ut ſtrenuè curet ea quæ ad maieſtatem Romanæ ſedis ampliandam facere uideantur: libro ſecundo, capite octauo.

In altera Heduinum regem hortatur, ut relictis idolis, ad ueri Dei agnitionem & cultum ſe conuertat. monet, ut ſculptilia commenticiorum numinum confringat: probans ex ſacris literis, uirtutem illorum nullam eſſe: & inſpergit quædam de potentia, clementia & bonitate Dei, de operibus trium perſonarum, de creatione & redemptione generis humani: quorū ſumma eſt, Nos iuſtificari fide in Trinitatem, & iuſtificatis dari Spiritum ſanctum.

De peccato incommodè ſentit, aſſerens nos per Chriſtum ab originali peccato tantùm eſſe liberatos.

Concludit deniq; cum inuocatione beati Petri, quem protectorē Eccleſię nominat: offerens ſimul regi aliqua munuſcula, quæ à benedictione & nomine Petri cōmendat. Beda hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum libro ſecundo, capite decimo.

Tertia ad Edilbergam, Heduini regis cōiugem, eſt directa: in qua ipſi primùm gratulatur de agnita ueritate, & uera conuerſione ad Deum, prædicans ſimul bona opera, quibus illa ſtudeat. Deinde monet, ut maritum etiam ad ueræ religionis amorem flectere laboret. Tandem concludit cum inuocatione Petri: ut par erat eum facere, qui uero Deo abiecto, deos alienos colebat argento & auro, iuxta Danielis uaticinium. Beda libro ſecundo, capite undecimo.

Sedit annos quinque, dies decem: & habuit ordinationes duas, in quibus presbyteros uiginti ſex, diaconos quatuor, & epiſcopos uigintinouem in diuerſa loca procreauit. Regino, Iuo in Heraclio: & Sabellicus Enneadis octauæ libro ſexto, pagina 177. Platina.

HONORIUS.

Honorius, natione Campanus, patre Petronio uiro conſulari natus, opera Antichriſto competentia fecit. Nam diuorum templa uetuſtate collapſa reſtaurauit: ut templum Agnetis in uia Nomentana, Pancratij in uia Aurelia, Cyriaci in uia Hoſtienſi, Apollinaris & quatuor Coronatorum martyrum, Seuerini apud urbem Tyburtinam, Agnetis apud Syluestrum, Hadriani in tribus foris, & Anaſtaſij ad aquas Saluias. Cœmiterium item Marcellini, & Petri in uia Labicana reſtituit: & Vaticanam baſilicam Petri, auro argentoq; ſplendidè decoratam, per totum, ut habet Chronicon Martini, tabulis aureis texit, uel (ut alij uolunt) æneis tegulis, quas ex Romuli templo Heraclij permiſſu accepit: Liber pontificalis, Sabellicus Enneadis octauæ libro ſexto, Platina: & Blondus, qui horum ædificiorum hodie nullum Romę conſpici, præter Petri templum, affirmat, Decadis primę libro nono.

Cùm Monothelitarum hæreſis graſſaretur, etiam ipſe Honorius pontifex, quem tamen ſomniant errare non poſſe, ea correptus eſt. Blondus Decadis primæ libro nono. Nam in ſexta Synodo Conſtantinopolitana allegatur ab hæreticis ipſius autoritas; & offeruntur literæ eius ſcriptæ ad Sergium,

Sergium, quæ partim manifeſtè unam uoluntatem in Chriſto profitentur, partim utramq; phraſin de una & duabus operationibus in Chriſto reijciunt, & ex Eccleſijs penitùs explodunt, & ad Grāmaticos & ſcholaſticos eiuſmodi quæſtiones relegant. Quamobrem comburitur iſta epiſtola, & damnatur ipſe Honorius à toto Antiſtitum conuentu, Actione 12 & 13. Platina tamen, & Nauclerus, & alij Pōtificij, conantur Honorij famæ mederi. & affirmant, eum Monothelitarum errorem damnaſſe: & ab Heraclio obtinuiſſe, ut Pyrrhū in Africam relegârit. Sed in Synodo ſexta ſi quid huiuſmodi accidiſſet, abſque dubio à Romanis eſſet prolatum.

Meminit Beda aliquot Epiſtolarum, quas in Angliam miſit: ut ad Heduinum, quem ad conſtantiam in recens agnita doctrina hortatur. Ad Paulinum & Honorium epiſcopos, quibus pallia mittit, & poteſtatem concedit archiepiſcopum creandi, ſi Eboracenſis aut Dorouernenſis intercideret, ne opus eſſet eo nomine Romam candidatum mitti. Ad Scotos item ſcripſit, de Paſchatis obſeruatione errantes, & ueram rationem oſtendit: teſte Beda de Ratione temporum, & Reginone libro primo.

Sanxit, ut ſabbato à S. Apollinari ad D. Petrum fieret proceſsio cum Litanijs: unde poſtea circuitiones in Encænijs originem traxerunt. Idem inuenit feſtum Exaltationis crucis: & addidit Litanijs Gregorij, inuocationem mortuorum. Liber pontificalis, Platina, & Balęus.

Eius tempore Mahometus ſua falſa doctrina & aperta ui eccleſias Dei turbauit. ac debuiſſent Honorius, & ſequentes Romani pontifices, Oecumenicorū titulis ornari, ei reſiſtere, & oues Chriſti contra uenena illa ſalutari medicina præmunire: uerùm ea in re planè ocioſi fuerunt, & permiſerunt lupum illum extra Eccleſiam graſſari, ipſi intùs omnia dilaniantes.

Sedit annos duodecim, menſes undecim, dies ſeptendecim. & ordinauit tribus uicibus presbyteros tredecim, diaconos undecim, epiſcopos octuagintaunum.

SEVERINVS.

Seuerus, uel Seuerinus, primus eius nominis, patria Romanus, patre Labieno natus eſt. Hunc Iſacius, Italiæ exarchus, Romam ueniens, in Pontificatu confirmauit. tunc enim temporis cleri & populi electio nihil ualebat, niſi confirmatio Imperatoris accederet. Cùm aūt Iſacius petijſſet, ut Romanus pontifex aliquid in ſumptus militares conferret: & ipſe denegaret: ſacrariū Lateranenſis baſilicę, ubi theſauri erant, diripuit. Blondus Decadis primæ libro nono, pagina 124: & Platina.

Seuerinus erga pauperes largus, Eccleſiaſtica prædia pro uirili auxit: & clericos, ſpoliato templo, ſuis impenſis diu ſuſtentauit: ut refert Onuphrius, & Platina.

Arguit hic quoque Scotos, propter Paſchatis intempeſtiuam celebrationem: teſte Balæo de Scriptoribus Anglicis. Ordinauit epiſcopos per diuerſa loca nouem. Primo anno, menſe 2, die 4 obijt, iuxta Platinam. Martinus Stella, & Iohānes de Oppido, tribuunt ei annum unum: Palmerius biennium.

IOHANNES IIII.

Iohannes quartus, de gente fuit Dalmata, patre Venantio. Platina. Accedens ad Pontificatum turbulento tempore, cùm Saraceni paſsim in Hiſtria & Dalmatia ſæuirent, omnibusq; direptis homines quoq; abducerent captiuos, multa millia Chriſtianorum numerato lytro redemit. Martinus, & Liber pontificalis.

Anaſtaſij quoque & Vincentij corpora, metuens ne in barbarorum manus deuenirent, inde Romam tranſtulit: & iuxta fontem Lateranenſem in Oratorio S. Iohannis euangeliſtæ recondidit. Faſciculus temporum.

Monothelitarum hæreſin, collecta Synodo prouinciali, annuente Heraclio, unà cum autoribus & fautoribus anathematizauit: teſte Paulo Diacono libro 18 rerum Romanarum.

Ad Scotos item ſcripſit, Pelagianam hæreſin, quæ ibi rurſus uires ſumebat, & errorem de Paſchatis obſeruatione damnans: teſte Beda de Ratione temporum, & Adone ætate ſexta. Sedit annum unum, menſes nouem, dies nouendecim. Platina tamen, eum menſe nono, primo Pontificatus anno obijſſe tradit.

THEODORVS.

Theodorus Græcus, filius Theodori epiſcopi Hieroſolymitani, Pōtificatum iniens, ſcripſit ad Rhotarin Longobardorum regem, monens ut ab Ariana hæreſi deſiſteret: ſed fruſtrà, teſte Blondo Decadis primæ libro nono. Monuit & Paulum Conſtantinopolitanum, Monothelitarum patronum, ut ad fidem rectam rediret: teſte Nauclero Generatione 22. Pyrrhum redeuntem ex Africa, & palinodiam canentem, honorificè recepit, atque abſoluit. poſtea ad uomitum relapſum, publicè in conſeſſu omnis cleri & populi denuò anathematizauit. Paulus Diaconus libro decimo octauo rerum Romanarum.

Non tam pro religionis puritate, quàm pro confirmando ſuo principatu in Eccle-

ſias Orientis, Conſtantinopolitanoa epiſcopos oppugnauit. Verùm uidens ſe faſcinato Imperatore nihil poſſe proficere, à religionis cura ad templorum exornationem ſe conuertit. Ædificauit baſilicam in uia Flaminia: & duo Oratoria, alterum ad Lateranenſem eccleſiam, quod Baſilio dedicauit: alterum in uia Hoſtienſi, Eupulo martyri. Primi & Feliciani martyrum reliquias in baſilicam Stephani, in monte Cœlio, collocauit, multis aureis & argenteis ornamentis appoſitis: teſte Platina, & Libro pontificali in uita eiuſdem.

Deinde decreta fecit: Vt benedictio cerei fieret in ſabbato Paſchæ.

Vt nemo ſepararetur, qui uxorem duxiſſet poſt ſimplex uotum. Hartman Schedel pagina 173.

Heinricus de Erphordia, putat hūc Theodorum librum pœnitentialem compoſuiſſe: ſed Regino libro primo, & reliqui ſcriptores, Theodoto monacho & epiſcopo Cantuarienſi illud opus aſſeribunt, capite 56. Sedit annos 6, mēſem unum, dies 26. & ordinauit epiſcopos 56, presbyteros 21, diaconos 4: teſte Honorio & Luitprando.

MARTINVS.

Martinus Tbuſcus, ex ciuitate Tudertina, patre Fabricio fuit. Huius tēpore Conſtantius imperator totus in Monothelitarum hæreſin prolapſus, paſsim edicta in eccleſijs affigebat, quibus nec unā, nec duas uoluntates aut operationes Chriſto attribuendas cauebat, & imperabat: anno Domini 652. Verùm Martinus fortiter ſe opponens, primùm legatos miſit ad Paulū archiepiſcopum Conſtantinopolitanum, uel (ut alij uolūt) ad ipſum Imperatorem qui de emendatione cum ipſis agerent. At illi uerberibus & carcere excepti, & aliquandiu duriter tractati, tandem ad remotiſsimas inſulas relegantur. Martinus autem conuocata Synodo centum & quinquaginta epiſcoporum Romæ, Monothelitarū damnationem denuò renouat: omnesq; ſectatores huius hæreſis, præſertim Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum ac Paulum Conſtātinopolitanos, anathematizat. Mittit illa decreta Synodica in Orientē atq; Occidentem: & inter cætera ad Amandum quendam Senonenſem epiſcopum ſcribit, ut ille ſimiliter in Gallijs habita Synodo, hanc hęreſin damnet, idq; per Sigebertum regem ad Imperatorem transmitti curet.

Conſtātius uerò, Olympium exarchum Italiæ Romā mittit, cum mandatis, ut Martinum interficiat, aut uinctum ſibi transmittat. Olympius mandatum exequens, cùm iam uellet Martinum in templo prehendere, repentè ſibi obiecto glaucomate ante oculos, diuinitùs (ut creditur) eluditur, ut præſentem proximeq; ſibi aſtantem non uideat: & ſic à cœpto deſiſtit. Sigebertus, anno Domini 657. Mittitur alius ab Imperatore, Calliopa nomine: qui multis modis tentatis, tandem prehenſum, catenisque ligatum, Byzantium traducit: ubi lingua manuq; truncatus, in Cherſoneſum Thraciæ deportatur. Platina, Sabellicus Enneadis octauæ libro ſexto.

Adſcribuntur ei ſtatuta: Ne clerici comam alant, diſtinctione 24, cap. non licet.

Vt ſponſi & ſponſæ ante carnalem copulam à ſacerdote benedicantur. Stella.

Vt feris ſexta ieiunetur propter Domini paſsionem, & dies Dominica ſit ſolennis propter glorioſam reſurrectionem. Chronicon Aeditui.

Vt clerici cum oratione cibum benedicant. ibidem.

Vt epiſcopi quotannis conficiant chriſma. Supplementum Chronicorum pagina 247. & Antoninus titulo 13, capite 1. §. 3.

Conſcripſit & alios multos Canones contra Monothelitas & alios hęreticos, qui extant Conciliorum tomo 2, pagina 234: & apud Antoninum.

In epiſtola quam ad Amandum ſcripſit, rectè docet de cruce, monens illam infracta mente ferendam eſſe, & leniendam, exemplo Chriſti, ac ſpe futurorum bonorum.

Errat de peccato, quòd delinquentibus poſt ordinationem negat ueniam. Item de lege, quam dicit nihil magis à nobis requirere, quàm quod poſsimus præſtare.

Sedit annos ſex, & in exilio defunctus, anno Domini 659. Sigebertus. Poſt mortem miraculis claruit. Regino libro primo: Paulus Diaconus libro 19 rerū Romanarū.

EVGENIVS PRIMVS.

Martino abducto, cum de eius morte diu nihil certi conſtaret Romæ, uacauit ſedes menſibus quatuordecim: & ſubrogatus eſt poſtea Eugenius primus, patria Romanus, patre Ruffiniano, è Cœlio monte, iuxta Platinam: cuius tamen Honorius & Beda non meminerunt. Fuit uir (ut ſcribitur) multæ humanitatis erga omnes, & religionis amator eximius, ut qui inter clericos fuit educatus à cunabulis. Huius tempore Petrus, qui Byzantij Paulo ſucceſſerat, ſuam confeſsionem Romā miſit, in qua duas uoluntates & operationes in Chriſto negaret. Illa ita eſt exploſa, ut clerus ipſe Pontifici interdixerit, ne ſacris manus admoueret, niſi prius recitatis coram populo, & damnatis illis literis. Platina, & Sabellicus Enneadis octauæ libro 6, pagina 179.

¶ Statuta eius referuntur hæc:

Vt presbyteri, diaconi & ſubdiaconi cœlibem

libem uitam agant. Chronicon Aeditui, & Herman. Gygas. Sebaſtianus Franck hoc Martino tribuit.

Vt quilibet epiſcopus habeat carceres, quibus delinquẽtes puniat. Supplementũ Chronicorũ, diſt. 81. cap. Sacerdos. Volaterranus addit: Ita ſenſim ad põtifices & epiſcopos deueniſſe poteſtatẽ ciuilis gladij.

Vt iuxta templa, ſacerdotum domicilia extruantur. Stella.

Ne quis monachus inuitus in monaſterio detineatur. Supplementum libro 20. §. 1. cap. Si qui.

Ne quis monachus ſine permiſſu ſuperioris è clauſtro ſuo exeat. Hartman Schedel, pagina 173.

Sedit annos duos, menſes 6, dies quindecim, teſte Bibliandro: uel, ut uult Hermannus Gygas, annos 2, menſes nouem, dies uigintiquatuor. Palmerius tribuit ipſi tres annos integros. Blondus dicit, tertio nondum exacto illum obijſſe: Decadis primæ libro nono. Idem ex Sigeberto conſtat.

VITALIANVS.

Vitalianus fuit natione Campanus, uel (ut Platina habet) Signius, ex oppido Volſcorum, patre Anaſtaſio. In Pontificem electus, miſit Conſtantinopolim, qui Imperatori, ut moris erat, de ſua ordinatione referrent. Legati ſolẽniter excepti, impetrata ſimul renouatione priuilegiorũ ſedis Romanæ, redierunt onuſti uarijs donis: inter quæ fuerũt Euãgelia auro cõſcripta, & pretioſis gemmis ornata, quæ D. Petro exhibebat Conſtantius. qui tamen paulo pòſt Romam delatus, quicquid inuenit auri & ornamenti, in uniuerſum ex Eccleſijs abſtulit. Chronicon Martini, & Rudimentum Nouitiorum.

Pro dignitate Romanæ ſedis multũ ſollicitus, miſit Theodorum & Adrianum in Britanniam, ad propaganda ea quę per Gregorium fuerant cœpta: teſte Beda libro 2 de Ratione temporum, Annonio libro quarto, capite 32. & Platina.

Compoſuit regulas Eccleſiaſticas, & inſtituit cantum adhibitis inſtrumentis Muſicis, quæ uulgari nomine Organa dicũtur. Liber pontificalis. Reprehendit coniugium ſacerdotum: ut apparet ex epiſtola quam ſcripſit ad epiſcopum Cretenſem, accuſans aliquem eius loci miniſtrum, quòd haberet uxorem.

Sedit annos 14, menſes 6, teſte Honorio: uel annos 15, ut habet Palmerius.

ADEODATVS.

Adeodatus, patria Romanus, patre Iouiniano, ex monacho ad pontificiã dignitatem, ut plurimi ſcribunt, eſt euectus: licet Regino eũ omittat. Ac fuit uir mitiſsimus, qui ſumma cum omniũ beneuolentia Pontificatum adminiſtrauit: teſte Blondo Decadis primæ libro nono.

Apparentibus hoc tempore multis triſtibus ſignis in cœlo & aere, quibus futuri motus, præſertim uerò Turcici furores, qui ceſſo Conſtantio ſecuti ſunt, denunciari uidebantur: publicas preces quotidie fieri conſtituit, ad abolenda prodigia, & auertendã iram Dei: parũ ſollicitus de uera pœnitẽtia, qua & ipſe & ſacerdotes debuiſſent agnoſcere & emendare ſuas idololatrias, & blaſphemias, & turpitudines. Platina, Liber põtificalis, & Sabell. Ennead. 8. lib. 6. pag. 160.

Eccleſiã Petri in uia Portuenſi, iuxta pontem Meruli, inſtaurauit, & dedicauit. Auxit inſuper ædificijs & fundis monaſterium Eraſmi in monte Cælio, ubi ipſe antea monaſticam uitam erat ſecutus. Platina.

Sedit annos 4, menſes 2, teſte Palmerio: uel annos 4, menſes 5, dies 5: ut habet Honorius & Bibliander.

DONVS.

Poſt Adeodatũ, Gotfridus Viterbienſis Dionyſij & Agapeti pontificũ mentionẽ facit, parte 16 Chronicorũ. Verùm hi nuſquã alibi inueniũtur. Sequitur Donus, quem Iuo Lonum, Martinus Bonũ nominat: patria Romanus, patre Mauricio. Hic Pontificatum gerens, locum ante templũ Petri, qui Paradiſus nominatur, marmoribus ſtrauit: eccleſiam Apoſtolorũ in uia Hoſtienſi, item Euphemiæ in uia Appiana inſtaurauit. monaſteriũ Boetianum in Syria Romanis adiunxit: & monachos illos quod cum Neſtorianis conſentiebant, caſtigatos in uaria monaſteria detruſit. Blondus Decadis primæ libro nono. & Platina.

Inſtituit, ut clerici in templo diuerſis ordinibus ſtarent, & certis honorum gradibus ſeiungerentur. Autor quoque fuit, ut eccleſia Rauennatum cum Romana in gratiam rediret, cùm antea graui & diuturno odio eſſent diſtractæ. Sabellicus Enneadis octauæ libro ſexto, pagina 180.

Sedit annos tres, iuxta Palmerium: uel annos quinq;, menſes quinque, dies decẽ: ut habet Platina. Hermãnus tantùm unum annum ei tribuit, confuſa temporum ratione: ut notat Bibliander tabula undecima.

AGATHO.

Agatho natione fuit Siculus, patre Pannonio, ex monacho factus Pontifex. Rogatus à Conſtãtino Pogonato, ad ſextam Synodũ Conſtãtinopolitanam miſit legatos, qui ſuo nomine confeſsionẽ exhibuerũt: in qua tum ex Sacris literis, tum ex Patrũ ſcriptis, Monothelitarũ hereſin refutat. Argumenta eius ſunt. 1. Quòd in Chriſto ſint duæ naturæ, atq; ideo & duæ uoluntates.

2. Quòd

2. Quòd Chriſtus perfectè ſuſceperit humanã naturã, abſq; peccato tamẽ: quodq; nihil ſaluetur, quod ab ipſo nõ ſit ſuſceptũ.

3. Quòd Deus nihil ſibi contrarium condiderit, uel in incarnatione aſſumpſerit, &c. Ex Patribus allegat Ambroſium, Anaſtaſiũ, Auguſtinũ, Gregorium Nazianzenũ, Gregorium Niſenum, Chryſoſtomum, Cyrillum, Hilarium, & Dionyſium Areopagitã.

Multos habet in iſta Epiſtola næuos. Nã de primatu Romanæ eccleſiæ cõtendit, illã ſolã eſſe Apoſtolicã, nec errasse unquã, nec poſſe errare. Oportere omnem animã ſaluandã Romanæ traditionis formã cõfiteri: & ſic oẽa eius ſanctiones accipiendas eſſe, tanquam ipſius Petri diuina uoce firmatas.

Deinde damnat coniugia ſacerdotum.

Tertiò cõmendat Miſſam: & impudẽter fingit Chryſoſtomi ſcriptũ de Miſſa, cùm in Chryſoſtomo Miſſæ uocabulum non extet.

De Magiſtratu rectè ſentit, inquiẽs: Principes ſuper populum à Deo conſtitui, & cuſtodiri. Agnoſcit ſe famulũ Imperatoris, & uocat urbem Romã ſeruilem Imperij, &c. ut patet ex Actis 6 Conſtantinopolitanæ.

Leproſum dicitur oſculo ſanaſſe. Martinus in Chronico.

Iohannẽ archicantorẽ miſit in Angliã, ut ibi Romanũ quoq; morem canẽdi doceret.

Dedit ad luminaria Eccleſię ſolidos 2160.

Inſtituit nouũ officium ærarij Romani: & ordinauit, ut clericus ieiunans in ſabbato deponeretur.

Imperator ei remiſit pecuniam, quam ſolebant offerre Pontifices pro cõfirmatione ſui Pontificatus: & ſanxit, ut nullus ordinetur Romæ Pontifex, priuſquã Conſtantinopolim de eo eſſet relatum. Sigebertus, in anno Domini 680.

Sedit annos 2, menſes 5, dies decem, ut habet Honorius: uel iuxta Bibliandrũ, annos 2, menſes 6, dies 4. Et fecit epiſcopos octodecim, presbyteros ac diaconos tres: teſte Libro pontificali, & Platina.

LEO II.

Leo ſecundus, natione Siculus, patre Paulo, presbyter fuit, & Cardinalis, antequàm ad gubernacula ſedis Romanæ acceſſit: electus aũt à tribus tantũ epiſcopis, Oſtrienſi uidelicet, Portuenſi, & Veliternenſi eſt ordinatus, cùm Albana eccleſia tum temporis uacaret. Gręcæ & Latinę linguæ fuit ſolidè perit⁹, ut patet ex actis Synodicis ſextæ Conſtãtinopolitanæ, quæ ex Greco in Latinum uertit. Muſices etiam peritus fuit: nam pſalmodiam cõpoſuit, & hymnos ad meliorem concentum redegit. Platina.

¶ Decreta eius referunt:

Vt lamina illa argẽtea, quã Pacem uocãt, in templo populis exoſculanda detur.

Vt neceſsitate urgente, liceat quouis die baptizare.

Vt ad archiepiſcopatũ electus, nõ ſit obligatus quicquã ſoluere Papę pro ſuo pallio

Vt ad electionem cleri, neceſſariò accedat confirmatio Pontificis. Platina.

Præſules Rauennates oppreſsit. Platina. Obijt menſe decimo, die 17: ut habet Honorius in uita eiuſdem.

BENEDICTVS II.

Benedictus patria Romanus, patre Iohãne, tẽporibus Agathonis fuit diaconus Romanę eccleſiæ. Ab Imperatore cõfirmationem ſuę functionis petẽs, ſanctionẽ accepit à Conſtãtino, ut in poſterũ non opus haberent Põtifices confirmationem ex Aula petere: ſed ut rata eſſet electio cleri, populi, & exercitus Romani, ſine ſuffragio Imperatoris, aut exarchi. Blondus Decadis primæ libro nono, pagina 132.

Miſit Chilianum in Germaniam, qui primus in Franconia ſemina Diuini uerbi ſparſit, abolitis gentilitijs numinibus, & idolis: teſte Hermanno Gygante, pagina 107. Reſtituit idem tẽpla Petri, Laurentij martyris, Valentiniani, Mariæ, ad Martyres, magnis ſumptibus: & obijt Pontificatus ſui menſe 10, die 12. Honorius in uita eius, & Platina.

IOHANNES V.

Iohãnes quintus, natione Syrus, patria Antiochenus, patre Cyriaco, ex presbytero & Cardinale electus, à tribus epiſcopis perinde ut Leo ordinationem accepit. eſtq; mos ille ſubinde deinceps ſeruatus: ut ſcribit Platina, & Luitprandus. Fuit in pauperes ualde liberalis: & apud Conſtantinũ obtinuit, ut in Sicilia cenſus, qui nõ ſine onere à ſubditis exigebatur, remitteretur penitùs. Antoninus titulo 13, cap. 1. §. 5. & Nauclerus Generatione 21. Scripſit libellũ de Pallij dignitate: & ſedit annum unum, & dies nouem. Platina & Honorius.

CONON.

Mortuo Iohanne, in diuerſas partes populus fuit diſtractus. Aliqui enim Petrum archiepiſcopum, cęteri cum exercitu Theodorum presbyterum uoluerunt. Tandem in Cononẽ incidit electio. Fuit is Thrax, patre Benedicto, &c. per gradus ad hoc faſtigium aſcendit, cùm antea acolythus, clericus, presbyter & Cardinalis fuiſſet. Impetrauit, ut Brutij, Lucani & Siculi, multis oneribus à Iuſtiniano leuarẽtur. Sedit tantũ menſes 11. Platina, Palmerius, Regino lib. 1.

SERGIVS.

Sublato Conone, denuò circa electionẽ orta eſt cõtentio. Aliqui enim Theodorũ, alij Paſchalem archidiaconum petierunt. Cumq; neuter alteri cedere uellet, à deliberatione res ad arma deuenit. ac irruperat iã

Theo-

Theodorus tum factione ſua, in interioré partem epiſcoparus Lareranenſis: exteriora uerò Paſchalis occupauerat. randem, ne quid grauius patererur urbs, utroque reiecto, de tertio aliquo eligendo agitari cœpit. factumque eſt, ut uno ore omnes eligerent Sergium. electum autem humeris portant in oratorium Cæſarij martyris, deinde in Lateranenſem epiſcopatum, eiectis omnibus qui locum occupauerant. Theodorus cognito omnjum conſenſu Sergiũ eſſe pontificem electum, ſalurat & exoſcularut: idem facit & Paſchalis, uerùm inuitus & coactus, circumſtrepéribus armis. Aegrè inde ferens repulſam, ſubinde conſilia ſecum agitauir, quomodo iniuriam uindicaret: & aliquoties ad exarchum Italiæ ſcripſit, Romam ipſum inuitans, & promittens centũ libras, ſi reſtitutionem perficeret. Interim tamen malis artibos proditus, & Magię cõuictus, archidiacooatu etiam priuatur, & in monaſterium ad pœnirenriam dettuditur, ubi in eadem pertinacia morruus traditur. Liber ponrificalis: Sabellicus Enneadis octanæ libro ſexro, pagina 181. Pacatis ita rebos, Pontificatus Sergio manſit: qui fuit patria Antiochenus, patre Tyberio.

Huius répore Iuſtinianus Imperator Synodum habuit: in qua, ea quæ comprobata erant à legaris Pontificis, reſcidit, ur ſuo loco diximus. Miſir ergo Iuſtinianua Zachariam qoendã protoſpatharium, qui hoc in mandatis habebar, ut manus in Sergium inijcerer. oerùm defenſus fuir ab exercitu, qui conatus Zachariæ repreſsir: ut ſcribũr Orro Phryſingenſis libro quinto, capite decimotertio. Adon ætate 6.

Miſit Vvillibtodũ ad Friſonum gentem, ur ibi religioné Romanã planraret. Plarina.

Eccleſiam Aquileienſem quoq;, ſextã Synodum non approbantem, ad ſauiratem reduxit. Idem, & Liber ponrificalis.

Inuenit iu ſacrario Petri magnã portionem Domioicæ crucis, uel (ut Liber pontificalis refert) capſulam argeoream, in qua crux fuir auro gemmisque orosta, quam in Conſtautiniaua eccleſia adorari & exoſculari iuſsit. Regino libro primo.

Angloſaxones item huius opera dicũtur Romanã fidẽ ſuſcepiſſe. Venirq; Cedualda occidentaliũ Saxonũ rex, ur Romæ à Sergio baptizaretur: ſed baptizatus, dum adhuc in albis ſtetit, diem clauſit. Iuo in Iuſtinisno.

Britanuis Berflauardũ dedit archiepiſcopum, & Rauennatibus Damianũ. Plariua.

Mulras pręterea baſilicas Romę extruxit, mulras ſtatuis exornauir: ut Platina ſcribit.

¶ Statuta Sergij ſoot: ut in fractiooe Dominici corporis Agnos Dei canatur. Irem: Vt Litaniæ à S. Hadriano quotannis dicantur per orbem, die Annonciationis, Purificationis, Natiuiratis, & Aſſumptionie Mariæ. Sigebertus in Chtonico.

Decœns Domini ridicula ſomnia, ad defenſiooem Miſſæ idololatricę excogirauit, ponens rriforme corpus Chriſti. Pars enim hoſtiæ, inquit, in calicé miſſæ corpus Chriſti, quod iam reſurrexir, monſtrar: pars comeſta, ambulans adhuc ſuper terram: pars in altari uſq; in finem Miſſæ remanens, corpus in ſepulchro, quia uſq; ad finem ſeculi corpora Sanctorum erũt in ſepulchris. Anroninus ritulo 13. cap. 1. §. 6.

Balæus dicit, Sergium cœlibatũ & caſti pudoris decus ram ſanctè cuſtodijſſe, ut aliquãdo oarus ſir, qui illum cõpellârit partẽ: ob quam rem Adelhelmus eum, ſed ſatis frigidè & timidè, reprehenderit. Centuria prima Scriprorum Britannicorum.

Sedit annos tredecim, menſes octo, dies 24, reſte Honorio, & Bibliandro tabula undecima. Mortuus eſt anno Domini 701. Sigebertus & Balæus.

AQVILEIENSES.

FORTVNATVS.

FOrtunatus, epiſcopus Aquileienſis, tempore Honorij papæ propter Ariauiſmũ excõmunicatus eſt. Sabellicus Ennead. 8, lib. 6. Diripuit Gradenſem eccleſiam. Ibidem, ex epiſtola Chriſtophori Gradenſis.

PRIMOGENIVS.

Eiecto Fortunato, ſubrogatus eſt in eius locũ Primogenius, qui fuerar Romanæ eccleſię ſubdiaconus. Sabellicus Enoeadis octauæ libro ſexto.

SEVERVS, & IOANNES.

Mortuo Seuero patriarcha, Ioannes abbas in Aquileia uereri ordinarur epiſcopus. Paulus Diaconus libro quarto, capite decimo, de Longobardis.

RAVENNATES.

THEODORVS.

THeodorus epiſcopos Rauennas, tẽpore Doni pontificis, moribus terricus, auſtetus, & renax. Cùm aũt à populo & clero ſe contemni uideter, uindictæ cupidus, clàm Rauennaris eccleſiæ libertarem Romanis prodidit. quare poſtea ex eccleſia eſt eiectus. Teſte Blondo Decadis primæ libro nono, & Libro pontificali.

REPARATVS.

Succeſsit ei Reparatus, inſcius eorũ quæ Theodorus geſſerar. Audiens aorem libertatem amiſſam, & Rauennatem eccleſiam ſubiugaram eſſe Romanis, eueſtigiò uitam finiuit: fortè ueneno extioctus à Romanis. Liber pontificalis.

FELIX.

Felix Rauēnas epiſcopus Romano pōtifici pecuniā, quam exigebat, in teſtimoniū ſubiectionis dare recuſat. Pontifex Cōſtantinus ægrè ferens bolum illū ſibi ita eripi, Felicem accuſat apud Iuſtinianū Imperatorē. Etſi aūt is alioquin diſsidebat à Papa, tamen Theodotū cum copijs mittit, ut Felicem cogat Romano pōtifici parēre, & ſatisfacere. Cùm aūt exercitus Rauennā ire nūciaretur, Felix in publica cōcione incitauit populū, ut ſumptis armis libertatē uindicarent. Pugnatum eſt acriter: ſed Imperatoria claſsis tandē uicit, & urbe capta multos occidit, reliquos Conſtātinopolim abduxit: ubi Felix oculis eſt priuatus, cæteri in Bithyniā ſunt relegati. Sabellicus Enneadis 8 libro 6. & Blondus libro decimo Decadis primæ.

DAMIANVS.

Felici ſubrogatus eſt Damiannus, à Sergio pōtifice Romano: teſte Platina, in uita eius.

PORTVENSES.

IOHANNES.

IOhannes Portuenſis epiſcopus, ab Agathoue papa ad Concilium Conſtantinopolitanū ſextum miſſus eſt: & iſthic in eccleſia Sophiæ coram Imperatore & patriarcha Latinā Miſſam Romano more celebrauit. Vixit adhuc tēpore Iuſtiniani ultimi, à quo ad Sergium miſſus eſt, ut eum Conſtātinopolim adduceret: teſte Adone Viennēſi ætate ſexta, Blondo Decadis primæ lib. 9, Libro pontificali in Sergio, & Platina.

GRADENSES.

CANDIDIANVS.

CAndidianus, natione Romanus, fuit epiſcopus Gradenſis: teſte Paulo Diacono, de geſtis Longobar. lib. 4. cap. decimo.

EPIPHANIVS.

Poſt Candidianū ſucceſsit Epiphanius. Paulus Diaconus ibidem.

CHRISTOPHORVS.

Meminit Sabellicus Chriſtophori Gradenſis epiſcopi, cuius orationē ſimul recitat de officio Epiſcopi, de electione Ducis, admodum eleganti ſermone habitam: Enneadis octauæ libro ſexto.

TICINENSES.

ANASTASIVS.

ANaſtaſius fuit epiſcopus Ticinenſis, Arianus, qui Orthodoxis primùm multas afflictiones cumulauit: poſtea uerò cōuerſus ad fidē Catholicam, eorundē acerrimus defenſor & ꝓpugnator extitit: teſte Paulo Diacono lib. 4. de geſtis Longobard. cap. 15.

DAMIANVS.

Damianus fuit epiſcopus Ticinenſis, eo tēpore quo Alachis Tridentinus dux Ticinum occupauerat: uir ſanctitate præcipu, & liberalibus artibus bene inſtructus. Scripſit cum Manſueto Mediolanenſi archiepiſcopo ad ſextū Conſtantinopol. Conciliū, aſſerens & probās duas naturas in Chriſto: teſte Paulo Diacono lib. 5. Longob. ca. 15. & lib. 6. cap. 2. Sabellico Enneadis 8 lib. 6.

THOMAS.

Thomas Damiani diaconus apud Ticinenſes, miſſus eſt ad Alachim, cùm urbem cepiſſet, ut nomine epiſcopi ipſi benedictionem adferret, & ſimul pro Eccleſia ſua deprecaretur. At Alachis eum haud obſcurè arguit impuritatis, cùm quærit num habeat munda fœmoralia: & cum probro dimittit. Paulus Diaconus libro 5, capite 15.

ZENO.

Zeno diaconus, & cuſtos ædiū Baptiſtæ apud Ticinenſes, ſtatura & habitu corporis penitùs repreſentauit Chunibertum regem: ideoque eius nomine cum Alachi in monomachia cōgreſſus, ab eodem interfectus eſt. Paulus Diaconus libro 5, cap. 17.

BERGOMENSES.

IOHANNES.

IOhānes epiſcopus Bergomēſis, tantæ doctrinæ & ſanctitatis uir, ut regea etiam & Principes ei honoris gratia aſſurgere ſolerent: teſte Platina in Iohanne v, & Sabellico Enneadis 8 lib. 6. In cōniuio ab eo Iuni pertus rex offenſus propter acerbiorem admonitionē, ferociſsimū equum, qui ſolebat equites deijcere & diſcerpere, ei deſtinat, ſperās ita eum interfectū iri. At eo inſidēte, equus factus eſt placidiſsimus, & lēto gradu eū portauit domum. Ideoq; rex deprecatus culpā, equū et alia multa ei donauit, quę ab anteceſſorib. ſuis ab Eccleſia erāt abalienata. Paulus Diacon. lib. 6, ca. 3 Longobar.

CARALITANI.

CITONATVS.

CItonatus fuit archiepiſcopus Caralitanus, tempore Iohannis pontificis Romani. Liber pontificalis.

AGRIGENTINI.

POTAMION.

THEODORVS.

FVerunt epiſcopi Agrigētini, ante Gregoriū: teſte Metaphraſte in uita Gregorij.

GREGORIVS.

Gregorius in Sicilia, in uico qui Prætorius dicitur prope Agrigentū natus, ex baptiſmate ſuſceptus eſt à Potamione anteceſſore. Octauo ætatis anno apud Damianum Grammaticum cœpit cognoſcere literas: & intra quatuor annos tantum profecit, ut in clericum reciperetur. Inde ad terram Sanctam profectus, Hieroſolymis à Macario epiſcopo factus eſt diaconus. Poſtea Antio-

Antiochiam perijt, hinc Cōſtantinopolim, tandem Romam, ubi à pontifice in epiſcopum Agrigentinum eſt ordinatus. Claruit tanta ſanctimonia, ut cæcos illuminaret, dæmones eijceret, & omnis generis morbos tantùm manuum contactu curaret. Aemulos habuit Sabinum & Creſcentium diaconos. illi ut è medio eum tollerent, aliquando noctu in honeſtam mulierculam in eius lecto occultarunt: quam poſtea producẽtes in publicum, curarunt Gregorium habitæ ſecũ conſuetudinis incuſare. Facto inde motu in ciuitate, Gregorius cōiectus eſt in uincula, & tráſmiſſus Romam. Verùm diuinitùs patefacta eſt eius innocentia, correpta nimirùm muliercula à dæmone, & prodente dolum: quòd pecunia & largitionibus ab accuſatoribus fuiſſet conducta, ut tantum crimen in uirum ſanctum confingeret. ideoque abſolutus eſt, & magno cũ honore ſuo loco reſtitutus. Metaphraſtes in uita eius.

SABINVS, ET CRE*ſcentius.*

Sabinus fuit diaconus Gregorij, apud Agrigentinos, cuius filiā ille à diuturno morbo ſanarat. Inuidens autem Gregorio gloriam, cum Creſcẽtino collega inſidias ei ſtruxit, ut diximus. Verùm re patefacta, hic in Thraciā, ille in Hiſpaniam deportatus eſt. Metaphraſtes ibidem.

DONATVS.

Donatus eccleſiæ Agrigentinæ archidiaconus, Gregoriũ, cum adhuc clericus eſſet, in Eccleſiaſticis diſciplinis informauit. Metaphraſtes ibidem.

ERASMVS PLATONICVS PHILADELPHVS, *Euplus.*

Hi præcipui fuerunt diaconi, quos Gregorius Agrigentinis ſuis ordinarat, imitantes & pietatem & uirtutem Gregorij. Platonicus Romam etiam cum Gregorio commigrauit, ubi in uinculis, ſed ſeparatim in peculiari carcere fuit detentus, ne cum ipſo eſſe poſſet: niſi quòd narrat autor, ipſum aliquando per angelos à uinculis ſolutum, & ad Gregorium noctu eſſe deductum. Metaphraſtes ibidem.

ALIORVM LOCORVM *in Italia.*

CAMBRA.

Cambra, Italicenſis epiſcopus, interfuit Concilio Spalenſi: Conciliorũ tomo 2.

TAIO.

Taio, epiſcopus Gotthorum, miſſus eſt à Cindaſuindo rege ad Romanum pontificẽ, pro libris Gregorij moralibus: quos & impetrauit. Iohannes Magnus lib. 16. cap. 20.

CYRILLVS.

Cyrillus conuertit Bulgares ad fidẽ Chriſti. Sabellicus Enneadis octauæ libro ſexto.

GALLIAE DOCTORES.

TRAIECTENSES.

IOANNES AGNVS.

Iohannes Agnus, ab ineunte ætate non literis, ſed agriculturæ operam dedit, in locis tranſmarinis. Vacante autem ſede Traiectenſium, tempore Clotharij, qui tunc quatuor Francorum regna ſolus gubernabat, uiſione quidam moniti ſunt, ut eum ad epiſcopatum uocarent. Ablegantur ergo qui eum adducant. Verùm is aliquãdiu tergiuerſatus, propterea quòd eſſet uxoratus, quòd indignus tanto munere, quòd literas penitùs ignoraret: ſubiecit tandē, ſe non magis idoneum ad epiſcopatum, quàm aridum lignum, quod fortè in manu geſtabat, ad fructificandum. Res mira accidit. lignũ (ſi crẽdere fas eſt) ilicò efflorēſcere cœpit: & ſic perductus eſt bonus ille Agnus ad epiſcopatũ. Confirmatus inde à Clothario, ex Agno dictus eſt Iohannes: cum quo nomine ſtatim ſimul & doctrinam, & reliquas uirtutes ad munus Eccleſiaſticum neceſſarias, ex inſpiratione diuina accepit: & functus eſt epiſcopatu multos annos. Herigerius abbas capite trigeſimoprimo.

REMACLVS.

Remaclus, qui à Platina Reualdus, & à Sabellico Raimoldus nuncupatur, ex Aquitania oriundũs, in ciuitate Biturícenſi, patre Albutio, & matre Matrina, nobilibus natus eſt. Cœpit autem à primis annis ſub Sulpitio & Eligio epiſcopis, religionis ſtudia auidè amplecti, & cognoſcere: ideoq; mortuo Amando, per Sigebertum regem Traiectenſiũ epiſcopatui eſt præfectus. Cōmēdatur ab Herigerio, quòd nō ſolùm in tēplis, ſed etiā in ſcholis docuerit & aluerit multos diſcipulos, qui poſtea in Eccleſia præclari extiterint. In oratione quā habuit ante obitũ, ad fratres, multa inſpergũtur ex Terentio, Cicerone, Ouidio & Horatio: unde iudicium de eius eruditione ſumi poteſt. Eius ſuaſu rex Sigebertus de poſteritate prolis deſperās, duodecim monaſteria magnis impēſis extruxit, & dotauit. In fundatiōe Malmundarij monaſterij dæmones fugauit, & ex ſaxo eduxit aquam. Poſt aliquot annos exoſus epiſcopalē ſplendorē, Eccleſiā ſuā cōmendauit Theodardo, & ad heremiticā uitam ſe conuertit: quā exemplo Moſis, Abrahæ, Heliæ, Heliſæi, & ipſius deniq; Chriſti, quos omnes heremum perijſſe dicit, putauit eſſe ſanctiorem. Tandē ex eremo reuerſus, in Stabulaum monaſteriũ cōmigrauit: ibiq; uigilijs & alijs durioribus exercitijs reliquā uitam conſumpſit. Poſt mortē, Godu-

inus quidã abbas corpus eius ex oratorio Martini in templum D. Petri trãſtulit,& ſepulchrũ decorauit auro atq; argẽto: factaq; ſunt ibi miracula multa: teſte Herigerio capite 40,uſq; ad caput 55: Platina in uita Ioannis IIII, Sabellico Enneadis octauæ libro ſexto,& geſtis epiſcoporum Traiectenſium ac Tungrenſium.

THEODARDVS.

Theodardus diſcipulus Remacli,epiſcopus Traiectenſiũ,proficiſcẽs ad Regẽ,ut direptores bonorũ Eccleſiaſticorum accuſaret, in uia ab iiſdem trucidatur,in ſylua Brymaldo,non procul ab urbe Metenſiũ,anno Domini 658.Sigebertus. Cadauer eius à Lamberto Leodium eſt tranſlatũ,& decreta eſt ei dies feſtiua quotannis in memoriam cædis eius.Geſta Tungrenſium libro 2, & geſta Traiectenſium.

LAMBERTVS.

Lambertus ex Apro uiro illuſtri natus, à Laudoaldo in pietate & artibus inſtitutus, epiſcopus Traiectenſis factus eſt à Childerico. Occiſo autẽ rege,remotus eſt ab epiſcopatu, & ſeceſsit in monaſteriũ Srabulaum, ibiq; annos ſeptem latitauit. A' Pipino poſtea reuocatus eſt: & paulo pòſt interfectus à Dodone,fratre pellicis Pipini,quã dimitti iuſſerat.factũ hoc eſt anno Chriſti 698.Regino lib.1.Geſta Tungrenſiũ. Subrogatus eſt Lãberto Humbertus,qui corpus Lamberti cum epiſcopatu tranſtulit Leodiũ:teſte Vincẽtio lib.23,cap.135:Reginone lib.1.Otthone Phriſing.lib.5,cap.12.Platina,Sigeberto anno Domini 638.

PICTAVIENSES.

ANSOALDVS.

ANſoaldus epiſcopus Pictauiẽſis, tẽpore Dagoberti regis ablegatus in Siciliã,paulò ante mortẽ Dagoberti,ex Iohãne Inſulano anachorita fabulã de anima Dagoberti, ex dęmonũ manu,interceſsione Dionyſij & aliorũ ſanctorũ liberata, audiuit:quę poſtea ex eius relatu,ab Andoeno Rothomagenſiũ epiſcopo literis eſt mandata: teſte Roberto Ganguino,lib.3.de rebus Francorum.

DIDO.

Dido, uel Dodo, præceptor Leodegarij martyris,epiſcopus Pictauiẽſis, eo tempore quo defuncto Sigberto res Gallię collabi cœperũt. Scribũt hiſtorici, quod Grimoaldus maior domus uel marſchalcus aulę,ſublato Sigberto,filiũ eius paruulũ Dagobertũ tonſum Didoni ſub diſciplinã Eccleſiaſticã tradiderit,isq; eũ trãſmiſerit in Scotiam.Adon Viennenſis ætate ſexta:Vincentius libro 23, capite 124: & Annonius de geſtis Francocorum libro quarto,capite 43. Sed Nauclerus dicit,ipſum Didonem deportatum fuiſſe in Scotiam,& in eius locũ ſubſtitutũ filiũ regium Dagobertum:Generatione 22.

PARISIENSES.

LANDERICVS.

LAndericus,Parhiſiacæ urbis præſul, tempore Clodouei regis:ut apparet ex Nauclero,qui dicit eum in gratiam Clodouei,ſolenni Synodo decreuiſſe,ut monaſteriũ Dionyſij ab omni mortalium dominio eſſet exẽptũ.Generatione 22.Annonius de geſtis Frãcorum libro 4,cap.41.

MEDIOLANENSES.

MANSVETVS.

MAnſuetus epiſcopus Mediolanenſis fuit.Mentio eius fit in ſexta Conſtantinopolitana Synodo, ubi epiſtola eius legitur, in qua duas in Chriſto naturas & uolũtates confitetur his uerbis:Vera eſt fides,quę duas in Chriſto uolũtates credit. Ego & pater unũ ſumus:diuinitatẽ probat. Pater maior me eſt,humanitatẽ teſtatur. Sic in naui dormientẽ cernis, ut hominẽ: imperantẽ uerò uentis & mari,ut Deũ.Paulus Diaconus libro 6,capite 2.de geſtis Lõgobard.& Epiſtola Humberti contra Nicetum monachum.

BENEDICTVS.

Benedictus fuit archiepiſcopus Mediolanenſis, uir egregię fidei, & ſanctitatis: teſte Paulo Diacono libro ſexto de geſtis Longobardorum,capite 10.

VIENNENSES.

DESIDERIVS.

DEſiderius epiſcopus Viennenſis,tempore Brunichildis & Theoderici regis eiectus eſt in exilium,propterea quòd Brunichildem durius compellârat, ob flagitia quædam inſignia: & tandem anno quarto reuocatus,& obrutus lapidibus: teſte Adone Viennenſi,ætate 6.

DE ALIIS VIENNENſium Epiſcopis.

Recitantur ibidem alij complures Viennenſes epiſcopi, qui Deſiderium ſunt ſecuti:ut Clarentius,Sindulphus,Cadeolus,Dodolenus, Bobolinus, Georgius,& Hecdicus, quorum ultimus tempus Iuſtiniani ſecundi Imperatoris Romani attigiſſe dicitur: Ætate 6. Et in Cabillonenſi Cõcilio fit mentio Landelini cuiuſdã Viennenſis epiſcopi, qui uixit tempore Eugenij papæ.Cõcil.tomo 2.

TREVIRENSES.

HILDOLPHVS.

Hildolphus genere Noricus, à pueritia inſtructus in monaſterio Haimerani apud Reginoburgenſes,conſecutus eſt epiſcopatum Treuirenſem:teſte Auentino libro tertio annalium Boiorum.

RODOALDVS.

Rodoaldus, uel Modoardus frater Ittę, & auuncu-

aunu culus Gertrudis, exornauit Treuirēſem epiſcopatum doctri na& ſanctitat : inſigni, anno Domini 466. Aedificauit duo monaſteria monialiū, Dolegienſe& Symphoriani martyris, in quo etiam iacet ſepultus. Sigebertus, & Caralogus Treuerenſium epiſcoporum.

NVMERIANVS.

Succeſsit Rodoaldo Numerianus eo tempore, quo Mahometicus furor graſſabatur. Caralogus Treuerenſ.

BASINVS.

Baſinus frater ducis Lotharingię, abdicato ſeculari habitu, primùm monaſterij S. Maximini curā ſuſcepit, Abbatis munere fungens: poſtea ſucceſsit Numeriano in epiſcopatu Treuerenſi, circa ea tempora, quando Arnulphus Merenſium ſedem accepir. Catalog. Treuerenſ. Quod fuit circiter annū Domini 640. Sigebertus.

ARELATENSES.

THEODORVS.

Theodorus, epiſcopus Arelatenſis, circa tempora Concilij Cabillonēſis, ubi propter indecentes mores ab epiſcopatu remotus eſt: ut paret ex epiſtola eius Synodi, tomo ſecundo Conciliorum.

CAESARIVS.

Cæſarius in Litinenſi cœnobio monachum, & poſtea abbarem egit, regulam Benedicti ſectans: ut patet ex Homilia eius uigeſima, ubi Lirinenſem inſulā laudat, quòd eximios nutriat monachos, & præſtantiſsimos per omnes prouincias eroget ſacerdotes: & ex tertio ſermone, de pugna monachī contra uitia. In Sacris lireris mediocrirer eruditus, ingenio placidus, eloquio dulcis & ornatus mira ſententiarum breuitate decorus, & uira ſanctus erat.

Epiſcopus Arelati conſtitutus eſt, & edidit opuſcula de Gratia & libero arbit. lib. 1.

Sermonum, ſeu Homiliarum lib. 1.

Decretū triū Cōciliorū Arelatenſiū, lib. 3.

¶ Quid ſenſerit de ſingulis capitibus doctrinæ, patet ex capite de Doctrina.

Beda in ſuis Scintillis, ſeu Locis cōmmunibus tomo ſeptimo, quædam eius dicta citar, qualia ſunt.

De charitate: Veram charitatē & ueram obedientiam retinentes, nihil de noſtris meritis præſumamus, ſed de Dei uirtute confidamus. Talia enim ſunt ſine charitate ieiunia, qualis ſine oleo lucerna. Nihil nobis prodeſt quòd nos cōtinuis uigilijs laboralibúſque conficimus intra nos charitatem nō habemus. Quia nihil prodeſt quòd affligis corpus tuū, quādo nihil proficit in corde tuo. Si charitas uera, & humilitas non adfuerint, de ſolo habitu religionis præſumere & cōfidere non debemus.

De humilitate: Nunquam uera humilitas, & uera obedientia ſine cahritare aut erunt, aut eſſe poterunr. Quia ſicur ignis ſine calore uel ſplendore nō eſt: ita & charitas ſine humilitare & uera obediētia eſſe nō poteſt.

De indulgētia: Qui in ſe peccanti clemēret indulſerir, nullum peccati ueſtigium in illius anima remanebit.

De oratione: Sic debetis lectioni & orationi incumbere, ut interdum eriam manibus aliquid poſsitis exercere.

De pœnitētia: Valde dura & nimiū dolenda conditio eſt, omni intentione ſtudio tempus impendere, & fructum nō recipere poſt laborem. Dicit enim aliquis: Cum ad ſenectam uenero, tunc ad pœnitentiæ medicamenta cōſugiam. Quare hoc de ſe fragilitas humana præſumar, cum unam diem uitæ ſuæ in poteſtate non habear? Iniquitarem enim noſtrā ſi nos agnoſcimus, Deus ignoſcit. Multi enim ſe credebār longo tempore uicturos, & ita illos mors repentina ſubtraxir, ur nec ad illā momētaneam poſsinr pœnitentiā peruenire. Erubeſcimus modò paruo tēpore pœnirentiā agere: & nō rimemus ſine ullo termino æterna ſupplicia ſuſtinere? Qui enim pro peccaris ſibijpſi non parcir, Deus illi cirò indulgenriam tribuet?

De abſtinentia: Quid prodeſt, ſi carnem noſtram ieiunijs & uigilijs affligamus, & mentem noſtram non emendemus, aut quæ interiora ſunt, non curemus?

De mūdo relinquēdo: Nihil prodeſt quod iuſtum locū expoſtamus, ſi tales hic ſumus, quales In ſeculo eſſe poteramus.

De uirginitate: Nihil prodeſt uirginitatem & integritatem corporis cuſtodire, ſi cordium concupiſcentias nolunr curare. Longa caſtitas poſt peccatum imitatrix eſt uirginitatis. Non enim carnis integritas ſeruatur, ubi animus ſuperbiæ tumore corrumpitur. Virginitas in corpore nihil proderit, ſi charitas aut humiliras à corde diſceſſerit. Melior eſt humilis coniugalitas, quàm ſuperba uirginitas.

Et de ſilentio: Nihil prodeſt ſi in habitatione ſit ſilentium, & in habitibus uitiorum tumultus, & paſsionum colluctatio.

Inter alios næuos etiam aſſerit, Pauperes patienter egeſtatem ferendo, indulgentiam peccatorum accipere, & diuites eleemoſynis peccara ſua redimere. homilia ſecunda.

De ijs qui in agone pœnirentiam agunt, dubitat an ſaluenrur. homilia quarta.

Certamen ei fuit cum illis, qui aſſerebāt criminalia peccata per ignem tranſitorium purgari. Nam eos refutar: & non capitalia, ſed tantùm minuta peccata eo igne purgari aſſerit, homilia prima. quod tamen æquè incertum eſt, ut illud.

Verſatus eſt etiam in lectione aliorũ ſcriptotum.nam Auguſtini, Gregorij & Iſidori dicta allegat Homilia 40.

Clatuit aono Domini 670. Trithemius de uiris illuſtribus.

AVGVSTODVNÊNSES.

LEODEGARIVS.

LEodegarius orrus à parentibos nobilibus, ab ineunte ætate Didonis Pictauienſis epiſcopi diſcipulus fuit, à quo eriam archidiacoous eſt ordinatus. Mortuo autem Clothario rege, propter prudentiam, & pietatem inſignem aliquãdiu ad aulam eſt pertractus, ut iuniori Clothario eſſet à conſilijs: & poſtea Auguſtoduneoſi, uel ut quidam uolunr, Heduenſi epiſcoparui pręfectus. Inuiſus aulæ propter taxationem criminum, io monaſteriũ Luxouienſe aliquaodiu commigrauit. reuocatus autem ab Hebroioo, coronam martyrij meruit. Ac primùm quidẽ oculis priuatus, pet integrum biennium fuit io uinculis. Poſtea cum Garino fratre ductus in palatiũ, cum Garinus lapidibus obrueretur, ipſe longioribus cruciatibus reſeruatus, per inregrum diem in flumine quodã ſuper acutiſsimis lapidibus, pedibus inceſſit: ac cum Deum in medijs ærumnis laudaret, abſciſſa eſt ei lingua: amiſſa lingua, nihilominos beneficium uocis retinuit. Tandẽ gladio cæſus, uitam finiuit. Recitat Vincentius lib. 23, cap. 124 & 125, miraculoſum eius cædis euẽtum, ac dicit: Eum qui caput eius amputarat, ſubitò correptum eſſe furore, ac præcipitatũ à dæmone io ignem: & mulra inſuper facta eſſe miracula ad tumbã ſancti, quib. dioulgatis, Ebtoinũ miſiſſe militem, qui fidem rei experiretur. iſtum uerò, cũ ad tumbam ueniſſet, ac cum ſupploſiõe pedis dixiſſet, Moriatur qui mortuũ miracula facere credit: concidiſſe ſtatim, & exhalaſſe animã. Sed hæc fabuloſa ſunt, & ad confirmandam ſuperſtitionem ab autore conficta.

MELDENSES.

PHARO.

PHaro natione Burgũdus, patre Hauguerico, matre Leoodegũda, uixit aliquãdiu in sula regia apud Theodebertũ & Clothariũ: poſtea relicto ſeculo factus eſt clericus, & epiſcopus Meldenſiũ. Vxotem ſuam Blidechildam in monaſteriũ dettuſit, & ſacto uelamioe cõſecrauit. ſeotiens paulo pòſt flãmas libidinũ, eandem repstijt. At illa nolẽs uiolare deuotam Deo caſtitatem, induta cilicio, ac tonſa cæſariem, eum acceſsit: & deformitatis ſuæ ſpecie, cupidirarem illius repreſsit. Vngens aliquaodo die Paſcharis catechumenos, oleo puerum cæcum ſanitati reſtituit. Conſecraos templum Resbacẽſis monaſterij, lapidem altaris fractum, ſigno crucis conglutinauit. Vinctos compedibus & carhenis ſoluit nnico uerbo, Exite. Nauem ſubmerſam reuocanit ex abyſſo, flumen baculo ſuo quaſſans: credat qui poteſt, aut uelit. Gubernauit ſedem Meldenſium anoos 66. Vincentius libro uigeſimo qoarto, cap. 17. 18. 19.

HILDEVNTVS.

Hildeuntus, natus in oppido Meldenſiõ, per quinquennium Pharonis diſcipulus fuit. Poſtea cũ monaſticam uitam ſecutus aliquandiu fuiſſet, præceptore ſuo mortuo, factus eſt epiſcopus. Semper indutus cilicio inceſsit. Amicorum hortatu, templũ quoddam auariciæ cauſa conditũ conſecrauit. unde taotum mœroris agnito peccato accepit, ut epiſcopatum deſereret, & Romam cõmigraret pœnitentiam acturus. Iniuoctum eſt ei ibidem à Bonifacio pontifice, ut prædicãdo uerbum, ueoiam à Deo promereri ſtuderet. Ideoq; peregrinationem ſuſcipienr, Hieroſolymas uſq; peruenit, & ubiq; inter eundum prædicauit: reuerſus, apud Meldeoſes uitam finiuit. Miracula quæ de eo Vincentius narrat, faboloſa uidentur: libro 24, capite 25.

Succeſſores.

Gandoeſſeni, Gandoaldi ac Vualberti, epiſcoporum Meldenſium, mentio fit apud Antoninum titulo 13, capite 6.

ROTHOMAGENSES.

ANDOENVS.

ANdoenus, qui & Dado dictus eſt, ex oppido Sueſſonico, nomine Sanciato, ortus: à pueris traditus fuit Colũbano, à quo pietatem, & religionem didicit. Factus poſtea Secretarius Clotharij regis, ſæpe aureo blatheo pręcinctus, & ueſtibus precioſis indutus, ſubtus habuit ciliciũ. Extruxit monaſteriũ Resbacenſe in Burgenſi ſalto, ſuper torrentẽ qusm incolæ Resbacem dixerunt: Aono Domini 637. Sigeberius in Chronico. Multa loca peragrãs, exercuit ſe prædicãdo, unde Rhotomagenſis epiſcopus deſignarus eſt. Cõmẽdatur ab autoribus, quòd fuerit in functiooe ſua humilis corde, grauis uultu, ſapiẽs in colloquio, prudens in conſilio, uehemens in arguẽdo, ardẽs in diligendo, & patiẽs in aduerſis. Miraculis etiã claruit. Saoauit manũ aridam, & curauit dęmoniacam. Scripſit libellom de anima Dagoberti regis Francorum. Obijt in Clippiago uilla regia, prope Pariſios, anno Chriſti 690. Sepultus iacet Rhotomagi in tẽplo D. Petri. Vincentius libro 23, capite 84: Tritenhemius de origine Francorũ, & Iacobus Meier in Chronico Flandriæ.

AVSBERTVS.

Ausbert⁹ primũ fuit in aula regia ſcriba, & portitor

portitor annuli regalis: poſtea ab Andoeno conſecratus, monachus factus eſt in Fontanella: inde abbas, tandem poſt Andoenũ epiſcopus Rothomagenſis. Andragiſinã ſpõſam ſuam monialem fecit, dato libello: ut non ſua, ſed Chriſti ſponſa uocaretur. Remiſit presbyteris cenſum: & monachis in Fontanella cum priuilegio conceſsit, ut ipſis liceret Abbatem eligere, quem nellent. Ad extremum accuſatus falſò coram Pipino, deportatus eſt in exilium: & miſerè errãdo circa Altimontem, uitam finiuit. Volaterranus libro 21. Vincentius lib. 23, cap. 100.

RHOMANVS.

Meminit & Rhomani cuiuſdam Rothomagenſis epiſcopi Vincentius lib. 23, cap. 29.

ANTISIODORENSES.

ANNARIVS.

Annarius auunculus Lupi, functus eſt epiſcopatu Antiſiodorenſi, tempore Brunichildis reginæ. Vincentius lib. 23, cap. 9. & Robertus Ganguinus lib. 3.

VIGILIVS.

Vigilius genere nobilis, ſedit in epiſcopatu Antiſiodorenſi annos 26. Aedificauit monaſterium ad muros Antiſiodorẽſes. Extruxit & hoſpitium pro pauperibus ac exulibus, idq; dotauit multis poſſeſsionibus. Iniuſus autem, propter grauitatem in taxandis peccatis, Vuarachoni Seneſchalco, ab eodem trucidatus eſt in Cocia ſylua, prope Compendium. Vincentius libro 23, capite centeſimo uigeſimoſexto. Addit Hartman Scheddel, quòd in reductione eius cadaueria, dum per urbem Senonicam ueheretur, uincti ruptis catenis & carceribus occurrerunt liberi.

LVGDVNENSES.

DALVINVS.

Daluinus fuit archiepiſcopus Galliarum in ſede Lugdunenſi. Ab hoc Vuilfridus, qui in Anglia docuit, primam Eccleſiaſticæ tonſuræ coronam accepit: teſte Beda libro tertio, capite uigeſimoquinto, hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Anglicæ.

ETHERIVS.

Etherius Lugdunenſis epiſcopus, floruit tempore Brunichildis. Ganguinus lib. 3.

EARNEALDVS.

Mentio fit & Earnealdi cuiuſdam epiſcopi Lugdunenſis, in Faſciculo temporum.

GANDERICVS.

Ganderici mentio fit in Cabillonenſi Cõcilio, Tomo 2 Conciliorum.

ANDEGAVENSES.

MAGNOBODVS.

Magnobodus epiſcopus Andegauenſis, doctrina & miraculis clarus, puerũ exanimem à dæmone agitatũ, & inter uepres proiectum, ſanauit. Pariſijs captiuos & uinctos liberauit uerbo: & nauim in fluminis aduerſa ripa ſtantem, ſponte ad ſe tranare fecit. lib. 23, cap. 38: item Antoninus titulo 13, cap. 6, §. 9.

EBROICENSES.

DESIDERIVS ET LEVFREDVS.

Deſiderius, epiſcopus Ebroicenſis, heremitam Leufredũ prope Ebroicas in cellula, miraculis & doctrina populum ſibi adiungentem, iuſsit equo circumuehi per urbẽ, & omniũ ludibrio exponi, quod dũ miniſtri facere tentarũt, ſtatim corruit equus, & rupta ſunt omnia eius uiſcera. Cognonit inde Deſiderius uiri ſanctimoniam: & procidens ad genua eius, poſtulauit ueniã. Innotuit deinceps Leufredi uirtus ſubinde magis, ſanauitq; moribundos, extinxit flammas uerbulo, fecitque alia admiratione digna: ſi credimus Vincentij nugis, libro 23, cap. 128.

ARVERNENSES.

FELIX.

Felix epiſcopus Aruernenſis tẽpore Brunichildis fuit. Poſt eum, archidiaconus quidam urbis epiſcopatum per Simoniam inuaſit: ſed obijt ille, die ſtatim quadrageſima. Vincentius libro 23, cap. 119.

PROIECTVS.

Vacante ſede, ad Proiectum epiſcopatus deuenit, qui & ciuis fuit eius urbis. Verùm hic à primoribus ciuitatis in agro Cameracenſi, ob fidem Chriſti eſt interfectus. Vincentius lib. 23, cap. 119.

TRIDENTINI.

SECVNDVS.

Secundus, qui ab eximia ſanctimonia dictus eſt Seruus Dei, docuit apud Tridentinos tempore Agilulphi regis, eiuſq; filiũ Adalualdum de ſacro baptiſmatis fonte ſuſcepit. Scripſitq; libellum de Longobardorũ geſtis ſuccinctũ & elegantem. & mortuus eſt eo tempore, quo Sclaui Iſtriam deprædati ſunt, circiter annum Domini 610. Paulus Diaconus lib. 4, cap. 8. & 14.

TARVARNENSES.

ANDOMARVS.

Andomarus, natus eſt in Aurea ualle prope Conſtantiã urbẽ. Matre aũt mortua, ipſe cũ patre in Luxouiẽſe monaſteriũ receſſit: ibiq; mortuo patre ipſe in Taruamenſem epiſcopũ eſt electus. Taruarnẽſes & Morinẽſes (qui, ut ſcribit Antonius, relapſi erant in idololatriã, poſt Fuſciani & Victoris martyria) rẽuocauit in uiã, & idola omnia deſtruxit: Monaſteriũ Sithium fundauit. Senex amiſit uiſum: quẽ cũ precibus Lamberti Tũgrenſis, & aliorũ epiſcoporũ recepiſſet, indi

gnè tulit ſe à cæcitate liberatũ, quam credebat pro ſua ſalute ſibi à Deo immiſſam eſſe: & petijt à Deo, denuò orbari oculis: & exauditus eſt, & cæcitaté recepit. Anoo Domini 658. Sigebertus. Aliqoádo ſentiens ſtimulos carnis, inter uepres & urticaa nudum ſe uolutauit. Obijt anno Chriſti 695, & ſepultus eſt in Sitthim monaſterio. Vioceotius libro 23, cap. 108.

NOVIOMAGENSES.

ELIGIVS.

ELigius natos eſt in urbe Lemonica, anno 6 Cooſtaotini quarti: patre Eucherio, & matre Terrigia. Cum mater eius grauida eſſet, in ſomnis aliquando uidit aquilam uolantem, & ter inclamaoté alta uoce. id cnm poſtea in difficultate partus eſſet confeſſa, uir quidam religioſus ita ioterpretatus eſt: quòd puer uit ſanctus & magnus eſſet euaſurua. Adultum autem pater tradidit aurifabro. qua arte percepta, profectus eſt in Galliá, ad artificem regiũ: ibiq; intra paucos annos ſplendore opetũ ita inclaruit, ut regi eſſet chariſsimus. Statuta fuit prolixus, facie rubicũdus, cæſarie formoſus, zonas habens comptas ex auro & gemmis, lineas metallo rutilas, ueſtimẽta holoſerica, ad carnẽ uerò ciliciũ. Præfectus poſtea epiſcopatoi Nouiomagẽſi, inſigne humilitatis exẽplũ alijs prębuit. Elegit certos dies ſingulis ſeptimanis, quib. pauperibus, leproſia, & alijs infirmis inſeruiret: excepit eoa, pauit, & lauit. Suſpẽſos etiá, & alio geoere ſupplicij ioterfectos, de cruce & rotia paſsim collegit, & ſepelijt. Ædificauit in Nouiomago monaſteriũ ancillarũ. Inuenit corpora Quintioi, Criſpini, Coſpiniani & Luciani martyrũ. Ornauit ſepulchra Germani, Seuerini, Quintini, Luciani, Geneuefę, Colũbę, Maxiani, Iuliani, Martini, Briccionis, & Dionyſij, auro, argento & marmore. Miracula ei adſcribũt, quæ inter nugas & fabulas ſuũ locũ & dignitatẽ tueãtur. Claruit anno Domini 649. Sigebertua in Chronico. Obijt anno ũiræ ſeptuageſimo, Chriſti uerò 665. Vincentius libro 23, cap. 86. 87. 88.

MOMOLENVS.

Soccesſit Eligio Momolenus, qui cõmendatur, quòd fuerit oir ſanctiſsimę uitę, & Latinę linguę nõ minus quàm Teutonicę peritos, familiaris Berthino abbati Sitthinenſi: teſte Iocabo Meier in Chronico Flandriæ.

ACHARIVS.

Acharius fuit epiſcopus Virmãdorũ, Thornacenſis, & Nouiomagenſis, tẽpore Dagoberti regis. Viocentius lib. 23, cap. 87.

VIRDVNENSES.

PAVLVS.

PAulus aliquandiu heremiticá duxit uitá, in monte Gehẽna, qui prope urbem Trevericá ſitus, ab ipſo mons Pauli, Paulabergk dici cœpit. Inde in Dolegienſi monaſterio monachus factua eſt, & tandem ad Virdunẽſem epiſcopatum deuenit, uir miræ ſanctimoniæ & pietatis: teſte Trittenhemio in Epitome de origine Francorum.

TOLOSANI.

PALLADIVS.

PAlladius fuit epiſcopus Toloſanus, tẽpore Clodouei regis: à quo etiá, propterea quòd in ſeditionẽ Vaſconõ cõſpiraſſe putabatur, cũ filio Sedoco pulſus eſt in exiliũ: teſte Annonio libro 4, cap. 14.

CAMERACENSES.

AVSBERTVS.

AVsbertus fuit epiſcopus Cameraceoſis, uir magnis uirrutibua & miraculis clarus, circiter annũ Chriſti 650. Cõuerrit Lãdelinõ ex prędone in Cõfeſſorem Chriſti. Sigebertus io Chronico, & Iacobus Meier.

EMEBERTVS.

Menrio fit & Emebetti cuiuſdam Cameracenſis epiſcopi: qui fuit frater Pharaildis, apud Iacobum Meier.

SENONENSES.

LVPVS.

LVpus, patria Aurelianus iuxta Ligerim, præceptores habuit Auſtrenũ, Aurelianũ, & Aunariũ, Antiſiodorẽſes epiſcopos: & factus eſt clericus, poſtea Autelianus epiſcopus. Miraculia innotuit. Exercitũ Clotharij (fortè moſcarũ aot graculorũ) aliquando ab urbe, pulſu cãpanæ fugauit: ob eãq; cauſam deportatua eſt in Neuſtriá. Cõoertit ibidẽ ducẽ paganũ, Boſooem Landeſinum, cui cæco uiſum reſtituit. Recõciliatua regi, reuocatus eſt in ſuũ locũ. Traoſiens in reditu per Luteriá urbem, ſoluit captos & uinctos, uerbo. Progreſſus ulterius, horreũ ardens uindicauit à flammis. Reuerſus Senonas, cum miſſam celebraret, de cœlo illapſa eſt in calicem eius gemma. Anno 616. Sigebertus. Incluſit diabolum in uaſculũ. quod eũ magiæ & incantationis arguit. Vincentius libro 23, cap. 9 & 10.

AMATVS.

Amarus, fuit epiſcopus Senonenſis, tempore Theodorici regis, & Ebroini magiſtri equitũ: à quibus, propterea quòd impietatẽ ipſorũ argueret, in exiliũ eſt deportatus, & in eodẽ cõſumptus. Obijt Broylę, anno Domini 668. Et corpus eius poſtea 690, Normánis uaſtãtib. Belgicá, trãslatũ eſt Duacũ, & ibi conditũ in æde pareotis, ubi hodie uirginũ monaſteriũ D. Amato dicatũ exiat: teſte Iacobo Meiet in Chronico Flandriæ.

VLFRANIVS.

Vlfranius, ex aula regum Franciæ progeniem

nië ducens, præſul Senonenſis factus eſt:& aſſumptis ſocijs,in Friſiam aliquando expaciatus eſt, & ſemina uetbi Dei ſparſit. poſtea reuerſus,epiſcopatu ſe abdicauit, & in Fontanella inter monachos uitam finiuit. Volaterrauus libro 21.

BITVRICENSES.

AVSTREGISILVS.

AVſtregiſilus, ſub rege Guntranno à primis annis in palatio uerſatus eſt, ſolitus regi præbere mappam ad abſtergendas manus.acenituit multis uirtutibus, dum in aula uixit. Delatus apud regem, quòd nomine regis ſcripta confeciſſet:id cum negaret,iuſſus eſt cum accuſatore armis congredi, & pugnãdo ſe iuſtificare. Quod dum dicta die facere pararet,prius ſe imploratione nominis diuini muniuit probè. Cumque egreſſus cum tege,in circo expectaret hoſtẽ: protinus accepit nuncium, quòd is in uia ex equo collapſus fregiſſet ceruicem. ſicque oſtenſa ſua innocentia,cum rege redijt in gratiam,& poſtea epiſcopus Bituricenſis deſignatus eſt,anno Domini 627. Sigebertus. Molitorem ſanauit,cuius manui agglutinatum erat ferrum,propterea quòd die Dominica molam emendaſſet. Milites barbaros, qui domum eius incenderant in uilla Carobria,de mente derurbauit,ut partim ſe in flãmam præcipitarent,partim dentibus laniarent proprium corpus.Vincentius libro 23, capite 26.

SVLPITIVS.

Sulpitius ptimùm fuit Leuita, poſtea factus abbas in caſtris Lotharij, tandem Bithuricenſis epiſcopus,uir (ut ſcribit Annonius)eruditus,pius & patiẽs laborum.Clotharium graui febri laborantem reſtiruit ſanitati,ieiunando & orando per dies ſeptem continuos.Ignem bis extinxit cum uex illo crucis,& baculo ei terminum figens. Arborem ſucciſam,& iam ruentem in puerum quendam, qui incautus aſtabat, ſigno crucis inclinauit in alteram partem. Furem irrumpentem in ſuas ædes, cum deprehenſus fugeret, ac præ metu inſiliret in puteũ, ſeruauit in aquis incolumem, & extractum ad pœnitentiam eſt hortatus. Ruſtico cędẽti ligns die Dominico, fecit areſcere manũ: eandemq; ſanauit rurſus.Suſcitauit mortuos,fugauit dæmones uerbo.Quę ſi non magica, certè fabuloſa & ſuperſtirioſa cenſeãtur omnia. Vincentius lib.23,cap.27 & 28. & Antonius lib.4,cap.16.

METENSES.

ARIDIVS.

ARidius, epiſcopus Meteuſis, tempore Brunichildis reginæ,tantæ fuit inſolentiæ, ut ſupplicantem ſibi Rhomaricum abbatem pedibus cõculcatit. Geſta Metenſiũ.

ARNVLPHVS.

Arnulphus,genere fuit inſignis,filius uidelicet Arnoldi, pater Auſegiſi, auus Pipini,& proauus Caroli Magni,dux Lorbaringiæ, Maior domus Theoberti, Clotharij & Dagoberti regum:teſte Tritteuhemio, Otthone Phriſingo libro quinto,capite 9 & 12, Sabellico Enneadis octauæ libro ſexto, & Vinceutio libro 23, capite 72. Poſtponens autem uxoris & filiorum affectus, ſecularẽ habitum depoſuit,& in heremo Deo ſeruire elegit.Poſtquam multos annos ſe ibi macerauit,peregtinationẽ ſuſcepit ad loca ſancta.Venit Hieroſolymã,Damaſcũ, Alexandriam,Conſtantinopolim,& ad multas inſulas matinas.Inde domum repetens, tempeſtate abreptus eſt In Hyberuiam : ac ibi conuerſatus cum Adamanno,omnia expoſuit quæ in terra ſancta uiderat : ſuntque ea poſtea literis mandata,ut refert Beda lib. 5, cap.16 hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum. Reuerſus in Galliam,factus eſt epiſcopus Metenſium. Functus eſt eo numsre ſobriè & prudenter : plerunq; uictitauit pane bordeaceo,& aqua.pauperum inſignis fuit amator,& patronus.Narrat de eo Vincentius,quòd in Moſellam fluuium abiecerit annulum, addita hac uoce : Si recepero hunc, certus ero de remiſsione meorum peccatorum.eũdemq; poſt multos aunos rurſus inuenerit in piſce,quem coquus ſibi appoſuerat.ac dicit illum annulũ adhuc in iſto palatio baberi:lib.23,cap.76.77.78.Miraculis fuit clarus.Liberauit fœminam à dæmone, ſanauit leproſum, extiuxit ignem ſigno crucis,& ſimilia.Integrum enim librum de miraculis,& abſtinentia eius in Metenſium eccleſia reſeruarI,dicit Paulus Diaconus in geſtis Longobardorum libro 6,capite quinto. Poſtremò epiſcopalem ſedem denuò reliquit,& in ſolitudinem migrauit,ibiq; obijt: anno Cbriſti 640.iuxta Sigebertum.

GOERICVS.

Goeticus rex in Aquitania,ad Metenſem epIſcopatum deductus per Arnulphum,qui eum à cæcitate ſanarat,magnis inclaruit uirtutibus,ut refert Vincentius. Exigua cereuiſiæ menſura multos populos pauit, ſcilicet magns parte aqusm bibentes. Obijt anno epiſcopatus ſui 17.libro 23, cap.77. & Geſta Metenſium.

GODO.

Goerico ſucceſsit Godo.Geſta Metẽſiũ.

CLODVLPHVS.

Poſt Godonem Clodulphus,filius Arnulphi,patre,nulla uirtute inferior,præfuit annos quadraginta duos : & obijt anno ætatis 100. Geſta Metẽſiũ,& Cbron. Sigeberti.

ALIORVM LOCORVM *in Gallia.*

VINCENTIVS.

VIncentius epiſcopus Beluacenſis, ſancti rare & doctrina clarus, ſub Ioanne IIII. pontifice. Platina.

IOHANNES.

Iohannes epiſcopus Tungrenſis, tempore Heraclij, claruit anno Domini 627, ſub Auſtregiſilo,

SIAGRIVS.

Siagrius, fuit epiſcopus Heduenſis, tempore Brunichildis. Ganguinus lib. 3.

NIVARDVS, & REOLVS.

Fuerunt epiſcopi Remenſes, circa annum Domini 661. Sigebertus. Platina in Ioanne IIII, Niuardi epiſcopi Remenſis meminit.

LEVDEMVNDVS.

Leudemundus, fuit epiſcopus Gedunenſis, rempore Clotharij regis, & Bertetrudis reginæ: teſte Annonio libto quarto, capite ſexto.

BRVNO.

Bruno fuit arcbiepiſcopus Laureacenſis. Auentinus libro 3.

LANDELINVS.

Landelinus, qui aliàs Moroſus dicitur, ex prædone in confeſſorem Chriſti eſt conuerſus, per Ausbertum Cameracenſem epiſcopum. & poſtea per Martinum pontificem Romanum, ad prędicandum ordinatus: extirit fundator cœnobiorum Lobinenſis, Alnei, Vuaslaris atq; Criſpinenſis: in quo etiã corpore taquieſcit cum ſuis diſcipulis, Adoleno & Domitiano. Tsſte Sigeberto in Chronico, anno 651.

AVSTERVS.

Auſterus fuit epiſcopus Aurelianus, tempore Brnnicbildis. Ganguinus lib. 3.

SERAPION SINDONIVS.

Ssrapion uagatus eſt in Gallijs hinc inde, & propter beneficentiam in pauperes paſſim innotuit. Iter faciens, obuianti mendico runicam dedit, & ipſe inceſsit nudus. Interrogarus à quo ſpoliatus eſſet, oſtendit librum Euangeliorum, quem geſtabat in manibus: & ab eo ſe ueſte priuatũ aiebat. Progreſſus ulrerius, alij cuidam ipſum Euangelium dedit, ut uenderet. ac interroganti diſcipulo de libro, dixit: Fili, hoc quod dixit mihi, Vende quæ habes, & da pauperibus, illud ipſum uendidi, & eis dedi, ut habeam fiduciam in die iudicij. Poſtea obuius uiduæ factus, cnm nihil haberer quod daret, ſeipſum ei tradidit, ac Græcis ſe uendi paſſus eſt, quos ea occaſione Chriſto eſt lucratus, iuxta Vincentium libro uigeſimoſecundo, cap. 109.

BAVO.

Bauo, uel Allouinus, in iuuentute ſua fuit prædo. habuit coniugem, filiam Odilionis comitiſſæ. qua mottua, ab Amando pœnitete didicit, & clericus factus eſt in monaſterio apud Gandauum. Cum in qnendam incidiſſet, quem olim ut prædo captum uendiderat, ad pedes eius prouolutus eſt, & petijt ut ſe uiciſsim flagellis cęderet, caput detonderet, & uinctum manibus ac pedibus publicæ cnſtodiæ traderet. Vixit in illis uinculis uſque ad finem uitę, a cedita confeſsione anxia & ſollicita omnium ſuotum peccatorum, & ſnmpto Sacramento corporis & ſanguinis Chriſti à presbytero, obijt anno Domini 630. Vincentius lib. uigeſimoquarto, cap. 6 & 7.

EVTROPIVS.

Eutropius epiſcopus Valentinenſis, ſcripſit libellum de Chriſmate, irem de Diſtinctionibus monachorum. Iſidorus in Vitis illuſtribus.

FVRSEVS.

Furſeus in Hybernia natus, & in literis probè inſtitutus, monaſticum genus uitæ, quod Benedictinorum uocãt, ſuſcepit, & ad id propagandnm in Gallias abijt. & à Clodoueo Francorum rege benignè exceptus: Latiniacum cœnobium anno Domini 647 fundauit, & monachis ſui ordinis repleuit: & in uicinis locis ſcholas inſtituit, ad propagationem Chriſtianæ fidei neceſſarias. Scripta qnædam edidit, ſed quæ interciderunt. Claruit anno 650. Balęus Centuria decimaquarta, cap. 79.

Ridicula ſunt quæ de eo commemorit Vincentius libro 24, capire 81. Quòd eo in Scotia morruo, anima eius ab angelis in cœlum ſit ſublata, & per noctem ibi derenta, & poſtea rurſus corpori inſerta. Irem quòd poſtea denuò defunctus, cum ab angelis duceretur ad cœlnm, interceptus ſit in uia à diabolis: à quibus poſt longam contentionem tandem cõuictus, quòd ab impio quodam accepiſſet ueſtimentum, ideoq; ſecundò iuſſus ſit redire in corpus, ut pro illo quoque delicto inter uiuos ſatisfaceret. Beda libro tertio, cap. 19, eadem propemodum nugatur, ex libro de uita eius. Fuit, ut apparet, homo plenus ſuperſtitionibus, & nouum ſuum dogma de purgatorio & ſatisfactionibus conatus eſt uiſionum & ſomniorum uelamenris exornare, & commendare: nt infrà in loco de Miraculis dicemus.

IOANNES.

Ioannes diſcipnlus Galli, in monaſterio Santgallenſi, factus eſt epiſcopus Conſtantienſis pro eodem Gallo, cum is magis amaret ſolitudinem. Balæus Centuria decimaquarta, capite 14.

Nominantut in Cabillonenſi Cõcilio & alij quidã epiſcopi, qui ſub Eugenio ex Gallijs ibi conoenerunt. ut Landolenus Viennenſis, Andoinus Rothomagenſis, Armentarius Senonenſis, Ando Aurelianus, Arricus Lauſanenſis, Aoilacarius Saginenſis, Bertoaldus Lingonenſis, Baudomerus Tarentinenſis, Bertofredos Ambianenſis, Claudus Rhegienſis, Chatriboous Conſtantinẽſis, Donatus Viſontinenſis, Deodatus Matiſconenſis, Deocarius Antipolitanus, Etherius Ebredunenſis, Fetreolus Auguſtodunenſis, Florentinus Belicenſis, Inſildus Valentinenſis, Leuſus Trecaſsinus, Licerius Auſciorum, Leborius Maurianenſis, Laubonodus Lexouienſis, Malardus Carnotẽſis, Magnus Artrebatenſis, Papulus Genuenſis, Palladius Antiſiodorẽſis, Phrotaſius Sentienſis, Potentiſsimos Vapincenſis, Petronius Vaſioneoſis, Latious Turonenſis, Salappius Nannetenſis, Andalertus Pariſiẽſis, Felix Lemnouiẽſis, Chadoaldus Cenomanicus, Durioterus Rhedonenſis.

DOCTORES HIſpaniæ.

CAESARAVGVſtani.

VINCENTIVS.

Vincentius Cæſarauguſtanus epiſcopus, in Arianum errorem illapſus, Seuerum habuit aduerſatium. Platina, in uita Sabiniani.

BRAVLIO.

Braulio Cæſarauguſtanos epiſcopus, Deuſdedit Romano ponrifici, & Iſidoro Hiſpalenſi familiaris fuit. Iohannes de Oppido.

TAIO.

Nomioarur & Taio quidã Cæſarauguſtanus epiſcopus, in Toletano Concilio 8, cui interfuiſſe dicitur. Conciliorum tomo 2.

CORDVBENSES.

AGAPIVS.

AGapius fuit uir ignarus doctrinæ & diſciplinæ Eccleſiaſticæ, ex militia ad Cordubẽſem epiſcopatũ aſſcitus. Senſit presbyteteris & chotepiſcopis licere altaria erigere, & baſilicas conſecrare: ut patet ex Spalenſi ſecunda, canooe 7.

FRAGITANVS.

Fragitanus presbytet Cordubenſis, ab Agapio epiſcopo iniuſtè depoſitus, in Concilio 2 Spalenſi reſtituitur: capite 6.

PHOSPHORVS.

Mẽtio ſit & Phoſphori cuiuſdam Cordubenſis, in 8 Concilio Toletano.

SEVERVS.

Seuerus, uir doctiſsimus, ſcripſit cõtta Vincentiũ Cæſarauguſtanũ, & librũ de Virginitate ad ſororem. Platina in uita Sabiniani.

HISPALENSES.

ISIDORVS.

ISidorus ſiue Germanus, ſiue Hiſpanus natione, ab ineunte ętate fuit diſcipulus Gtegorij Magni, poſtea Leandro in Hiſpalẽſi epiſcopatu ſucceſsit. doctrina & uirtute claruit, anno Domini 627. Sigebertus. Scripſit plurima præclara opuſcula.

Etymologiarum lib. 20.
In Geneſin allegoricè lib. 1.
In Exodum lib. 1.
In Numeris lib. 1.
In Leuiticum lib. 1.
In Deuteronomium lib. 1.
In Ioſue lib. 1.
In Iudicum lib. 1.
In Regum lib. 1.
In Ruth lib. 1.
In Paralipomenon lib. 2.
In Eſdram & Neemiam lib. 3.
In Thobiam lib. 1.
In Iudith lib. 1.
In Heſter lib. 1.
In Iob lib. 1.
In Pſalterium lib. 1.
In Prooerbia Salomonis lib. 1.
In Eccleſiaſten lib. 1.
In Cantica Canticorum lib. 1.
In librum Sapientiæ lib. 1.
In Eccleſiaſticum lib. 1.
Io Eſaiam prophetam lib. 1.
in Hieremiam lib. 1.
In Ezechielem lib. 1.
In Danielem prophetam lib. 1.
In XII Prophetas minores lib. 12.
In Machabæorum lib. 2.
In quatuor Euangelia lib. 4.
In epiſtolas Pauli lib. 14.
In epiſtolas Canonicas lib. 7.
In Actus Apoſtolorum lib. 1.
In Apocalypſin lib. 1.
Interpretatiõis noui & ueteris Teſt. li. 2.
Procemiorum lib. 1.
Differentiarum lib. 1.
De ortu & obitu ſanctorum lib. 1.
Ad ſototem contra Iudæos lib. 2.
Synonymorum uel ſoliloquiorum lib. 2.
De illuſtribus uiris lib. 1.
De ſummo bono ſententiarum lib. 3.
De origine officiorum lib. 2.
De ſancta trinitate lib. 1.
De corpote, & ſanguiue Domini lib. 1.
De officio Miſſæ lib. 1.
Decretum Canonum lib. 1.
De computo, & natura rerum lib. 1.
De proprietate terum lib. 1.
Sermonum lib. 1.
Eccleſiaſticorum dogmatum lib. 1.
Lamentum pœnitenris lib. 1.
De Aſtronomia lib. 1.

Hiſtoriam ſeu Chronicam lib.3.
De Coſmographia lib.1.
De Grammatica,& uocabulis lib.1.
Allegoriarum quoq; lib.1.
De hæreſibus lib.1.
Epiſtolarum ad diuerſos lib.1.

Acta Conciliorum Ioannes Gerſon ab Iſidoro collecta eſſe autumat: unde Iuo & Gratianus decreta ſua decerpſerunt, iuxta Vincentium, & Petrum de Natalibus libro 4,capite 30.

Coegit Synodum tempore Siſibuti regis: & exterminauit hæreſin Acephalorum,quę in Hiſpaniam irrepſerat: teſte Ioanne Magno hiſtoriæ Gotthicæ libro 16,cap.14. Præfuit quinto & ſexto Cōcilijs Toletanis ſub Cintilla,78 rege Gotthorum. Iohannes Magnus libro eodem,cap.18.

Collegit & refutauit plus quàm ſeptuaginta ſectas, quæ in Eccleſia uſque ad ſua tempora ſurrexerant: teſte Faſciculo temporum.

Venit eius tempore Mahomerus in Hiſpaniam,antequam ſuum incendium excitaret:& poſtquam aſpexit eum Iſidorus,ex phyſiognomia præſagiens, iudicauit illum peſtem fore Eccleſiæ & reipublicæ: iuſsitq; eum capi. Sed is admonitus à diabolo, fuga eſt elapſus. Antoninus titulo decimotertio, cap.2.§.6.

Mortuus creditur Iſidorus ſub Hetaclio, in quo ſuum Chronicon finiuit: teſte Otthone Phriſingenſi libro quinto,capite 9,Sabellico Enneadis octauæ libro ſexto, Platina ſub Deuſdedit.

THEODISCLUS.

Theodiſclus natione Grę cus,Iſidoro ſucceſsit. Hic corrupit ſcripta Iſidori, & multis erronb. Eccleſiā implicauit. quare & remotus ab officio, in Africā delatus eſt: ubi non paucos inuenit ſuarū ineptiarum admiratores. Extitit idē autor cōtentionis inter Toletanā & Hiſpalenſem eccleſiam de primatu, quæ poſtea multas turbas dedit. Iohannes Magnus lib.16.cap.20.

GORDIANUS.

Gordianus epiſcopus Hiſpaniarū, à Deuſdedit pōtifice petijt conſiliū, quid cū illis faciendū eſſet, qui proprios filios ex baptiſmo ſuſcepiſſent, incauti & neſciētes, prę magno populorū cōcurſu. Nūquid etiā poſsint amplius eſſe cōiuges? Cui reſpōdens pontifex, omnino aſſerit, ea ratione coniugij uinculū diſſolui: ut patet ex 2 Concil. Tomo, & Luithprando de uitis Pontificum.

BRACARENSES.

MARTINUS.

Martinus epiſcopus Bracarenſis collegit capitula ex Græcorum Synodis,& ſeorſim diſtribuit ea quę ad epiſcopos pertinerent, ſeorſim quę ad clericos,& ſeorſim quę ad laicos. Interfuit Concilio Spaleuū ſecūdo. Conciliorum tomo 2.

POTAMIUS.

Potamius epiſcopus Bracarenſis, in decimo Cōcilio Toletano depoſitus eſt,& perpetuæ pœnitentiæ deputatus propter fornicationem. Conciliorum tomo 2.

FRUCTUOSUS.

Fructuoſus,qui antea Dumenſem eccleſiam gubernarat, Bracarenſis deſignatur epiſcopus, in decima Toletana Synodo. Conciliorum Tomo 2.

TOLETANI.

EUGENIUS.

Eugenius,fuit eccleſiæ Toletanæ,& prouinciæ Carthaginenſis epiſcopos metropolitanus,ut apparet ex Cōcilio Toletano quinto,cui ille præfuit. Cōmendator à Scriptore hiſtoriæ Gotthicæ, quod fuerit lumē omnium Eccleſiarum Occidentalium, ſanctimonia & Sacrarum literarum cognitione omnibus alijs prælucens. Obijt eo tempore, quo Recinſuindus uicit Vaſcones. Iohānes Magnus hiſtoriæ Gotthicæ libro 16, capite 20 & 21.

ILDEFONSUS.

Ildefonſus monachus,ſucceſſor Eugenij, Pelagianæ & Heluidianæ hæreſi, quæ Galliam & Hiſpaniam ferè penitùs occuparat, ſeſe oppoſuit:& uictis autoribus in publica diſputatione, utrāq; ex agris & finibus exterminauit,totamq; patriā Chriſto reſtituit. Addit authot,quòd præmij loco à beata genetrice Maria,cuius uirginitatem contra hæreticos defenderat,ſingulare ueſtimentum acceperit in uiſione,quo in ſummis feſtiuitatibus uteretur. Iohannes Magnus libro 16,capite 21.

IULIANUS.

Iulianus fuit Toletanus epiſcopus tempore Erigij,83 regis Gotthorum, quem ipſe etiam in regem unxit. Conuocata ſunt eius tempore tria Concilia in urbe Toleto: teſte Iohanne Magno libro 16,capite 23. & Concilio Toletano duodecimo. Iulianus Pomerius ſcripſit tres libros contra Iudæos,eosq; dedicauit regi Eruigio. In primo libro ex teſtimonijs ueteris Teſtamenti demonſtrat, Ieſum Chriſtum Meſsiam eſſe:& eo tempore exhibitum, quo prædictos eſt uenturus in carnem à Prophetis. In ſecundo libro ex nouo Teſtamento probat, Ieſum Meſsiam eſſe exhibitum illo tempore, quo oportuit: & Iudæos nunquā obiecisse Chriſto & Apoſtolis argumentū de tempore, quaſi nondū illud adſit, in quo Meſsias debeat exhiberi. In tertio libro oſtendit Ieſum Chriſtū ſexta

ætate

ætate natum eſſe,& refutat Iudæorum præpoſteram ſupputationem.

ALIORVM LOCORVM *in Hiſpania.*

GENITINVS.

GEnitinus, uel Gentinus,fuit epiſcopus Tudenſis:ut patet ex tertio Bracarenſi Concilio.

Nominantur plurimi in octauo & undecimo Concilio Toletano:ut,Orontius Emeritenſis,Antonius Hiſpalēſis,Potamius Calagurritanus,Potamius Bracarenſis, Epartius Italicenſis,Anſericus & Sinduittus Segobienſes,Dumila Malacitanus, Toila Gerundenſis,Stephanus Aſtigitanus, Tagontius & Gaudētius Valerienſes,Donus Imopyreneus, Vninibal & Læander Ilicitani,Iohannes Caurienſis, Floridius & Memorius Segobricenſes, Egredus Salamanticenſis, Marcus Caſtulonenſis,Georgius Agathenſis,Vincentius Tuccitanus,Sylua Egabrenſis,Vuidericus Segontienſis,Candidatus Aſturicenſis,Dalila Complutēſis, Athanaſius Setabienſis,Goericus Auſonenſis,Abientius Elborenſis,Filinitus Lamecenſis,Seruādus Ilipenſis,Syluester Carcaſſonenſis, Ala Eliberitanus, Vadila Viſenſis, Amamingus Elnenſis,Aſtida Dertoſanus,Adeodatus Pacenſis,Baucada Agabrenſis,Felix & Suintericus Valentinenſes,Phoſphorus Cordubēſis,Froila Menteſanus,Giberis Bigaſtrenſis, Maurellus Vrgellenſis, Herměfredus Lucēſis,Aſcarius & Cōcordius Palētinēſes,Celidonius Caliabrenſis,Litorius Auſenus,Iulianus Accitanus,Somtanus Aurienſis,Seruus Dei Baſtianus,Siſebertus Conimbricēſis,Taio Cęſarauguſtanus,Euſebius Oſcenſis,Belduigius Arcobricenſis,Maurufius Oretanus,Godiſcalcus Oxonienſis,Felix Dianenſis,Rogatus Biterrenſis.

DOCTORES GERmaniæ.

SALISBVRGENSES.

SOCII RVPERTI.

DOmingus, Giſolarius, Maternus, Chunaldus,Iſenardus,Ernfridus,Gerarbus,& Ratherus,ſocij & diſcipuli Ruperti fuerunt,& Boios alioſque populos nihil de uera beatitudine cogitantes,ad ſanctam Chriſtianæ fidei communionem perduxerunt.Iacobus Curio rerum Chronolog.lib. ſecundo.

VITALIS.

Poſt Rupertum epiſcopatum Salzburgēſem accepit Vitalis,uir eruditus admodum, & populo acceptus. Auentinus libro tertio annalium Boiorum.

Succeſſores.

Poſt huius mortem ſucceſsit Antiogoſus, uel Anzologus, ut Auentinus eum nominat.Inde Sauolus abbas, & Ethias, qui & monachorum gregem cœperunt alere.Auētinus libro tertio annalium.

RATISPONENSES.

HAIMERANVS.

HAimeranus oriundus ex Pictauia Noricorum urbe, fuit epiſcopus Ratiſponenſis, uiuente adhuc duce Theodone. Mēbratim diſſectus eſt à Theodonis filio Landoberto, propterea quòd ſororem eius Vttam uitiaſſe falſò delatus erat: quæ tamen compreſſa à Segiboto decurione equeſtri,tantum honeſtioris patrocinij nomine in eum confinxerat crimen. Auentinus libro tertio annalium Boiorum.

VVIRTZBVRGENSES.

KILIANVS.

KIlianus natione fuit Scotus. Cum apud ſuos parum promouiſſet,aſsidua prædicatione rituum nouorum de Paſchate, de tonſura & ſimilibus, cum ſocijs ſuis in Angliam,& poſtea in Galliam,indeque in Germaniam ad Francos ſeceſsit, eiſq; concionatus eſt. Cum autem uideret Gosbertum præfectum abhorrere à nouis ceremonijs Papiſticis,abijt Romam:& impetrauit à Conone, ſeu (ut Balæus uult) à Benedicto,ut epiſcopus Vuirciburgenſis ordinaretur: Anno 686.

Diſcipulos habuit Arnualum, Adananū, Adelinum,Vuilfridū, Dolomannū & Tholmannum.Sigebertus in Chronico.

Scripſit contra peregrinos cultus lib.1.

Interfectus eſt poſtea ab auditoribus ingratis,teſte Curione:qui ægrè ferebant, religionem antiquam ab ipſo immutari,uel (ut Sigebertus annotat) à Gailana duciſſa,quā ipſe iuſſerat à Gotberto dimitti,ppterea quòd antea quoq; fratris ſui fuiſſet coniunx: Anno 697.Regino:Ottho Phriſing.libro 5,cap. 13.Trithemius de origine Francorum:Balęus Centuria 1.capite 79, in uita Cononis: & Centuria 14,cap.23.

COLONATVS, & TOTNANVS.

Colonatus,quem Dolomannū,& Totnanus, quem Tholmannum Sigebertus uocat,Scoti natione fuerunt, & monachi Kiliani diſcipuli: alter presbyter, alter diaconus factus:ad Herbipolim uenientes,conati ſuntueterū eccleſiarū ſacras cōſuetudines in Romanas ceremonias mutare: atq; ut hę firmius animis inhęrerēt,gētilitias ſuperſtitiōes,ac falſas de Deo opiniones illas fuiſſe, & has eſſe ueritates irrefragabiles, monitore Pon-

re Pon.

re Pontifice, perſuadebāt. Interfecti aūt ſunt cum Kiliano, anno Domini 689, iuxta Balæum Centuria 14. cap. 24. Sigebertus annū 698 annotat.

VVORMACIENSES.

VICTOR.

VIctor fuit primus epiſcopus Vuormaciēſis, rempore Clodouei tegis: teſte Irenico libro 3, capite 48.

MOGVNTINENSES.

LEVNISIVS.

LEuniſius fuit epiſcopus Mogūtinus, eo tēpore quo funeſtū illud bellū inrer fratres Theodericū & Theodebertū exarſit. cuius quoq; ille non exigua fax fuit, dum ſubinde Theodeticum contra fratrem itritauit: teſte Auentino libro 3, pagina 278.

ARGENTINENSES.

ARBOGASTVS.

ARbogaſtus ex Hybernia ortus, in Alſatiam uenit, & in ſacro nemore Haganoa oratorium conſtruxit, & prædicando uerbum Dei collegit Eccleſiam. Dagobertus eū Argentinam miſit, ut turbas in religione excitaras ſedaret, anno Domini 646. & ciuibus imperauit, ut eum audirent. Præfuit an nos 12. Scripſir libtum unum Homiliarum. Obijt anno Domini 658, ſepultus iuxta patibulum. Scribit de eo Irenicus, quòd Sigebertum filium Dagoberti ex morte reſuſcitarit: libro 3, cap. 46. Mūſterus in Coſmographia, & Bruſchius de epiſcopis: Balæus Cētutia 14, cap. 81.

FLORENTIVS.

Florentius Scotus, nobili familia natus, oratorium ſibi ad Haſelium fluuium condidit, ibique operam ſacris literis dedit. Dagoberti tegis Francorum filiam cæcam & Damuram orarione ſanauit: ob quam rem Dagobertus ei cœnobium Haſelachium extruxit, in quo ſacras Scripturas diſcipulis tradebat. Rothario mortuo Argentinenſis præſul ordinarut, anno Domini 663. Scotis ad ſe confluentibus, cœnobium ad amnē Bruſchium ædificauit. Præfuit annos duodecim, & obijt anno 675. Irenicus libro tettio, capite quadtageſimoſexto, Balæus Centuria 14, cap. 22.

COLONIENSES.

CHVNIBERTVS.

CHunibertus filius Grallonis ducis Lotharingiæ, fuit præſul Coloniæ Agrippinæ, temporibus Hetaclij, Conſtantini & Conſtantis Imperatorum, tegnanre in Gallijs Dagoberto, cuius filium Sigebertum prima elementa ſacrarum & prophanarum literarum docuit. Adiunxit Coloniēſi eccleſiæ Suſatenſe oppidū, & extruxit extra urbem Colonienſium eccleſiam in honotem Clemenris: quæ poſtea mutato nomine in memoriam autoris, Chumberti eccleſia dici cœpit. Sepultus eſt in eadem Eccleſia, reſte catalogo Colonienſium epiſcopotum.

Succeſſores.

Nominantur in catalogo plures Colonienſes epiſcopi, qui hunc ſunt ſecuti: ut Bocaldus ſub Sigeberto rege, Stephanus ſub Theoderico, Alduinus ſub eodē, Gyſo ſub Clodoueo & Hildeberto.

DOCTORES ANgliæ.

DOROVERNENSES.

LAVRENTIVS.

LAurentius Iralicæ nationis alumnus, & monachus Benedictinus, dialectices & philoſophiæ peritus, à Gregorio pontifice unà cum Auguſtino & alijs miſſus in Angliam, adiutor ei fuit in propaganda noua religione: & fauore Ethelberti Cantiorum regis, in Angloſaxonum prouincia per interpretes fidem Papiſticā docuit. Auguſtinus eū adhuc ſuperſtes ordinat archiepiſcopum Dotouernenſem. Ad eam functionem cum defuncto Anguſtino acceſsiſſet, non ſolùm Dotouernenſem eccleſiā, aliasq; ſibi ſubiectas rexit, ſed etiā pro alijs ſollicitus multū ſudauit, ut Scotos, qui in ceremonijs & ritibus Eccleſiaſticis, prę ſertim in obſeruatione Paſcharis, in tonſura cotonæ, & alijs nōnihil à Romanis diſcrepabāt, ſibi & catholicæ Eccleſiæ cōiungetet. In Mona inſula, in epiſcoporū Synodo ſuperbè contra Britannos & Chriſtianos dimicat, & ad teliquos Hybernię & Scotię epiſcopos ſctibit de obſeruatione Paſchæ librum unum, & ad Britannos de eadem librum unum.

Miſir etiam Mellirum Romam, qui à Bonifacio pontifice paręneticas lireras, tum ad iſtam gentem, rum ad regē afferret. Miſerāt Scoti ad Laurenrium Daganum legatū colloquij graria. at is adeò ab illo & alijs pontificijs abhorret, ut etiam cibum cum ipſis capere, aut ſub eodem tecto dormire recuſet. Beda libro 2, capire 3.

Anno Chriſti 603, mortuo Edilbrechto Cantuariorū rege, penirùs etiā in Anglia collabi cœpit Romanorum religio. ideoque eiectis pleriſque doctoribus, ipſe etiam Laurentius de fuga cogitauit. Verùm cum iam uellet ſe in pedes conijcere, noctu per uiſionem (ſi credere nugis fas eſt) rerrahitur. Nā Petrus ei apparet, & multum cum eo de timiditate & mollitie expoſtulat, ſuum exemplū obijciens, quòd & ipſe propter cōfeſsionem, uincula, carceres, uerbera, & alias afflictiones

ctiones cooſtanti animo pertuliſſet: ac flagellis eum cędit. Laurẽtius manè ad regem adit, & cruentas uibices commonſtrat, & ſomnium narrat: quibus rex & populus adeò mouentur, ut ad exploſam iam religionem rurſum animos conuertant. Reuocatis igitur illis qui antea erant expulſi, ipſe etiã Laorentius manſit: & emẽdato rege, tom ab idolomania, tum ab inceſto coniugio (ſiquidem patris coniugem ſibi iunxerat) in pace uitam finiuit. Beda libro ſecundo, capitibus 3.4.5 & 6. & Balæus Centuria decimatertia, capite ſecundo. Anno Domini 619, Sigebertus.

MELLITVS.

Mellitus genere nobilis, corpore autem podagricus, miſſus eſt à Gregorio pontifice cum quibuſdam alijs in Angliam, poſtquã iam per Auguſtinum prima fundamenta ecclesiæ eſſent poſita. Ordinatus eſt primùm epiſcopus orientaliũ Saxonum, anno Chriſti 604. & ſedem Londoniæ habuit: Beda libro ſecundo, capite tertio. Vnà cum Laurentio & Iuſto ſcripſit literas ad Scotos, eoſque hortatus eſt ad ritum cooformationem. Exemplum earum literarum recitat Beda libro ſecundo, capite quarto. Sed cum parum proficere uiderentur, iuſſu Laurentij Romam abit, ut pontificijs bullis & decretis contra Scotos redeat armatus. Romam ubi uenit, anno octauo Phocæ, à Bonifacio ad Synodum epiſcoporũ Italiæ adhibetur: & decreta eius Synodi, nimirùm quòd etiam monachi concionandi ligandiq; & abſoluendi habeant poteſtatẽ reportat. Beda ibidẽ. Verùm interea Angli repudiata omni Romana diſciplina, ad priſtinã religionẽ ſe cõuertũt: & Sabarethi regis Orientaliũ filij nondum baptizati, à Mellito poſtulãt ſacrã cœnam. Ille uerò negat, ſe nõ baptizatis dare poſſe. Quare eum expelluot. Is aũt cõmunicato cum Laurẽtio cõſilio, unà cum Iuſto ſeceſſit in partes Galliæ. Beda lib. 2, cap. 5. Poſt annũ cum rex Eadbaldus à Laurẽtio eſſet cõuerſus, ambo reuocantur. nõ redijt tamen Mellitus Londoniã, ſiquidem orientales Angli in Paganiſmo perſiſtebant: ſed adiunctus Laurentio, in Dorouernẽſi eccleſia cõmunes labores aliquandiu ſubijt, donec ipſo defuncto totũ munus ſuſcepit. Functus eſt archiepiſcopatu annos quinq;, cũ laude & admiratione eius gentis: ſiquidẽ non ſolùm uolubilitate linguæ ualuit, ſed etiã miraculis fuit clarus, adeò ut aliquãdo incẽdiũ flammis toti urbi excidiũ minantibus, ſolis precib. reſtingueret. Beda lib. 2, cap. 7. anno Domini 624, iuxta Sigebertum.

IVSTVS.

Iuſtus patria Romanus, abbas in Italia fuit. Miſſus autem eſt in Angliam cum Mellito: & primùm ordinatus eſt ab Auguſtino in epiſcopum ciuitatis Roffi, non procul à Dorouerno, anno Chriſti 604. Beda lib. 2, cap. 3. In ceremonijs Romanis propagãdis ad Anglos & Scotos & Hybernos, ſuam operam gnauiter præſtitit. Beda libro ſecundo, capite quarto. In de relapſis Anglis ad priorem religionem, eiectus cum Mellito in Gallias ſeceſsit. Sed poſtea ab eadem eccleſia reuocatus eſt, & receptus. Beda libro ſecundo, capite ſexto. Poſt Mellitum Dorouernenſis archiepiſcopus factus eſt, anno Chriſti 618. Beda libro ſecundo, capite ſeptimo. Accepit à Bonifacio papa pallium, & poteſtatem ordinandi epiſcopos. Beda lib. 2, cap. 8. Et ſcripſit epiſtolam ad Bonifaciũ, teſte Beda, & Capgrauio. Tranſmiſit Paulinum ad Northanymbros, ut illos quoque ad Romanæ eccleſiæ ſocietatem deduceret, anno Domini 625. Beda libro ſecundo, capite nono. Et tandem perfunctus ſuo munere, cum fide & diligentia humanis rebus ſublatus, ad anteceſſores ſuos commigrauit. Beda libro 2, capite 18.

HONORIVS.

Sublato Iuſto, electus eſt Honorius Dorouernẽſis epiſcopus. is à Paulino ordinatus eſt apud Northanymbros. Accepit etiam pallium, & poteſtatem ordinãdi epiſcopos ab Honorio pontifice Romano. Beda lib. 2, capite 18. Ordinauit Thomam Giruianum, & Beretgilſum Bonifacium epiſcopos orientalium Anglorum.

Sedit annos triginta, & plenus dierum obijt, anno Chriſti 654, cum fuiſſet electus anno 624. Beda libro ſecundo, capite 18: & libro tertio, capite uigeſimo.

DEVSDEDIT.

Poſt Honorium uacauit ſedes per annum integrum & ſemeſtre, poſtea ſubrogatus eſt Deuſdedit, ſeu Deodatus Phrytona, qui fuit de natione occidentalium Saxonum, ordine quidem præſulum ſextus: ſed de Anglorum gente primus archiepiſcopus. Ordinatus eſt per Thamar, Roffenſis eccleſiæ antiſtitem: & ſedit annos nouẽ, mẽſes quatuor, dies duos. Beda libro 3, capite 20.

THEODORVS.

Defuncto Deuſdedit, miſſus eſt Vuigardus quidam presbyter Romam, ut in archiepiſcopum conſecraretur. Is aũt Romæ, graſſante tum tẽporis peſte, obijt: & miſſus eſt eius loco per Vitalianum pontificem Theodorus. Fuit hic ex Tharſo Ciliciæ, uir philoſophicis magis quàm diuinis literis inſtructus: Græcę linguæ peritiſsimus, annos habens ferè ſexagintaſex: ordinatus à Vitaliano, anno Chriſti 678, ſeptimo Calendas Aprilis (Balęus ponit annũ Domini 666) ſecundo poſtea anno, ſexto Calendas Ianua

rij in Angliam uenit: & ſuſcepto archiepiſcopatu, præter eccleſias, inſtituit etiã Scholas, in quib. linguas, itemq; Aſtronomiæ, Arithmeticæ, Muſices, Poetices, Diuinationũ & exorcizationum ſtudia ipſe profeſſus eſt: idq; tanto cum fructu, ut multi ex ſuis auditoribus Græcè & Latinè pari facilitate, atq; natiua lingua, ſcribere & loqui diſcerent: teſte Beda libro quarto, capite primo & ſecundo. Primus fuit archiepiſcopus, cui omnis Anglorũ eccleſia manus dare conſenſit. Veſtales uotarias in multis locis fecit: & Milredam cum ſeptuaginta mulierculis in inſula Tanetos uelauit. Anno Chriſti 673, coegit Synodum in loco qui dicitur Heruford: & propoſuit articulos, quos cõmuni ſuffragio, approbatione & conſenſu receperunt omnes in uniuerſa Anglia eccleſiæ, ut in capite de Synodis eſt dictum. Beda libro 4, capite 5.

Scripta etiam edidit. Summam pœnitentialem lib. 1. ut indicat Regino lib. 1.

Priorum patrum Canones, lib. 1.

Ordinationes ſui cleri, lib. 1.

De fide contra Eutychen, lib. 1.

Commentariorum, lib. 1.

Epiſtolarum lib. 1. Balæus Centuria 13, capite 6.

Inter alias opiniones impias & papiſticas ſenſit, pœnitentiæ ceremonijs & ritibus unumquodque peccatum dilui: de fide in Chriſtum, & gratuita remiſsione peccatorum, parum nouit.

Audiens eccleſias Italicas paſsim per hæreſin Eutychetis de una uoluntate in Chriſto turbari, coegit aliã Synodum in campo Hetfeld: ubi recitatis decretis quinq; Conciliorum uniuerſalium, præmuniuit ſuos, ne quis eam hæreſin in Anglorum eccleſias introduceret. Beda libro 4, capite 17. Reconciliauit inſuper Ecfridum Northanymbrorum & Edildredum Merciorum reges, inter quos longo tempore ſimultates erant: capite 21. Adrianũ Afrum abbatem habuit collegam, & obſeruatorẽ à Pontifice ei adiunctum, ne quid homo Græcus moliretur fidei Romanæ contrarium. Sedit annos 21, menſes tres, dies 26. & obijt Dorouerni, anno Chriſti 690, ætatis 88. Sepultus in eccleſia Petri, cum Epitaphio:

Hic ſacer in tumba pauſat cum corpore præſul,
Quem nunc Theodorum lingua Pelaſga uocat.
Princeps pontificum felix, ſummusq; ſacerdos,
Limpida diſcipulis dogmata diſſeruit.

Beda libro quinto, capite octauo.

BERECHVALD.

Defuncto Theodoro, ſubrogatus eſt Berechuald, uir ſcientia Scripturarum & eccleſiaſticis ſimul ac monachicis diſciplinis imbutus. Fuit antea abbas in monaſterio Raculfe. Electus eſt anno Chriſti 692, Calẽdis Iulij: ordinationẽ accepit anno ſequẽti, 3 Calendarum Iulij, à Goduino metropolitano epiſcopo Galliarum: & in ſedem ſuam ingreſſus eſt pridie Calendas Septembris. Beda libro 5, capite 9.

BERFLANARDVS.

Meminit & Berflanardi cuiuſdam Adonis Viennenſis, quem dicit à Sergio Anglis archiepiſcopũ miſſum. Idẽ Platina in Sergio.

ROFFENSES.

ROMANVS.

PRimus Roffenſiũ epiſcopus fuit Iuſtus, tempore Auguſtini. Poſtquam autem is ad archiepiſcopatum euectus fuit, ſubſtituit in Roffenſem eccleſiam Romanum: ſed hic abſorptus eſt in mari, cum Romam adiret, conſecrationem petiturus.

ITHAMAR.

Ithamar de gente Cantuariorum ordinatur epiſcopus Roffenſis, in locum Paulini, ab Honorio: Beda libro tertio, capite decimoquarto. Ordinauit Deuſdedit epiſcopũ Dorouernenſem, & poſt eum Damianum. Beda libro tertio, capite 20.

DAMIANVS.

De genere Auſtralium Saxonum oriundus, Dorouernenſis ordinatur epiſcopus ab Ithamaro. Beda lib. 3, capite 20. Et poſtea Roffenſis epiſcopus factus eſt: ut patet ex libro 4, capite 2.

PVTTA.

Putta, Eccleſiaſticis diſciplinis inſtitutus, & ſimplicitate præditus, modulandi artem à diſcipulis Gregorij edoctus, epiſcopus Roffenſis factus eſt. Beda libro 4, capite 2. Incidit in ea tempora, quibus per Edildred Merciorum regem, & Cantuariorũ & Hoſenſium fines uaſtati ſunt: circiter annũ uidelicet Chriſti 676. Ideoq; fugiens ex ſua ec cleſia, ſeceſsit ad Sexulphum Merciorum antiſtitem, & accepta ab eo poſſeſsione cuiuſdam eccleſiolæ, & agelli exigui, uitam ibi reliquam finiuit in pace, nihil penitùs de reſtaurando epiſcopatu ſuo ſollicitus. Beda libro quarto, capite 12.

CHELMVS, & GEB*mundus*.

Conualeſcentibus nonnihil rebus, ordinatus eſt per Theodorũ Chelmus quidam in Roffenſem epiſcopatum. uerùm is deſtitutus ſumptibus ad epiſcopalem ſplendorem & dignitatem ſufficientibus, non diu ibi manſit: ſed captans meliorem fortunam, in alium locum pinguiorem commigrauit, & delatus eſt epiſcopatus ad Gebmundum: qui contentus ſua ſorte, afflictam eccleſiam rurſus collegit, & inſtaurauit cum

cum laude: teſte Beda, hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum libro 4, capite 12.

NORTHANYMBRO-rum Doctores.

PAVLINVS.

PAulinus, uir (ut à Beda deſcribitur) longæ ſtaturæ, paululum incuruus, nigro capillo, facie macilenta, naſo adunco, uenerabilis ſimul & horribilis aſpectu: primùm tranſmiſſus eſt ex Italia cum Iuſto, Mellito, & alijs, per Gregorium in Angliam: ibi uerò ex presbytero ordinatus epiſcopus, per Iuſtum Cantuarienſem, anno Chriſti 652. 13 Calendas Auguſti, additus fuit Edilbergæ filiæ Edilberti regis: & cum ea ad Northanymbros, quorum regi Heduino ipſa nupſerat, tranſmiſſus. Delatus illuc, conuertit ipſum Heduinum cum tota ſua gente à paganiſmo: & exorſus Eboracenſem epiſcopatum, accepto pallio ab Honorio pontifice Romano, docuit ibidem per annos ſex, donec Heduinus fuit in uiuis. In meridiana etiam Humbra Lindocolinam ciuitatē accepit, & in ea eccleſiam egregij operis de lapide extruxit. Turbatis autem poſtea rebus, & interfecto Heduino per Cedualdam Britonum, & Pendam Merciorum tyrannos: Paulinus aſſumpta ſecum Edilberga regina, cum aurea cruce, & calice conſecrato, nauigio reuerſus eſt Cantuā: ibiq; Roffenſi eccleſiæ, quæ fortè uacabat, præfectus, reliquam uitā conſumpſit: donec annos nouendecim, menſes duos, & dies uiginti unum epiſcopatu functus, diem ſuum obijt. Beda hiſtoriæ Anglicæ libro 2, capitibus 9. 14. 16. 17. 20: & libro 3, capite 14.

IACOBVS DIACONVS.

Fugiens Paulinus reliquit in Eboracenſi eccleſia Iacobum quendam diaconum, qui uir utique eccleſiaſticus & ſanctus, ſub triſti ſeruitute & tyrannide multas ſeruauit animas docendo & baptizando. Recuperata autē pace, cum eſſet cantandi peritiſsimus, extitit magiſter eccleſiaſticæ cantionis, iuxta morem Romanorū in Eboracenſi eccleſia, & in officio cōſenuit. Beda lib. 4, cap. 2.

EDDI.

Succeſsit ei Eddi cognomēto Stephanus, in eodem Cantoris officio lib. 4, cap. 2.

AIDANVS.

Aidanus genere Scotus, ex inſula Auuina, diſcipulus Columbani, in Anglia factus eſt abbas & presbyter in monaſterio Segeni: tandem apud Northanymbros Lindisfarnenſem ſedem erexit, & primus ibi extitit epiſcopus. Commeodatur à Beda, Vincentio, & Balæo: quòd cum doctrina eius, uita quoq; congrueric, opes & dignitatem, & alia quæ in mundo ſunt ſplendida, ex alto cōtempſit: nec quicquam charum duxit, quàm æſtimari inter Chriſti diſcipulos, & plurimos homines ad agnitionem ueri Dei deducere. Deinde diligentia eius tanta erat, ut quacunque incederet, obuiantibus ſibi concionaretur, ad fidem in Chriſtum & opera pia ſedulò exhortans omnes. Diuitum & pauperum ex æquo taxabat peccata: nunquam paſſus ſe uel honoris aura, uel periculorum metu à ſuo curſu dimoueri. Quicquid pecuniæ aut munerum accepit, illud omne in uſum pauperum contulit, aut ad redemptionem captiuorum erogauit. Beda libro tertio, capite quinto. Donauerat ei Oſuinus equum: cui cum inſideret, pauper accedit & eleemoſynam petit: ille equo deſcendens, pauperi eum donat. Beda lib. tertio, capite decimoquarto. Valde familiaris fuit regi Oſuualdo, adeò ut ſæpe inter concionandum ipſe rex interpres uerbi cœleſtis extiterit, dum Aidanus Anglicam linguam non ſatis perfectè calleret.

Scriptis etiam eccleſiæ Dei profuit. nam edidit in ſcripturam Commentarios, lib. 1.

Et homiliarū & cōcionū lib. 1. Balæus Centuria prima, capite 76. & libro 14, capite 17.

Puram doctrinam de redemptione generis humani, per paſsionem & reſurrectionē & aſcenſionem in cœlos mediatoris Dei & hominum, hominis Chriſti IESV, tradidit: teſte Beda libro 3. capite 17.

Cum eo tempore certamē eſſet inter Doctores de obſeruatione ceremoniarum papiſticarum, Aidanus ſuadebat, non grauia legis, non ceremonias, non Phariſæorum onera populis proponenda: ſed lac primum infirmis pectoribus miniſtrandum. Beda libro 3, capite 5.

De Paſchatis obſeruatione arguitur à Beda, quòd in ea Scotos ſuos ſecutus, à Romana eccleſia diſſenſerit, ſolitum tempus feſtiuitatis illius ignorans: libro 3, capite 3 & 17. Sed excuſat eum cōſuetudo ueteris eccleſiæ, & anteceſſorū ſuorum. Et Iohannes Maior, theologus Pariſienſis, in lib. 2. de geſtis Scotorum, cap. undecimo inquit: Merebatur & bene egit Aidanus, celebrando ſicut celebrauit. Probatio: Ad actum moraliter bonū, nō requiritur quòd à uera prudentia reguletur actus: ſed ſat eſt, quòd ab errore inuincibili reguletur. Et ſic erat in iſto patre. Erat ius Pontificium humanū in oppoſitum, quod non tenebatur ſcire. Scripturis ſacris & deuotioni ſe accōmodabat, & maiorū ueſtigia in hoc ſecutus eſt. In humanis legibus poſitiuis, unuſquiſq; in ſuo ſenſu abundat. Balæus Centuria 14, cap. 17.

Miracula Aidani plurima recenſet Beda. Eius uoto, regis Oſuualdi manos, cui propter eximiam beneficentiam & liberalitatē in pau-

in pauperes benedixerat, adhuc tẽpore Bedæ inueterara, & ſine putrefactione, miraculi loco conſeruabatur in urbe regia Debba: libro 3. capite 6.

Sublato deinde Oſuualdo, cum Penda Merciorum rex undiq; in ea regione ſæuiret, & ad urbem regiam quoq; delatus, iam ſtructis multis lignorum rogis flammas minaretur: ipſe fuſis precibus ad Deum, ſurgẽrium flammarum impetum in hoſtium caſtra cõueitit, & urbem obſidione liberauit. Beda libro 4, capite 16.

Alia etiam Beda recenſet, quæ tamen fabuloſa uidentur, & nonnihil ſuperſtitionis habent: ut quòd tempeſtatem prædixerit nautis, eãq; oleo infuſo in mare rurſus ſedârit. Et quod locus templi, in quo ipſe ſteterat animam expirans, ter inter flammas illęſus manſerit, reliquo ædificio circumquaq; igni conſumpto. lib. 3, capite 15 & 17. Obijt anno pontificatus ſui decimoſeptimo, anno Domini 651.

FINNANVS.

Finnanus Apoſtolicæ religionis profeſſor, Nennij & Sigenij diſcipulus, in monaſterio Huenſi, epiſcopus Lindisfarnenſis factus eſt, à Scotis miſſus, & ordinatus. Beda libro 3, capite 25.

Scripſit librũ unũ ꝑ ritu ueteris Paſchatis.

Chriſtianæ libertatis contra iugum pontificium ſtrenuus fuit propugnator.

Cum Rõnano de obſeruatione Paſchatis acriter contendit: nec paſſus eſt ſibi extorqueri conſuetudinem ueteris eccleſię Aſianæ, in obſeruando Paſchate.

Baptizauit in initio epiſcopatus ſui Peadam, filium Pendæ regis Merciorum, cum is Aluchfledæ cõnubium petens, per ipſius parentem Oſuuium regem Northanymbrorum ad ſocietatem fidei eſſet pertractus. Aedificauit templum in Lindisfarnenſi inſula: idq; non de lapide, ſed Scotorum more de ligno & robore ſecto totum compoſuit, atq; arundine texit. Beda libro 3, capite 21 & 25. Ab omnibus diligebatur, etiam ab his qui de Romanis ceremonijs multo aliter ſentiebant, eo quòd opera fidei, pietatis & dilectionis, iuxta morem ſanctis hominib. conſuetum, exequi curaret. Obijt anno Domini 661: decimo uerò ſui epiſcopatus. Beda libro tertio, capite 26. & Balæus Centuria 14, capite 19.

COLMANVS.

Mortuo Finnano, Colmanus ſimiliter ex Scotia miſſus, Lindisfarnenſem ſedem accepit. Huius aũt temporibus, cum controuerſia de Paſchatis obſeruatione acerbius agitaretur, idq; malum etiam regiam domum infeſtaret, adeò ut ſæpenumerò dum rex Oſuuius cum ſuis, Scotorum more Paſchatis feſtiuitatem celebraret, regina Cantuarios ſuos ſequens, adhuc in ieiunio perſiſteret, ſicq; bis ageretur Paſcha in uno anno. coacta eſt Synodus per Oſuuium regem, & graui oratione præmiſſa poſtularũ, ut de certitudine rei cognoſceretur, ne qui uni Deo ſeruirent, diuerſam regulã uiuendi tenerẽt: aut in ea rediſcreparent, quæ à Chriſto ad conglutinandã charitatem eſſet inſtitura. Diſputatum eſt inter Colmanum & Vuilfridum pro utraq; parte, non ſine contentione. Pręcipuus autem neruus quo Colmanus ſuam ſententiam uoluit ſtabilire, à Beda recenſetur iſte, quòd accepiſſet hunc morẽ à Iohanne euangeliſta, ab Anatholio & Colũba patribus: à quorũ autoritate, cum ea miraculis cœleſtibus eſſet confirmata, non poſſet recedere. Reſponſum eſt à Vuilfrido multipliciter. Primum: Quòd tempore Iohãnis, adhuc tenera & imbecilli exiſtente Eccleſia, in inicio non potuiſſent omnes Moſaicę legis obſeruationes tam ſubitò abrogari, præſertim cum maxima pars iſtius Eccleſiæ collecta fuiſſet ex Iudæis: id quod ex Paulo etiam uidere liceret, qui nullam aliam ob cauſam, niſi ut ſcandalum uitaret, apud illos qui inter gentes erant Iudęi, Timotheum circumcidiſſet, hoſtias in templo immolaſſet, & Corinthi caput totõdiſſet. Secundò: Quòd Scoti Iohannis quoque exemplum non rectè imitarentur. Siquidem Iohannes ſecundum legẽ uniuerſaliter decimoquarto die menſis primi ad ueſperam Paſcha inchoari uoluiſſet, nihil curans utrum in ſabbatum an alium diem incideret. Scoti uerò non niſi de primo ſabbato ordirentur, neglecto interim dierum ordine, utrum uel 13. uel 14 eſſet. Tertiò: Quòd Petrus, Paulus, & reliqui Apoſtoli, non ſine graui conſilio, abolita Moſaica conſuetudine, in memoriam reſurrectionis ordinaſſent, ut decimaquarta luna primi menſis, ſi proximè ſequens dies eſſet Dominica, eo ipſo ueſpere, ſicut lex iubebat, Paſchalis ſolennitas inchoaretur. Sin uerò non ſtatim adeſſet dies Dominica, ſed caderet in 16.17.18.19.20 aut 21. expectaretur ea donec ueniret, & præcedente demũ ueſpere ſumeret initium Paſcha, ita ut ipſa Dominica Paſchæ non niſi à 15 luna primi menſis, aut proximè ſequentibus uſque ad 21 ſeruaretur. Quartò: Quòd iſte modus obſeruandi Paſcha, poſt Apoſtolorum tempora ſtatim receptus eſſet in Aſia à ſucceſſoribus ipſius Iohannis, & in toto etiam orbe Chriſtianitatis: quodque in Synodo Nicena recens denuò eſſet confirmatus. Quintò, quòd Anatolius, quem allegaſſet, in eadem ſecum fuiſſet ſentẽtia, teſte Circulo nouem decim annorum, quem ipſe ad morem Aegyptium compoſuiſſet. Sextò: Quòd

Columba,

Colũba, ac reliqui eius ſucceſſores, non ſtudio contradicendi ita deliquiſſent, ſed ex ignoranria, & de rei nerirate non admoniti. Seprimò: Quòd denique ipſorum Patrum taota non eſſer auroriras, ur Petro apoſtolorum principi, cui nimirũ claues regni cœlorum à Chriſto eſſenr cõmiſſæ, poſſent, aur deberent præponi, &c.

His ultro citroque looga diſputatione agitatis, tandem ab Oſuuio rege concluſum eſt, Petri partes debere potiores haberi: ne ſibi aliquando ad cœlum uenienri, ſores claudar, offenſus. Sicque repudiara Scotorum cõſuerudine, Romano more apud Northanymbros Paſcha celebrari cœpir: idque factum eſt anno Chriſti ſexcenreſimo ſexageſimo quarto, Oſuuij regis 22: & ex quo Scoti epiſcoparum in prouincia Anglorum geſſeranr, anno trigeſimo. Aidanus enim illum renuerar annos ſeptendecim, Finnanus decem, & Colmanus rres.

Exploſus Colmanus, Lindisfarnenſi ſede ceſsir: & abducens ſecum quorquot ibi ex Scotis & Anglis ſuarum partium erant, hoc eſt, qoi paſcha Romanum, & ronſuram coronæ, de qua ſimiliter non minima contentio erar, ſuſcipere nolebant, in Scoriam eſt regreſſus: ubi duo monaſteria extruxit, alrerum io inſula Inhisbouinde, id eſt Vitulæ albæ, quod Scotis reliquir: alterum in Magio inſula, in quod collocauit Anglos, quorum ſucceſſores hodie etiam ibi ſunt Angli, proprio labore uictirantes: ur ſcribir Beda libro rertio, capire 25 & 26. & libro 4, capire 4.

Scripſir pro ſocijs Quartadecimanis lib. 1. Balęus Centuria 14, capire 21.

Qualis præterea fuerir Colmanus in uita & moribus, Beda eo oſtendir, quòd dicir, ipſum cum ſuis abeunrem, nec domum nec agrum poſt ſe reliquiſſe: id eſt, nihil habuiſſe proprij, ſed uictu ſolummodò cõtentum docuiſſe. Irem, curam eius & ſollicitudinem tanrùm fuiſſe ſeruiendi Deo, non ſeculo: ſaturandi animam, non uentrem. libro rertio, capire 26.

Claruit anno Domini 670. Balæus. Lindisfarneoſem epiſcoparum tenuir annos 3. Beda libro terrio, capire 26.

TVDA.

Subſtitutus eſt Colmaono Tuda quidá, inter Scoros Auſtrinos eruditus, & in epiſcopum ordinarus. Is apud Northanymbros primus fuir, qui coronam tonſuræ Eccleſiaſticæ recepit, & Paſcharis feſtiuitarem iuxta morem Romanæ Eccleſiæ adminiſtrauit. Commendatur à Beda quòd fuerit uir bonus & religioſus, qui diligenrer fidẽ non ſolùm uerbo, ſed opere etiá exornauir. Verùm non diu præfuit, ſed primo ſui epiſcopatus anno peſte inrerijt: & ſepultus eſt in monaſterio Pegnalech: teſte Beda libro rertio, capite 26 & 27.

VVILFRIDVS.

VVilfridus à renera ærare religioni deditus, decimoquarto anno ætatis monaſticũ habitũ in Lindisſarnenſi inſula aſſumpſir: paulo pòſt ætare progreſſus, Romam profectus eſt, ur Eccleſiaſticam diſciplinam perfectius diſcerer: idque intra paocos annos ſub diſciplina Boniſacij archidiaconi Romaoi, prout uoluerat, aſſecutus eſt: adeò ur Pſalmos omnes, quatuor Euangeliſtas, & Compurũ Eccleſiaſticum Paſchæ exactè reneret. Perceptis illis in Galliam delatus, apud Dalfinum archiepiſcopum, per triennium degens Lugduni, tonſuræ coroná accepit. Inde aũt reuerſus io Angliá, primùm ſactus eſt præceptor Aluchfridi regis Oſuuij: à quo poſtea propter fidem in officio, & eruditionem quá in diſputatione oſtendir, monaſteriũ 40 familiarum in Nyrrhypho dono accepir: & ibi presbyter ordinarus per Agilbrechrũ occidẽtalium Saxonũ epiſcopum, aliquandiu in religionis habitu uixit, donec poſt obitũ Tudæ à rege in epiſcoparum Lindisfarnenſem eſt euectus: & per eundem Agilbrechtum, qui iam relicta Brirannia in Gallias ſeceſſerar, in orbe Pariſiaca ordinarus. Beda libro 4, cap. ſecũdo.

Scripſir de celebratione Paſchatis lib. 1.

Pro Clericorum tonſura lib. 1.

Edicta Pharenſis Synodi lib. 1.

Epiſtolas ad diuerſos lib. 1.

Si libri eius extarent de doctrina ipſius, poſſet aliquid dici. Sed quia ijs deſtituimur, hoc ranrũ monemus, ex hiſtoria eius apparere, quòd rectè ſenſerit, in Chriſto eſſe duas naturas, uolũtates, & operationes. Interſuit enim Synodo Romanæ, ubi ea doctrina eſt aſſerta.

Doctriná uerò de libertare Chriſtiana parom rectè nouir: quòd ex eius certaminibus apparet, quæ contra Colmannũ & Ceddam & alios Scotos ſuſcepit, propter Paſchæ diſsimilem obſeruationem, & ronſuram, & ſimiles ceremonias Pontificias.

De reliquijs ſuperſtitioſè ſenſir, quòd feliciratem afferant geſtátibus. Nam ipſe circa collum reliquiarum capſulam, quá Romæ acceperat, tolit. Balæus.

Adminiſtrauir non ſolùm Hagulſtadenſem eccleſiam, ſed inſuper inſpector ſuit & primarius gubernator omnium Eccleſiarum, quæ in Northanymbrorum, Berniciorum, Deirorum, Pictorum, Scotorum & Anglorum gente fuerunt. Ordinauit eriam in Canrus presbyteros, & diaconos: donec aduenir Theodorus archiepiſcopus, quem Vitalianus pontifex Romanorum poſt obi-

tum Deuſdedit Dorouernenſi ſedi deſtinauit. Mortuo autem Oſuuio rege, à filio Egfrido pulſus eſt in exilium: propterea quòd uxori eius Etheldredæ perſuaſerat, nt deſerto marito in cœnobium iret ſub prætextu uoti, ut Balęus indicat, Centuria prima, capite octuageſimooctauo. Et ſubſtituti ſunt in eius locnm duo alij epiſcopi, Boſa uidelicet, & Eata: quorum hic spud Eboracenſes, ille spnd Hagulſtadenſes ſedem habuit. Vuilſridus autem Romam proſectus, ut cauſam ſuam coram Apoſtolica ſede ageret, inter nauigandum tempeſtatibus abreptus eſt in Friſiam: ibique per hyemem conſiſtens, initia Eccleſiæ in illa gente, qnæ poſtea per Vuilibrodum aucta ſunt, plantauit primus. Redsnte nere iter tepetijt: & Romam ueniens, ab Agathone papa in conſeſſu 125 epiſcoporum, qni tum temporis propter Monothelitarum hæreſin conuenerant ad delibetationem, eſt abſolutus ab omni crimine. quod inſcriptum eſt actis Synodicis, his uerbis: Vuilfridus Deo amabilis epiſcopus Eboracenſis ciuitatis, Apoſtolicam ſedem de ſua cauſa appellans, & ab hac poteſtate de certis incertisq; rebus abſolutus eſt. Beda libro 5, capite 20. Poſt hæc reuerſus in Btitanniam, cum propter offenſam Egfridi regis epiſcopatum non ſtatim reciperet, aliquandiu uagatus eſt in ptouincia Auſtralium Saxonũ: eamq;, cum adhuc tota Paganiſmo teneretur, ad fidem Chriſti perduxit. Accepit ibidem sb Euildach rege locum in inſula Vituli marini, familiarum 87, ubi monaſterium pro exulibus quos ſecum habuit, extruxit, & epiſcopatu in illo loco functus eſt annos multos, uſque ad mortem Theodori archiepiſcopi. ſiquidem uacante Cantuaria ſede, Suidbrechtum Friſonum epiſcopum ordinaſſe legitur apud Bedam libro 5, capite 12. Baptizauit in ea inſula, præter incolas, ſeruos etiam & ancillas 250, quos omnes libertate donauit. Sæuiente Cedualda in inſula Vecta, eius quoque terræ partem accepit trecentarum familiarum.

Poſt longum demũ tempus, cum defuncto Egfrido Alſridus apud Northanymbros regnaret, reuocatus eſt in Eboracenſem ſedem, eamq; tenuit per annos quinq;. Inde ſecundò propter maleuolorũ quorundam criminationes in exilium pulſus, denuò Romam abijt, unà cum ſuis accuſatorib. Contigit autem fortè dum ibi eſſet, ut Synodica acta Agathonis papę, quibus ille antea ſubſcripſerat, iubente priore neceſsitate, populo prælegerentur: quare cum teſtimonium prioris innocentiæ ſuę in illis contineretur, faciliores quoque in hac cauſa hsbuit iudices. Abſoluit igitur illum papa Iohannes, & ſimul ſcripſit Edildredo ac Alfrido regibus, ut Vuilſridum in epiſcopatum ſuum reciperent, ſiquidem iniuſtè fuiſſet eiectus. Lectis literis apud Edildredum, redijt in gratiam: & paulo pòſt defuncto Aldrido, omnibus fauentibus ſedem ſuam recepit, ſicqne annis quatuor uſque ad diem obitus ſui uitam compleuit in pace. Docuit in uniuerſnm annos quadraginta quinqne, & fuit ſamiliaris ipſi Bedæ: ut eſt libro quarto, capite 19 indicstum.

Miraculis claruit: & ad Auſtrales Saxones delatus, ſuis precibus à Deo pluuiam impetrauit, cnm per annos tres nulla eſſet uiſa in tota prouincia. Beda libro quarto, capite decimotertio. Defunctus eſt anno ætatis ſeptnageſimoqninto, Domini uerò ſeptingenteſimodecimo, ſepultus eſt in monaſterio Ripponenſi. Epitaphium monumento siua inſcriptum eſt hoc modo:

Vuilfridus hic magnus requieſcit corpore præſul,
Hanc Domino qui aulam ductus pietatis amore
Fecit, & eximio ſacrauit nomine Petri,
Cui claues cœli Chriſtus dedit arbiter orbis,
Atq; auro ac ſtirio deuotus ueſtijt auro.
Quin etiam ſublime crucem radiante metallo
Hic poſuit trophæum, nec non & quattuor auro
Scribi Euangelij præcepit in ordine libros.
Ac thecam è rutilo his condignam contulit auro.
Paſchalis qui etiam ſolennia tempora curſus
Catholica ad iuſtum correxit dogma Canonis
Quem ſtatuere Patres, dubioq; errore remoto
Certa ſuæ genti oſtendit moderamina ritus
Inq; loco iſto monachorum examina crebra
Colligit, ac monitis cantat quæ regula Patrum
Sedulus inſtituit, multisq; domiq; forisq;
Iactatus nimium per tempora longa periclis,
Quindecies ternos poſtquam egit epiſcopus annos,
Tranſijt, & gaudens cœleſtia regna petiuit,
Dona Ieſu, ut grex paſtoris calle ſequatur.

Beda eccleſiaſticæ hiſtoriæ gentis Anglicæ libro 5, capite 20. Vitam eius ſcripſit Heddius, Fridegodus, Odo, & Petrus Bleſenſis: ut monet Balęus.

EAPPE, PADDE, BRVCHELIM, *Oiddi, Daniel.*

Hi fuerunt presbyteri, coniuncti Vuilfrido in ſuo exilio, quorum opera auſtrales & occidentales Saxones ſunt conuerſi, & baptizati. Beda libro quarto, capite decimotertio. Daniel in inſula Vecta eum pręcipuè adiuuit. Beda libro quarto, capite decimoſexto.

BOSO, EATA, TRVMBE*rechtus, & Trumuui.*

Eata unus ex duodecim Aidani diſcipulis, ſtuduit prope ripas Tuenſis fluuij, inter Mailroſenſes: & Colmanno abeunte, abbas ibidem conſtitutus eſt. Beda libro tertio, capite uigeſimoſexto.

Pulſo

Pulſo Vnilfrido ex Lindisfarnenſi ſede, diuiſus eſt epiſcopatus bifariam. Eſtq; Boſo Deiorum genti in Lindisfernenſi eccleſia præfectus. Lelandus tamen, referente Balço Centuria decima, capite 16, aſſerit, Boſonem Eboracenſem epiſcopum eſſe cõſtitutum, opera Hyldę abbatiſſę: & annis decẽ pręfuiſſe, & claruiſſe anno Domini 680. Eata uerò Berniciorum in ciuitare Eboracenſi, quorum uterque ex monachorum collegio ad epiſcopatum eſt aſcitus. Beda libro 4. capite 12. Scriptor uitæ Vuilfridi refert, Theodorum Cantiorum epiſcopum conſecraſſe Eatam Lindisfarnũ & Hagulſtadenſem epiſcopum, quo integro honore tribus annis functus ſit. Deinde ſola cathedra Lindisfarnenſi contentus, eam retinuit dignitatem, ac plura ſcripſit: donec permutatione facta, ipſe Hagulſtadunũ reciperet: Chntbertus uerò Lindisfarnam. Balçus ex Lelando, Centuria 10, capite 15. Claruit anno Domini 680. Poſt annos tres rurſus facta eſt ſubdiuiſio, & poſitus Thrumbrechtus ad eccleſiam Hagulſtadenſem, Trumuiui ad prouinciam Pictorum. Beda libro quarto, capite 12.

CHVNIBERTVS.

Poſt Thrumbrechtum Hagulſtadenſis epiſcopus factus eſt Chunibertus, qui ex ſtupro natus, ab ineunte ætate monachus fuerat, in monaſterio Mailroſa, ad ripam fluminis Tuidi, ſub Eata & Boiſilo abbatibus: à quibus etiam magna cum religione in doctrina & diſciplina fuit imbutus. Mortuo Boiſilo, ipſe in Abbatis locũ ſucceſsit: eoq; munere tam probè & ſanctè perfunctus eſt, ut longè lateq; fama eius innoſceret. Fœmineum genus adeò odit, ut decretum fecerit, ne qua mulier in ſuum intraret monaſterium: & tamen nihilominus familiares habebat Ebbam, Elfledam & Veſcam abbatiſſas, cum ueſtalibus ſuis. Balçus Centuria prima, capite 81. Subinde ſolitus eſt in uiciniam expaciari, & concionari populis, præſertim illis qui in uinculis, aut alioqui in arduis montibus poſiti, rarò à doctoribus uiſebantur: idq; tanto cum ardore expediuit, ut ſæpe integra ſeptimana, aut etiam duabus, uel toto nonnunquam menſe domum non reuerteretur. Cumq; propter ſanctos illos labores multis inciperet eſſe admirationi, tranſlatus eſt ab Eata, qui iam Lindiſfarnenſem ſedem regebat, in Lindisfarnenſem inſulam, ut ibi quoque monachis ſanctimoniæ eſſet exemplum, eosque ad alacritatem in operibus diuinis excitaret. Exinde ad anachoreticam uitam ſe contulit: & ſelecto loco in magna uaſtitate, ubi neq; aqua, neque arbor, neque frumenti ulla ſpecies apparebat, eò ſeceſsit ſolus, & per multos annos ibi duris exercitijs ſeſe macerauit, uana opinione de cultu Dei faſcinatus.

Coacta tandem Synodo per Theodorum archiepiſcopum Angliæ, in loco qui Tuifirdi dicitur, eo ipſo anno quo Egfrid Northanymbrorum rex trucidatus eſt, Chriſti uidelicet 684, communi antiſtitum decreto ex ſolitudine reuocatus eſt, & Hagulſtadenſi eccleſiæ, licet inuitus, præfectus. Suſcepta conditione, non ſtatim ordinatus eſt in epiſcopũ: ſed dilata res eſt per hyemem, uſq; ad ſolennitatem Paſchalem. & tunc Eboraci per Theodorum, præſente Egfrido rege, conſecratus eſt. Factus epiſcopus, cum Eata egit, ut ſibi apud Lindisfarnenſes, cum quibus antea uixerat, eſſe liceret, relinquẽs Eatæ Hagulſtadenſem epiſcopatum.

Scripſit ordinationes ſuæ Eccleſiæ lib. 1.

Et præcepta uitæ regularis lib. 1.

Functus autem iſto munere per biennium reuerſus in ſuam inſulam, uitam cum morte commutauit, anno Domini 687. Narrat Beda, quòd in iſta ſolitudine aquam ex ſaxo euocarit, quòd fruges in hyeme produxerit ex terra, quòd mortem ſuam prædixerit ſocio cuidam ſuo Herebrecbto, eumq; ſecum mori in una & eadem hora à Deo impetrauerit. Mortuus, ad Lindisfarnenſem eccleſiam eſt reductus, & in ea ſepultus. Ac manſit cadauer eius, ſi Bedæ credimus, per annos undecim incorruptum in terris: & curati ſunt ad ſepulchrum eius cæci, paralytici, & alijs morbis affecti, libro 4. capitibus 26.27.28.29.30.31.32. ubi etiã inter reliqua dicit, ſe totam eius uitam & proſa & ligata oratione deſcripſiſſe. Extat in Tomo tertio Bedæ, narratio de uita eius, quæ plena eſt ſuperſtitioſis & uanis miraculis: ad quam curioſum & ocioſum laborem remittimus.

EADBRECHT.

Defuncto Chuniberto, Vuilfridus Lindisfarnenſem ſedem recẽpit. Huic tandem ſubſtitutus eſt Eadbrecht. Commendatur hic à Beda, quòd fuerit uir ſcientia ſcripturarum ſimul & pręceptorum cœleſtium obſeruantia, ac maximè eleemoſynarum operatione inſignis: ita ut iuxta legem quotannis decimam partem non ſolùm quadrupedum, uerùm etiam frugum atq; pomorum, nec non & ueſtimentorum, dederit pauperibus. Sedit annos 10. & defunctus, in tumulo Chuniberti repoſitus eſt, propterea quòd in uita etiam ipſi fuiſſet familiariſsimus. Beda libro quarto, capite uigeſimono no & trigeſimo.

Oidnuald presbyter in monaſterio Mhripo ſucceſsit Eadbrechto: maris tempeſtates uerbo ſedauit. Beda libro quinto, capite primo. Manſit in inſula Farne duodecim annos, ibidemq; defunctus eſt: ſepultus ta-

men apud Lindisfarnenſes, iuxta anteceſſorum ſuorum tumbas. ibidem.

IOHANNES.

Hic poſt Eatam, apud Hagulſtadenſes epiſcopus factus eſt. Recepto autem Vuilfrido quaſi poſtliminiò, ipſe cedens ei, Eboracenſem epiſcopatum accepit, cum fortè Boſa eo tempore eſſet defunctus. Fuit pietate & miraculis, ut Beda refert, inſignis. Homini muto à primis incunabulis reſtituit linguam, & uocem expeditam. Puellam Veſtalem, iam agentem animam, ſanauit: comitis cuiuſdam coniugem & filium ab infirmitate liberauit. Clericũ ſuum Herberd nomine, ex morte reuocauit, & rediuiuum baptizauit ab integro. Non tamen ſine ſuperſtitione res tantas effecit: ſiquidem non ſolis precibus confiſus, ſed aqua etiam luſtrali uſus eſſe perhibetor. Tenuit epiſcopatum annos 33. & bijt oanno Chriſti 721. Beda libro 4, capiribus 2.3.4.5. & 6.

BERECHTVS.

Berechtus fuit diaconus Iohannis in eccleſia Hagulſtadenſi. Poſtea factus eſt abbas in monaſterio Inderanuda, id eſt deorum. Admodum familiaris extitit Bedæ, & ex eius relatu ſcripſit uitam & miracula Iohannis. Beda libro 5. capitibus 2 & 3.

MEDITERRANEOrum *Anglorum, uel Merciorum Doctores.*

CEDA, ADDA, BETTI, DIurna, *Collach, Trumpheri.*

Hi omnes fuerunt presbyteri Lindisfarnenſes, & ſimul à Sinanno Northanymbrorum epiſcopo, com Peada Merciorũ rex baptizatus fidẽ ſuſcepiſſet, in eius regionem miſsi ſunt, ut ſeminaria Eccleſiæ ibi plantarent. Beda libro tertio, capite 21. Primus epiſcopus factus eſt Diurna Scotus, ſucceſsit ei Collach, & ipſe Scotus: qui non multo pòſt epiſcopatu relicto, reuerſus eſt ad inſulam Hu. Poſt Collachum epiſcopatum accepit Trumpheri. Fuit is natione Anglus, & cognatus ipſi Oſuuio regi, qui & monaſteriũ nomine Ingethlingum conſtruxerat in eo loco, ubi Oſuuius erat occiſus: idque abbatis loco regebat. Ordinatus eſt epiſcopus à Scotis. Beda libro tertio, capite uigeſimoprimo.

IARVMANNVS.

Defuncto Trumphere, Iarumannus in eius locum ſubſtitutus eſt, uir bonus & religioſus. Is à Vulfere ad orientales Anglos ablegatus, regem Sigheri cum ſua gẽtis parte ab apoſtaſia cohibuit: & deſtructis fanis ac ſimulachris gentilibus, fidem Chriſti ibi reſtaurauit. Beda libro tertio, capite trigeſimo.

CEADDA.

Subrogatus eſt huic Ceadda, frater Cedd, qui à Vulfere rege epiſcopatus ſedem accepit, in oppido Lindiſsi, quod Lichtfeld uocatur: & præfuit Merciorum, mediterraneorum Aoglorum, & Lindisfarorom eccleſijs. Mortuus claruit miraculis: adeò ut phreneticus, tãtum dormiens ad eius tumbam, ſanitati ſit reſtitutns: & quouis morbo conflictati, guſtato puluere eius monumenti, curati. Beda libro 4, capite 3.

VINFRIDVS.

Vinfridus clericus Ceaddæ, à Tbeodoro archiepiſcopo ordinatur: & poſt aliquot annos ab eodem rurſus deponitur, & in monaſterio ſuo Aetbearne uitam finit. Beda libro 4, capite 6.

SEXVLFVS.

Remoto Vinfrido, ſedem accepit Sexolfus, qui fuerat abbas in monaſterio Medeſhamſtedi, à ſe conſtructo in regione Giruiorum. Deuicto autẽ & eiecto Vulfere rege ex Lindisfarorum prouincia, per Egfridum Northanymbrorum ducem, Sexulfus etiam eius loci epiſcopatu priuatus eſt, & retinuit tantum Merciorum & mediterraneorum Anglorom præſulatum. Beda libro quarto, capite doodecimo.

EADHED, EDELVINVS, EAD*garius, Cinithbertus.*

Deocnit hinc Lindisfarorũ ſedes ad Northanymbros, & primus eò tranſmiſſus eſt Eadhed: poſt illum Edeluinus, tandem Eadgarius, & ultimò Cinithbertus. Beda libro 4, capite 12.

ORIENTALIVM *Anglorum Doctores.*

FELIX.

Felix epiſcopus in partibus Burgundiorum, audiens quòd Orientalium Anglorum regnum ad Sigberechtum ueniſſet, qui in Gallijs baptizatus ſuæ qnoque genti doctrinam de Chriſto tradi cuperet: ſuſcepta peregrinatione, uenit ad Honorium archiepiſcopum Cantuarienſem: & patijt, ut cum eius conſenſo illuc trãſmittetetur. conſecutus illud, ad Sigberechtũ uenit, & intra paucos annos, omnes illas eccleſias in papiſtarum laruas transformauit: quod Beda fal ſò appellat, ab iniquitate longa liberare. Epiſcopus in Dummock factus, Sigeberto ſuaſit, ut Cantabrigiæ gymnaſium ad formam Cantuariorum inſtitueret. Scripſit epiſtolas plures ad Honorium Dorobernenſem. Sedit annos decem & ſeptem. Beda libro 2, capite 15. Mortuus anno Domini 647. Baleus Centuria decimatertia, capite quinto.

CEDD.

Cedd in Merciorum eccleſia presbyter, per

per Oſuuium regem rranſlarua eſt in Orientalium Saxonum prouinciam ad Sigberechtum: ur ipſum, qui iam ab agnira ueritate in paganiſmum erat relapſus, cum omni ſua geote in uiam reducerer. Ordinarus eſt ad hanc rem per Finnanũ in epiſcopũ: & aſſum ptis ſecum alijs miniſtris, felicirer opus eſt aggreſſus. Collegir paſſim eccleſias, extruxir templa, & adminiſtrauit Sacraméta: præcipuè autem in ciuitatibua Irhanceſtir, & Tibaburgi. Excommunicauir comitem quendam ob illicirum coniugium: & omnibus audirorib. ſuis conſuetudine Comiris inrerdixerat. Contigit aũt fortè, ur Sigberechtus rex neglecto excõmunicationis fulmine domum iſtam ingreſſus eſſer, & lætus cum eo agererconuiuium. Egreſſus obuiam, offendir epiſcopum. is indignatus hominis temeritatem, petenri ueniam nihil quidem mali imprecarus eſt: ſed prædixir, fore ut in ipſa domo inrerficeretur. Paulo pòſt uaric iniñ comprobauir euentus, eſtq́; rex à Comire iſto iorer epolas, nihil rale metuens, per inſidias trucidatus. Beda libro 3, capire 22.

Sublato rege, inuitatus eſt Cedd per Oildoualdum filium Oſuualdi, ut in Deirorum partes ſecederer. Is aurem nolens gregem ſibi creditum relinquere, monaſterium ſaltem in eius regione, Lentis geu nomine, extruxir: idq́; 40 dierũ ieiunio, modico ſaltẽ pane & uno ouo gallinaceo per diem contentus, & continuis precibus conſecrauit. Mulris aurem annis perſunctus ſuo munere in epiſcoparu cum laude, graſſante aliquando peſte in ea gente, uolens illam deuitare, ſeceſſir in ſuum monaſterium: & uix illud attingẽs à peſte inſectanre eſt abreptus. Beda libro 3, capite 23.

CEADDA, CYMBIL, *Cælim.*

Hi tres fuerunr germani fratres epiſcopi Cedd: ac Ceadda quidem poſt obitũ Cedd, monaſterium regendum accepit, & poſtea euectus eſt ad epiſcopatom Merciorũ: Cymbil & Cælim fuerunt preabyteri. Beda libro tertio, capite 23.

BONIFACIVS, THEODORVS, *Balduinus, Ecci, Biſi.*

Inualeſcente peſte, magna pars Orientalium Anglorum ad idololatriam relapſa eſt, ſperans ſe idolorum cultu mortem effugituram. uerùm à Vulfere Lindiſfarẽſi rege miſſus eſt Iarumanous epiſcopus, qui errantes in uiam reduxir: & ſubſtitutus eſt ipſis epiſcopus Bonifacius, qui præfuit annos 17. Hunc ſecurus eſt Theodorus, poſt ipſum diuiſus eſt epiſcoparus bifariam. & accepit unam eius partem Balduinus, alteram Ecci: taodem ſumma rei ruſus deuenir ad Biſi, cuiua mentio fit lib, quarto, capite quinto, quòd interfuerit Synodo Theodori in Herurhford: libro tertio, capite uigeſimoquarto.

OCCIDENTALIVM *Anglorum, uel Geuiſſorum Doctores.*

BIRINVS.

Birinus natione Gallus ſeu Iralus (ut uult Balæus Cenruria decimaquarta, capite quarto) cum Genuæ ordinatus eſſer epiſcopus, Romam adijt: & promiſit Honorio papæ, quòd in Britanoia, ad ulreriora etiam loca quàm anrea ocotum eſſer, per doctores uellet propagare eccleſias. ideoq́ne illuc tranſmiſſua, primùm gentem Geuiſſorum, qui Occidenraies Saxones nuncupanrur, Romanis imbuir ceremonijs: licet Beda dicat, eam cum Cynigildo rege ab Idolorum culru conuerſam, bapriſmum & fidem Chriſti ſuſcepiſſe. In ciuirate Dorceſtria primus epiſcopus factus eſt, anno Domini ſex cenreſimo trigeſimoquinro. Beda libro rertio, capite ſeptimo. Scripſit aliquot epiſtolas ad Honorium papam. Regularium Canonicorum ſectam primus in Brirānniã inrroduxit. Balæus loco citato.

AGILBERECHTVS.

Natione Gallus, ampliandæ eccleſiæ cauſa in Hyberoiam profectus, diu ibi egit. Vacanre aurem Geuiſſorum ſede, ſponte ſe regi Cynigildo obrulit, & Dorcenſem epiſcopatum impetrauit. uerùm non longè pòſt, cum rex ranrum Saxonicam linguam callens, peregrinæ linguæ perræſus, alium ſuæ narionis ſubintroduceret epiſcopum, Vini nomine: Agilberechtus indignatus eam rem, Britanniam reliquit: & in Galliam reuerſua, à Pariſienſi urbe in præſulem eſt receprus: ubi etiam, licer reuocatus à Cynigildo, uſq́; ad finem uitę permãſir. Beda lib. rertio, capite ſeptimo.

VINI.

Vini, de gente Saxonum oriundus, in Gallia ordinaros eſt epiſcopus: & à Cynigildo uòcatus, Geuiſſorum factus eſt epiſcopos, præſente adhuc Agilberechro. & ſedem habuit propriã in ciuitare Venra, quę ab eo quoque Vintaceſtir ouncupari cœpir. Degeneranre autem rege, ipſe eriam ex prouiocia pulſus eſt: & ad Vulferum Merciorum regem ueniens, precio Londoniæ ciuitaris epiſcopatum eſt mercatus, ibiq́ue plenua dierum obijt: libro terrio, capite ſeptimo.

ELEVTHERIVS.

Emendatua Cynigildus aliquor grauib. cladibus, quoa ſibi diuinitùs propter ἀκαταστασίαν infligi animaduertir, miſit in Galliam ad Agilberechtum, eumq́ue de reditu precio

precio precibusque ſollicitauit ſedulò. uerùm Agilberechtus occupatus Pariſienſis eccleſiæ cura, non redijt ipſe: ſed ablegauit presbyterum & nepotem ſuum Eleutheriũ, quem ſe dignum epiſcopatu æſtimare reſcripſit. Receptus Eleutherius, ordinatus eſt per Theodorum Dorouernenſem archiepiſcopum, & reſtituens quæ collapſa erant in integrum, multos annos Geuiſſorum epiſcopus fuit. Eius beneficio Maildulphus Scotus monaſteriũ Malmesburienſe cœpit extruere. Scripſit de origine eius lib. 1. Obijt anno Domini 678, ut in Schalechronico annotatur. Beda libro 3, capite 7: & Balæus Centuria prima, capite 84.

ALIORVM LOCORVM *in Anglia.*

VVITTHARDVS.

VVitthardus, uel Vuigardus (ut à Balęo uocatur) presbyter fuit in clero Dorouernẽſium, ſub archiepiſcopo Deuſdedit. Miſſus autẽ à rege ad limina Apoſtolorũ, ut ibi in epiſcopũ ordinaretur, Romæ ſubita morte ſeu peſte interceptus, manſit. libro tertio, capite 29. Anno Domini 664. Balæus Centuria 13, capite 53. ex Lelando.

VTTA.

Vtta fuit presbyter Aidani, qui ab eo oleum illud accepit, quo ſedauit mare: libro tertio, capite decimoquinto.

RONNANVS.

Ronnanus fuit natione Scotus, ſed in Gallijs ad Romanæ eccleſiæ diſciplinam aſſuefactus. Multum contendit cum Vinnano Northanymbrorum epiſcopo, de Paſchatis obſeruatione: ſed fruſtra. Beda libro tertio, capite 25. Scripſit de Paſchæ celebratione lib. 1. Claruit anno Domini 660. Balæus Centuria 14, capite 20.

EDELVINVS.

Edeluinus fuit epiſcopus Lindiſsi. Beda libro 3, capite 11. Literatũ ſacrarum cultor aſsiduus, in magna gratia fuit apud Oſtricham reginam Merciorũ. Sororem habuit Ethelhildam, & fratrem Aldeuinum, abbatem in monaſterio Bernig. Claruit anno Domini 710. Lelandus, referente Balæo Centuria 13. capite 19.

ADELHELMVS.

Adelhelmus Durotellus, ſeu Bladuinus Cernedi filius, & Inæ Viſiſaxonum, uel Anglorum occidentaliũ regis ex parte nepos. In Bladunenſi, ſeu (ut nunc uocant) Malmesburienſi cœnobio gymnaſiarches monachus, ſacerdos & abbas effectus eſt. Literis diuinis & profanis adeò incubuit, ut omnes Theologos ſuæ ætatis ſuperaret. Gręcè & Latinè doctiſsimus erat, ingenio & ſermone nitidiſsimus: in edendo carmine Cælio Sedulio uati, teſte Boſtio, & Beda, per omnia ſimilimus. Muſices inſtrumentalis habuit peritiam. Romam miſſus, à Sergio Schireburnenſis eccleſiæ ordinatur epiſcopus. Scripta reliquit:

De circulo Paſchali contra Britannos lib. 1.
De uirginum laude contra Brit. lib. 2. Omnipotens genitor mundum.
Ad Hildelitham de uirginitate lib. 1. Reuerendiſsimis Chriſti uirginibus.
De uita monachorum lib. 1. Quid deceat monachum, uol.
De metrorum generibus lib. 1. Aonio rediens deducam uertice.
Ænigmatum uerſus mille lib. 1. Altrix cunctorum ſapientia.
De laude Sanctorum lib. 1. Metrica ſi libeat.
De octo uitijs principalibus lib. 1. Digeſtia primum, quæ paulo.
De Septenarij dignitate lib. 1.
De charitate mutua lib. 1.
De fraterna admonitione lib. 1.
De pugna uitiorum lib. 1.
De natura inſenſibilium lib. 1.
De philoſophorum diſciplinis lib. 1.
Super ænigmatibus lib. 1. Symphoſius uerſificus poeta.
De Arithmetica lib. 1.
De Aſtrologia lib. 1.
De Metaplaſmo lib. 1.
De Schematibus lib. 1.
Flores utriuſq; Teſtamenti lib. 1.
Homilias ad populum lib. 1.
Dialogum metricum lib. 1.
Epiſtolas ad diuerſos lib. 1.
Hymnos & odas lib. 1.
Carmina diuerſi generis lib. 1.
Cantiones Saxonicas lib. 1.

Pſalterium quoq; tranſtulit in linguam Angloſaxonicam, & alia nonnulla fecit.

Phraſes uetuſtas uſurpat, quales ſunt: animarum liburnas lugubriter ſubmergere, in libro de uirginitate. Liber à Ruffino cataxatus in Narciſca, nauſeam perpetit: pro, perpeſſus eſt. Schematizarunt ſtrophoſis muſcipulis, cõruſionib. exalapare, diguitoſa innocẽtię palma Abelis, perfidi pellicatus ſtupro eneruiter deceptus, ſeculariter gloriatur, & inaniter gratiatur: ſeculi pompulenta uanitas, ulnatũ gremijs procax obuncabat: pellaces, pro fallaces: pſalmiſta chirographatur, Euãgelij ſplendor auroreſcit, & ſimiles.

Virgilij, & aliorum poetarum uerſus interſpergit: ut,

Quadrupedante putrẽ curſu quatit ungula campũ. &,
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Patrum etiam meminit, ut Caſsiani, Euſebij, Gregorij Magni, Auguſtini, Ruffini, Baſilij, Athanaſij, Hieronymi, Cypriani, Proſperi, Origenis, Clementis Romani, Anato-

natolij, Sulpitij, Victorij, & ſimilium.

Cæterùm quid de ſingulis capitibos fidei Chriſtianæ ſenſerit, & docuerit, patet ſuptà ex Capite quarto.

Inter alios nęuos hi ſunt in eo conſpicui. Quatuot modos Scripturam exponendi tradit, ſcilicet hiſtoricè, allegoricè, tropologicè, & anagogicè: in libro de Virginitate.

Matrimonium uocat illecebroſum lenocinium, & arctam ergaſtuli latebram. Virginitatem nimiū extollit: & prædicat eas uirgines beatas, quæ propter ſetuandam pudicitiam ſibi mortem conſciſcunt. & citat dictum cuiuſdam patris: Propria manu perire non licet, abſq; eo, ubi caſtitas periclitatur: libet de Virginitate.

Ceremonias Romanas adeò aſſerit obſeruatu neceſſarias, ut noo obſcurè damnet ab ijs alienos: in epiſtola ad Getontium.

Certamen ei fuit cum Britannis, quos eò inſectatus eſt, qoòd nō Romano more tonſutas, unctiones, Paſcba, feſta diuorū, cœlibatum, & alios ritus nouitet inuentoa approbarent, & ſuſciperent. Beda libro 5, cap. 19. Idem patet ex epiſtola eius ad Gerontium regem Anglorum.

Cum Sergio pontifice ei familiaritas intercesſit: cui cum Romæ natus eſſet infana ex adolterio, non auſus fuit admodum ingenuè ueritatem dicere.

Mulierū conſortia non planè damnauit, ut alij quidam tum faciebant.

Nugantut de eo, quòd cum adhuc abbas eſſet, cum uirginibus pro ſubigendo carnis æſtu pernoctauerit, illæſo ſemper uirginitatis earum permaneote pudore.

Curriculum uitæ eius fuit ſatis magnum. Nam 34 annis præfuit cœnobio, & 10 in epiſcopatu exegit: mortuus circiter annum Dominī 709. Balæus Centutia prima, capite octuageſimotertio.

ECBERECHT, ET
Vitberecht.

Ambo fuerunt presbyreri in Hybernia: & communicato conſilio, decreuerant in Germaniam proficiſci ad plantandaa eccleſias. uerùm Ecberecht nocturna uiſione admonitus detinetur: Vitberecbt in Friſiā excurrēs, cum nihil laude dignū ibi efficetet, poſt biennium ſimiliter redit. Beda lib. 5, cap. 10.

VVILIBRODVS.

Vuilibrodus de Angloſaxonum genete natus, ſub monachis Vuicberto & Egberto monachatum induit, Benedicti regulas obſeruaturus. Miſſus autem pet Egberechtum cum duodecim ſocijs ad prędicādum Friſionibus, primùm uenit ad Pipinum. Accepto ab eo regio diplomate, ne qois manus ipſi inferret, Romam abijt: & à Sergio ordioatus eſt Friſionum, Sclauorum & Batauorum archiepiſcopus. Ad Friſiones ubi accesſit, Pipioi auxilio Traiecti ſedem epiſcopalē conſtituit, & Ratbodum Friſionum regem tegno exuere proditionibos iuuit.

Sctipſit de ſua peregrinatione lib. 1. Et, Eccleſiaſticoa Canones lib. 1.

Homilias & epiſtolas.

Multa tēpla & monaſteria extruxit. Obijt anno ætaris ſuæ 81, & ordinationis 45. anno Domini 739. Beda libro quinto, capite undecimo & duodecimo: Regino libto primo, & Honorius in Sergio. Vitam eiua Albinus carmine ſcripſit. Balæus Centuria ſecunda, capite quinto.

MAVORNVS.

Mauornus Glaſconienſis cœnobij monachus, in Britannia epiſcopus alicubi factus, annales patriæ ſuæ ſcripſit lib. 1. Claruit citca annum Domini 620. Lelandus in collectaneis ſuis, referente Balæo Centuria decima, capite ſeptimo.

REVCHIDVS.

Reuchidus Cambrius, ex Banchotenſi collegio doctot, & epiſcopus celebris, claruit anno Domini 640. Nēnius refert, eum molta ſcripſiſſe, ſed interieruot omoia. Balæus Centuria 10, càpite 8.

IN ARMORICÀ.

IVO.

IVo Btauonis filius, in Tranſabrina regione natus, præceptore uſus eſt Chutberto Lindisfarnenſi epiſcopo: & in ſacris literis multum profecit. Armoricam regionem ingreſſus, Euangelij doctrinam tradidit, & multos conuettit. Clamit anno Domini 690. Balæus Centutia decima, capite 10. cx Lelando.

SCOTI.

MEotio fit quorundam epiſcopotū in Scotia, ut Tonnani, Chromani, Dimai, & Bagitani. Item presbyterorū, Chromanni, Hermiani, Lagiſtramij, Stellani, & Segeni, in epiſtola Iohannis papę, qoi eoſdem de obſeruatione Paſchatis reprehēdit: apud Bedam libro 2 hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, capite 9.

LEVINVS.

Leuinus, natione Scotus, archiepiſcopus Hyberniæ, Gandauum uenit cum tribus diſcipulis, anno Domini 631. & illic manſit unum menſem. Deinde profectus Eſcam, prædicauit Chriſtum, & multos conuertit. Scripſit homilias aliquot librū unum. Et epitaphium Allouini, qui illum Gandaui per anoum uoum morte præceſſetat. Sed quidam obſtinati hominea eū interficiunt: qui decollatus erigit ſe, & caput ſuum deportat in Houthem. Maſſæus libro decimotertio Chrooicorum. Balæus Centuria decimaquarta, capite 16.

BEV-

BEVLANVS.

Beulanus preſbyter, & præceptor Nennij, Samuelem filiō ex Læta matre, cum adhuc Britānicis epiſcopis libera eſſent coniugia, ſuſcepit. Scripſit de Genealogijs gentium librū 1. Tempus quo Angloſaxones in Britanniam ingreſsi ſint, ioquiſiuit, & ex qoa gente poſt diluuiom ſint orti. Claruit aono Domini 600.

NENNIVS.

Nēnius diſcipulus fuit Eluodugi, & Beulani, & poſtea Bannochorēſis factus eſt pontifex, iuxta Capgrauum: & puram doctrinam Euangelij per Cambtorū fines, & propinquas Scotorum inſulas profodit. Fuit unus ex illis quinquagiota fratribus, qui fuga ſaloati ſunt. Beda libro ſecundo, capite ſecundo. Scripſir de origine Britannorum librum 1. De urbibus eorundem lib. 1. Eulogium Britanniæ lib. 1. Apologiam quandam lib. 1. Coſmographiam hiſtoriæ mundi lib. 1. Additiones Gildæ lib. 1. Claruit anno Domini 620. Balæus Centuria prima, capite ſeptuageſimoquarto.

CAPPA.

Cappa presbyter à Betino ad Viſiſaxones miſſus eſt. & ad Vectanos inſulanos peueniens, plebem docuit, & epiſcopus factus eſt, anno Domini 670. Balæus Ceoturia 10, capite 12.

DE MONACHIS.

MONACHI Aſiani.

ANASTASIVS.

Abbatis Anaſtaſij non procul ab Hieroſolymis, meminit Beda in libro ſecundo Temporū, in hiſtoria Anaſtaſij martyris.

MONACHI Europæi.

CONSTANTINOpolitani.

THEODORVS.

Theodorus, ſeu Theodoſius (ut Zonaras Tomo tertio habet) monachus ab imperatore Iuſtiniano rebus Logotheſij pręfectus, tyrannidem in multos exercet, & imperatorem Iuſtinianū populo inuiſum reddit: & poſtea à populo in ſeditione, per plateam ad Tauruoi tractus, exuritur. Paulus Diaconus libro 19 rerum Romanarum.

PAVLVS, & GREGORIVS.

Paulus & Gregorius monachi, & aſtronomi, Leontio prædicunt imperium. Paulus Diaconus libro 19 rerum Romanarum. Et poſtea idem Paulus in monaſterio Calliſtrati ob hæreſin incluſus, Philippico prædicit Imperium: ac iuramēto eum aſtringit de ſexta Synodo abolenda. Paulus Diaconus libro 20 rerum Roman. Zonaras Tomo tertio, in uita Iuſtiniani.

MONACHI ITALIAE.

STEPHANVS.

Stephanus fuit monachus, & presbyter, in monaſterio quod nominatur Domus Arſitia Romæ. Mentio eius fit inter legatos Romanos, in ſexto Cōcilio Cōſtantinopolitano: Conciliorum Tomo 2.

COLVMBANVS.

Columbanus ſuperiori quidem ſeculo uixit: ſed quia eius uita omiſſa ibi eſt, hic quędam adijcienda cenſuimus. Natus autem ex ueteri proſapia Scotorum, apud Hybernos & Scotos Druydum magiſter & princeps erat: ſed poſtea in Bannochorenſe cœnobiū ſe contulit, & à Congello abbate ioſtitutus eſt. Inde in Burgundiam cum diſcipulis uenit, & Luxouienſe cœnobium extroxir. Cum autem Theoderici regis Auſtraſiorum ſtupra liberius reprehendiſſet, ſuaſu Brunechildis in exilium pellebatur. Plura in ea peregrinatione loca Galliæ, Germaniæ & Italiæ peragrauit. In Bauaria docuit, ut Auentinus indicat: Bobienſe monaſterium condidit, Paſcha Dominico die Aſianorum more celebrauit: ut patet ex Beda libro tertio, capite 25. & Trithemio in Annalibus Francorum.

Scripſit in Pſalterium Cōmentarios lib. 1.
Collationes ad monachos lib. 1.
De moribus eorum metricè lib. 1.
Aduerſus Arianos lib. 1.
Monaſteriorum methodos lib. 1.
Epiſtolas ad commilitones lib. 1.
Aduerſus regem adulterum lib. 1.

Futurorū pręſagus, Brunechildi & Theoderico interitum, & Clothario regnum prędixit. Mortuus eſt in Italia, in Bobienſi monaſterio, anno 598. Beda in uita eius, & Vincentius libro 23, capite 4. & ſequentibus. & Balæus Centuria 14, capite 12 Scriptorū Britanniæ.

ATTALA.

Attala natione Burgundio, ex nobili familia natus, in puericia artes liberales didicit apud Arrigium quendam ſacerdotem. & poſtea cum duobus condiſcipulis ad Lirinenſe cœnobium uenit, ibique aliqoandiu moratus, ad Columbanum Luxouium abijt: & adeò in monaſticis diſciplinis profecit, ut Columbano diſcedente conſtitutus ſit abbas. In eo autem munere cum nimis rigidum ſeſe præberet, monachi abeo diſcedunt. Sed paulo pōſt Roccoleno febre punito, plerique ad eum reuertuntur, & pœnitentiam agunt.

A Comme-

Commemorantur aliquot eius miracula in libello de uita eius, Tomo tertio Bedæ: quòd undas Bobij fluminis repreſſerit, & pollicem reſectũ agglutinarit, & Mediolani puerum uicinũ morti ſanarit, & quòd panlò ante morrem cœlos apertos uiderit. Memorabile eſt, quòd moriturus non confidit ſuis operibus: ſed intuẽs crucem Chriſti, Deum precatur, ut ueteres maculas delens, omnia ſaluti redintegret: & antiquam miſericordiam exercens, ſe à cœleſti munere non abdicet. In eius monaſterio Beda nouem annos egit, ſi autor eſt libelli de Vita eius.

GALLIAE MONACHI.

EVSTASIVS.

Euſtaſius diſcipulus Columbani, abbas in Luxouienſi cœnobio factus eſt. Varaſcum populum partim idololatria, partim errore Photini hæretici faſcinatum, conuertit: idem apud Boios effecit.

Commemorantur eius miracula in libello de Vita ipſius, inter opera Bedæ Tomo tertio: ſed ſuperſtitioſa, & fabuloſa. Nam Burgundoforam oculis orbatam propter parentes, qui uoluerant eis nuptias facere, ſanaſſe, eamq́; in monialem conſecraſſe dicitur. idem fecit Adelbergæ, & Agilum à febri liberauit.

Celebrem ſcholam in monaſterio ſuo habuit, ex qua plures eccleſiarũ præſules prodierũt: ut Chagnoaldus Lugduni, Acharius Viromaodorum, & Nouiomenſis ac Tornacenſis epiſcopus, Audemarus Bononiæ & Tharonenſis oppidi.

Certamen Euſtaſio fuit de regula Columbani, & ceremonijs illis nouis monachorum Benedictinorum, cum Agreſtino Aquileienſi epiſcopo, & Apillino Genuenſi, ac conuocata eſt Synodus à Lothario in Matiſconenſi urbe, ad qoam multi Burgundiç epiſcopi nenerunt. Reprehendit autem Agreſtinus, quòd monachi Euſtaſij cochleam lambẽtes, ſigno crucis ſignarẽt, & intro euntibus & exeuntibus ex cœnobio benedicerent, & Miſſarum ſolennia multiplicatione orationum & collectarum celebrarent, & quòd capitis comam præciderent. Sed Euſtaſius illa friuolis rationibus defendens, ad indicium Domini intra annum Agreſtinum inuitat: Patres ſtupidi hortãtur utroſq; ad concordiam.

Cum tandem in morbum incidiſſet, in uiſione ab eo quæritur, num uelit leuiori pœna dies 40 curari, an uerò triginta dies feruentiori incendio affligi. Ille eligit dies triginta: quibus euolutis, ſumpto uiatico obijt. Liber de Vita eius, Tomo tertio Bedæ: Iacobus Meyer in Chronico Flandriæ: Vincentius libro nigeſimotertio, capite 15.

IONAS.

Ionas Columbani diſcipulus, & monachus non Benedictinus, ſed iuxta Congelli inſtitutum, in Galliam cum præceptore ſuo abijt, & in Luxouienſi cœnobio uixit, uir ſtudioſus, & eruditus.

Scripſit uitam Columbani lib. 1.

Vitam Attalæ monachi lib. 1.

Vitam Euſtachij abbatis lib. 1.

& ſimilia, quæ tamen anilibus fabulis non carent, anno Domini 630. Trithemius, & Balæus Centuria decimaquarta, capite decimoquinto.

RHOMARICVS.

Rhomaricus fuit abbas Luxouiẽſis, tempore Arnulfi epiſcopi Metenſis. Regino libro primo.

VVALBERTVS.

Fuit comes Arcenſis. Exoſus antẽ mundanam uitam, reliquit comitatum: & receſſit in monaſterium Luxouienſe: ibiq́; abbas factus, uitã finiuit. Iacobus Meyer in Chronico Flandriæ. Mentio eius ſit in uita Euſtaſij, in Tomo tertio Bedæ.

DESIDERIVS.

Fuit abbas in monaſterio Germani apud Parhiſienſes. Obijt anno Clotharij regis 39. Annonius libro 4, capite 8.

GAVSCIO.

Succeſſit Deſiderio, Gauſcio. Obijt hic anno Dagoberti decimoquinto. Annonius libro 4, capite 31.

Succeſſores.

Huic ſucceſſit Sigofridus, huic Babo, poſtea Childeranus, tandem Hunfridus. Annonius libro 4, capitibus 43. 44 & 47.

ARGVLPHVS.

Nominatur & Argulphus quidam, quod fuerit abbas Parhiſienſis. Annonius libro 4, capite 41.

VVANDREGISILVS.

Vuandregiſilus, qui & Vuandoſegiſi, maioris domus ex Vualchuſo fratre nepos, claruit anno Domini 692: & cœnobia Fiſcanũ & Fontinellam conſtruxit, ibiq́; abbatem egit. Sigebertus, & Iacobus Meyer.

VVLMARVS.

Vulmarus patria fuit Bononienſis, parentibus Vulperto & Duda nobilibus. Primùm autem ſecularem uitam ſequens, uxorẽ duxit Hoſtorholdan: poſtea deſeruit eandem, & in monaſteriũ Altimontis, quod in Neruijs ſitum eſt, ſeceſſit. Commoratus ibi aliquot annos in ſancta conuerſatione, denuò patriam petijt: & in Mempiſco uaſtam ſyluam ingreſſus, cauam arborem inuenit, in qua triduò abſq; cibo conſedit. Extruxit poſtea in eadem ſylua monaſterium, in quo abbatis uice functus, reliquum uitæ ſpa-

cium conſumpſit. Meyer in Chronico Flandriæ.

PHILIBERTVS.

Philibertus uixit penitùs apud Dagobertum inter nobiles illuſtri loco. poſtea per Andoeni conſortium, ad religioſam uitam eſt pertractus. Depoſuit comã,& factus eſt monachus ſub Agilone io Resbacẽſi monaſterio. Agilone mortuo, extitit abbas ibidem. Extruxit hic monaſteriũ in pago Gemetico,propè Rothomagum. Item monaſterium fœminarum, Pauliacum nomine, non procul à Gemetico. Febricitãtem ſanauit uerbo: muto reſtituit uocẽ in agone, ut poſſet peccata cõfiteri. ſedauit tempeſtates. Vaſculum uini exhauſtũ, benedictione ſua rurſus impleuit. Vincentius libro 23, capitibus 94 & 95.

VVINNOCVS.

Fuit filios Iudicaildis,regis Britanniæ minoris, & frater Iudoci Pontinenſis. profectus autem ex Anglia cum Ingenoco, Quadanoco, & Madoco ſocijs, uenit in Galliss ad Berthioũ abbatem in Sitthin,eiusq́; ſuaſu monaſterium condidit apud Mornbold, in confinio Flandrorum,& Mempiſcorum, eiusq́ue extitit Abbas primus. Obijt anno Chriſti 716. idib. Nouembris: teſte Iacobo Meyer,pagina 12.

BERTHINVS.

Berthinus fuit abbas in monaſterio Sitthin. Mortuus eſt anno Chriſti 698. teſte Iacobo Meyer.

DOMLINVS.

Domlinus fuit monachus & presbyter Turgoltenſis cœnobij in Flandria, coætaneus Bauoni: cui etiam affuit in agone, & cœnam Domini ei communicauit, circiter annum Chriſti 630. Iacobus Meyer.

HATTA.

Hatta fuit monachus Gandauenſis, & factus eſt primus abbas mooaſterij D. Vedaſti apud Attrebatenſes. Meyer.

MAVRONTVS.

Maurontus,ſeu Morandus,fuit filius Rictrudis Marchianẽſis.factus eſt abbas Broylenſis,ad ripam Lyſæ, prope Minoriacum, uel minorẽ uillã. Meyer in Chron. Flandriæ.

GERIMARVS.

Gerimarus oriundus ex uilla Guarandra, prope Beluacum ad fluuiũ Itera,patre Rigoberto,matre Aga,ex gente Francorũ nobili: mortuis parentibus omnem ſubſtantiam paternam pauperibus erogauit: & ab Andoeno monachalem habitum accipiens,in monaſterium Pentalli ſe conuertit,abbas ibidem factus. uerùm cum inſidias ſibi à fratribus ſtrui animadnerteret,alium locum elegit, & cõdidit monaſteriũ Flauiacũ, ibiq́; uitam finiuit. Vincentius libro 23, capite 98.

HISPANIAE MOnachi.

Nominantur quidam in undecimo concilio Toletano,qui interfuerunt: ut Iulianus abbas S. Michaelis, Valderedus Leocadiæ, Gratinus abbas Coſmæ & Damiani, Abſalio abbas Crucis, Florentius abbas Eulaliæ, Anila abbas Iuliani Agalienſis. Hi omnes fuerũt ex prouincia Carthaginenſium, in Hiſpania.

BRITANNIAE

Monachi.

SEGENIVS.

Segenius Scotos abbas & presbyter collegij monachorum in Huenſi inſula, præceptor Aidani, doctrinam Euangelij tradidit purè & ſyncerè, & bono exemplo pietatis & abſtinentiæ ſuis diſcipulis præiuit. Claruit anno Domini 634. Balæus Centuria 14, capite 18.

ADAMANNVS.

Adamannos Coludius, fuit presbyter & monachus in monaſterio Huenſi. præfectus iode ad regẽ Alfridium, didicit Romanæ eccleſiæ ritus: ac poſtea in Hyberniam expaciatus, multis in locis obtinuit Paſcha Romano more celebrari. Tandem reuerſus in ſuum monaſterium, cum de eadem re fratribus quoq; litem intentaret, antequam quicquam efficeret, morte eſt ſublatus: teſte Beda Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 5, cap. 16. Scripſit librũ de Locis terræ ſanctæ, in quo multa ſunt ſuperſtitioſa: ut de loco natiuitatis, paſsionis & reſurrectionis, & aſcenſioois Chriſti, de ſepulchris patriarcharum (fatetur uerò autor, qood uon ex αὐτοψίᾳ, ſed ex relatu Arnulfi cuiuſdam Gallisrum epiſcopi, qui ea loca ſe uidiſſe dixerat, illa conſcripſerit) item de ſitu Hieruſalem lib. 1. De Paſchate legitimo lib. 1. Epiſtolas lib. 1. Beda libro quinto, capitibus 16.17.18. Claruit anno Domini 690. Trithemius: Balæus Centuria decimaquarta, capite uigeſimoquinto.

SIGBERECHT, VEL

Sigebertus.

Fuit filius regis orientalium Saxonũ. Ab ineunre autem ætate, propter Rheduałdum coactus eſt fugere ex patria. In Gallias itaque delatus, Romanam religionem cognouit. Reuerſus poſt aliquot annos, potitus eſt regno paterno: neque tamen diu illud tenuit, ſed poſt paucos annos extructis paſſim templis & ſcholis, ſponte ceſsit Egrico, & monaſticam uitam elegit. Tandem moto bello à Penda Merciorum rege, ipſe etiam in caſtra eſt pertractus: & ibi ſine armis, tantùm baculo & precatione militans, inter hoſtes uitam amiſit. teſte Beda hiſtoriæ

hiſtoriæ Eccleſiaſticę libro tertio, capite decimooctauo.

BOTVLPHVS, ET *Adolphus.*

Monachi in Icanno, non procul à principe Lindonum urbe, Ethelmundi regis Anglorum Auſtralium conceſſu monaſterium condiderunt, circa annum Domini 650. Lelandus: Balæus Centuria 10, capite 9.

ELERIVS.

Elerius Cambrius, monaſterium ad Clutinam uallem erexit: & uitã Venefridæ ſcripſit, lib. 1. Claruit anno Domini 660. Balęus Centuria 10, capite 10.

VORGRESSVS.

Fuit monachus & abbas Glaſconiæ. Balæus Centuria 10, capite 7. ex Lelando.

DEDA.

Abbas monaſterij Portaneu, familiaris Bedæ. Beda libro 2, capite 16.

MAILDVLPHVS.

Mailudlphus natione Scotus, Latinè & Græcè doctus, ex longa conſuetudine cum Gallis & Italis Romanas traditiones imbibit. Eo tempore in gente Anglorũ nondum erant gymnaſia publica, ſed tantùm ſcholæ priuatæ in celebrioribus monaſterijs. Cum autem de obſeruatione Paſchatis, & tonſura, & cœlibatu crebrę inter Anglos & Britannos & Scotos eſſent concertationes, uiſum fuit pontificijs cõmodum, ſi aperirent ſcholas in uicinia, ac in ijs opiniones ſuas iuuentuti inſtillarent. Nacti ergo Maildulphum idoneum hominem, collocant eum ad Cairbladon Viſiſaxonum urbem, ut Britãnis os obſtruat. Is uerò cœnobiũ erigit anno 685, & ſcholam publicam tam Græcæ quàm Latinæ linguæ aperit, & artes ſimul tradit, & diſputatione & ſcripris Britannos & Scotos oppugnat.

Edidit de Paſchæ obſeruatione lib. 1.
Pro tonſura ac cœlibatu lib. 1.
Regulas artium diuerſarum lib. 1.
De diſciplinis naturalibus lib. 1.
Hymnos & dialogos lib. 1.
Epiſtolas quaſdam lib. 1.

Circa annum Domini 690, adhuc claruit ſenex. Balæus Centuria decimaquarta, capite 26.

GERMANIAE MOnachi.

GALLVS.

GAllus, in Hybernia claris parentibus natus, Columbani diſcipulus factus eſt, & cum eo in Gallias uenit, & in Luxouienſi cœnobio aliquandiu uixit. Inde uerò unà cum Columbano pulſus, ad Theodobertum Auſtraſiorum regem abijt, & ad Brigantinum lacum in loco Tuconia dicto collegit eccleſiam, & idolorum delubra exuſſit. Hinc quoque pulſus cum Columbano, Arbonam uenit, ibiq́ue triennium commoratus eſt.

Columbano in Italiam proficiſcente, in Sueuia manſit, febre correptus. Sed Gunzonus eius regionis princeps, cum cognouiſſet Gallum idolorum ſuorum cultum abrogare, iuſſit eum terris ſuis excedere. Quod ubi factũ eſſet, cacadæmon filiam iſtius principis Fridbergam nomine inuadit. Gallus reuocatur ad eam ſanandam. quo præſtito, ad Conſtantienſem epiſcopatum uocatur. uerùm ille amans ſolitudinis, Iohannem diaconum ſuum ei functioni præficit, & formam gubernandæ Eccleſiæ præſcribit. Petrus de Natalibus libro nono, capite 72.

De doctrina Galli Auentinus libro tertio annalium Boiorum refert, quòd unà cum preceptore ſuo Columbano, nouas ceremonias tradiderit: quibus populũ Chriſti ſanguine redemptum, liberatumq́ue, in ſeruitutem redigere, atque onerare contra maiorum ſuorum inſtituta conatus ſit.

Apud Heluetios monaſterium condidit, teſte Cornelio Cornopolitano de Temporibus: quod in ampliſsimam urbem excreuit, Santgallenſem dictam. Iacobus Curio libro ſecundo.

Scripſit orationum lib. 1.

In electione Iohannis, & gubernandę Eccleſiæ formam, librum 1. & quædam ad Vulmarum.

Adeò piè eum uixiſſe in Occidente, Platina narrat ſub Bonifacio quinto, ut etiam in uita ſua Sancti nomen conſecutus ſit.

Febre cotreptus, & languore preſſus, cum eſſet annorum 95, obijt circa annum Domini 640. in caſtro Burguirio ſepultus. Volaterranus libro decimoſexto Commentariorum: Balæus Centuria decimaquarta, capite 14.

OTHMARVS.

Fuit primus abbas in monaſterio Santgallenſi. Bruſchius folio 113.

CHILDERICVS.

Rex Franciæ, factus eſt abbas in monaſterio Nouiẽto, Eberſtein uel Munſter, in Alſatia. Succeſsit ei Erhardus, huic Benedictus: teſte Irenico libro 12, folio 220.

ADELPHVS.

Fuit abbas Hasbaniẽſis. Geſta Metenſiũ.

TRVDO.

Monachus Hasbanienſis. Chronicon Sigeberti.

CYLLENVS.

Fuit abbas Cellenſis.

MADELGARIVS.

Abbas Altitonenſis ex duce factus. Chronicon Sigeberti.

DE MONIALIBVS.

MONIALES GALlicanæ.

ANGADRISINA.

FVit cognata Lamberti Lugdunenſis epiſcopi, & uixit in monaſterio Bellouacenſi magna cum caſtitate et religione, circa annum Domini 668. Iacobus Meyer.

GERTRVDIS.

Fuit filia Ihæ, & extitit abbatiſſa in monaſterio Niuigellēſi annis 14. obijt anno Chriſti 664. Meyer in Chronico Flandrię.

GERMANIAE MONIALES.

IRMINA.

IRmina fuit filia Dagoberti, & prima Abbatiſſa in Horreo Treuirenſi, quod ipſa fundauerat. Succeſsit ipſi Modeſta, ſoror Vuilibrodi: huic Iulia, huic Hilya, huic Anaſtaſia, huic Baſiliſſa, &c. Bruſchius.

VINCIANA.

Mentio fit Vincianę cuiuſdam monialis, quæ fuit ſoror Landoaldi archipresbyteri, apud Iacobum Meyer.

GVITLINDA.

Prima fuit abbatiſſa in cœnobio quod Nidermunſter dicitur, in radice Vogeſi. Irenicus libro 12.

ODILIA.

Fuit filia Adelrici ducis Alſatiæ, & prima extitit abbatiſſa in monaſterio Altitonenſi, uel Hohenburgēſi, quod ſitum eſt in iugis Heptinacrianis. Succeſsit ei Eugenia. Bruſchius de Monaſterijs.

PHARAILDIS.

Pharaildis, fuit filia Vigeri uiri nobilis, & Amelbergæ: quæ fuit ſobrina, uel neptis Pipini ex ſorore. A' teneris literas & pietatem edocta à Gertrude Niuigellenſi abbatiſſa, in coniugio tandem multos annos illibatam uirginitatem cuſtodiuit: teſte Iacobo Meyer.

BRITANNIAE MO*niales.*

PHARA.

PHara, fuit ſoror Pharonis. cūq; pater uellet eam elocare in matrimoniū, fugit ad templum, & talia uota fecit: O' Petre, qui iuſtis regna reſeras cœleſtiā, & iniuſtis claudis, huc ad tua perfugi limina, tua uolēs eſſe uirguncula. Et tu ô Chriſte, qni ſemper precibus flecteris, remittendo humilium ſordes, ſerua uirginitatem meam, oblatam tibi, per æterna ſecula. Reuerſa domum patri dixit, ſe uitam malle amittere, quàm uirginitatis florem. ideoq; incluſa eſt carceri, & aliquandiu ibi retenta: tandem uoti compos facta, interceſsione Euſtaſij, ſeceſsit in monaſterium Hauguericum. Vincentius libro 23, capitibus 15.16.17 & 18.

EDILDREDA.

Fuit regina Angliæ, in coniugio 12 annis uixit, perpetuam uirginitatem cuſtodiens: tandem facta eſt abbatiſſa. & mortua, poſt multos annos inuenta eſt corpore ſalno in monumento. Beda libro 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, cap. 20. Epitaphiū eius ibidē extat.

Alme Deus Trinitas, quæ ſecula cuncta gubernas,
Annue nunc cœptis, alme Deus Trinitas.
Bella Maro reſonet, nos pacis dona canemus:
Munera nos Chriſti, bella Maro reſonet.
Carmina caſta mihi, fœdæ non raptus Helenæ:
Luxus erat lubricis, carmina caſta mihi.
Dona ſuperna loquar, miſeræ non prælia Troiæ:
Terra quibus gaudet, dona ſuperna loquar.
En Deus altus adit uenerandæ uirginis aluum,
Liberet ut homines, en Deus altus adit.
Fœmina uirgo parit, mundi deuota parentem:
Porta Maria Dei, fœmina uirgo parit.
Gaudet amica cohors de uirgine, matre Tonantis:
Virginitate micans, gaudet amica cohors.
Huius honor genuit caſto de germine plures,
Virgineos flores huius honor genuit.
Ignibus uſta feris uirgo non ceſſat Agathe:
Eulalia perfert ignibus uſta feris.
Caſta feras ſuperat mentis pro culmine Tecla,
Eufemia ſacras caſta feras ſuperat.
Læta ridet gladior ferro robuſtior Agnes,
Cecilia infeſtos læta ridet gladios.
Multus in orbem uiget per ſobria corda triumphus,
Sobrietatis amor multus in orbe uiget.
Noſtra quoq; egregia iam tempora uirgo beauit,
Edildreda nitet noſtra quoq; egregia.
Orta patre eximio regali, & ſtemmate clara,
Nobilior Domino eſt, orta patre eximio.
Percipit inde decus reginæ, & ſceptra ſub aſtris:
Plus ſupra aſtra manens, percipit inde decus.
Quid petis alma uirum, ſponſo iam dedita ſummo?
Sponſus adeſt Chriſtus, quid petis alma uirum?
Regis ut ætherei matrem iam credo ſequaris,
Tu quoq; ſis mater regis ut ætherei.
Sponſa dicata Deo bis ſex regnauerat annis,
Inq; monaſterio eſt ſponſa dicata Deo.
Tota ſacrata polo celſis ubi floruit actis,
Reddidit atq; animam tota ſacrata polo.
Virginis alma caro eſt tumulata bis octo Nouembres,
Nec putet in tumulo uirginis alma caro.
Chriſte tui eſt operis, quia ueſtis in ipſa ſepulchro
Inuiolata nitet, Chriſte tui eſt operis.
Hydros & ater abit ſacræ pro ueſtis honore:
Morbi diffugiunt, hydros & ater abit.
Zelus in hoſte furit, quondam qui uicerat Euam:
Virgo triumphat ouans, zelus in hoſte furit.
Aſpice nupta Deo, quæ ſit tibi gloria terris,
Quæ maneat cœlis, aſpice nupta Deo.
Munera læta capis feſtiuis fulgida tædis:

Ecce

Ecce uenit ſponſus, munera læta capis.
Et noua dulciſono modularis carmina plectro:
Sponſæ hymno exultas & noua dulciſono.
Nullus ab altithroni comitatu ſegregat agni,
Quem affectu tulerat nullus ab altithroni.

HYLDA.

Hylda Horeſuuitah, Eduini Northumbrorum regis neptis, diſcipula Paulini & Aidani, Pharenſe cœnobium proprijs ſumptibus extruxit: mulier in ſacris literis probè inſtituta, diſſenſiones inter doctores de ceremonijs Romsnis, nimirùm de Paſchate er tonſura & unctionibus, cupiebat rectè componi. quare effecit, ut in ſuo cœnobio fieret Synodus, circa annum Domini 664. In ea, Hylda Scotorum partes adiuuat, ac uidetur etiam poſtea in ſua ſententia permanſiſſe. Nam contra Agilbertum Pariſienſem, & Viſiſaxonum epiſcopum, ſcripſit pro ueterum rituum obſeruatione, librum unum: & Meditationes pias lib. 1. & uarias epiſtolas ad uiros eruditos.

In pauperes liberalis fuit. Conſilijs & doctrina etiam regibus & toti Britanniæ profuit: & uixit annos 66, & obijt anno Domini 685. Beda libro tertio, capite 25. & libro quarto, capite trigeſimotertio. Balęus Centuria prima, capite 80.

DE EREMITIS.

FIACRIVS.

Fiacrius, natione Scotus, uenit tempore Clotharij ad Pharonem epiſcopũ Meldenſem: & ab eo impetrauit locum, in quo extruxit ſacellum: & priuatus uixit nõ procul à Meldenſium urbe, nec unquam fœminam ad ſe uenire permiſit. Vna aliquando ex temeritate ingreſſa ſacellum eius, ſtatim de mentis ſanitate eſt deturbata. unde hoc diſtichon de eo eſt compoſitum.

Fœmina quæ læſit blaſphemo murmure ſanctum,
Fecit quòd ſancti non intret fœmina templum.

Robertus Ganguinus libro 3. de Francis.

INGOBERTVS, CARILEphus, *Vuolfrichus, Bantus, Beatus & Vuolfius.*

Hi cum alijs multis, in diœceſi Treuirorum, circa tempora Dagoberti regis, uitam ſolitariam egerunt in eremo: teſte Trittenhemio.

IOHANNES.

Iohannes eremita in Sicilia, cum Anſoaldo Pictauienſi diſputat de ſalute animarũ: & purgatur de anima Dagoberti, quod uiderit eam à dæmonibus deportari, & poſtea à Dionyſio & Mauricio & Martino liberari, & in cœlum ferri. Sigebertus in Chronico, anno 645. Annonius libro 4, cap. 34.

VVENDELINVS.

Primùm fuit monachus in cœnobio Theologienſi: poſtea Eremiticam uitam eligens, ſeceſſit in eum locum, ubi nunc oppidum eiuſdem nominis extat, ad ſanctum Vuendelinum. Claruit in uita multis miraculis: & poſt mortem magnus cõcurſus fuit ad eius tumulum: teſte Trithemio.

DISIBOTVS.

Diſibotus eremita in diœceſi Mogũtina, nõ procul à monaſterio Spanhemẽſi, ad fluenta Nahi & Glauſi, ubi hodie etiã monaſteriũ eius nominis reperitur: Trittenhemius.

PAVLVS.

Paulus eremiticam duxit uitam in monte qui Gehenna dictus eſt, prope Treuerim. unde poſtea idem mõs mutato nomine Paulsperck dici cœpit. Trittenhemius.

IVDOCVS.

Iudocus ex regia ſtirpe oriundus, mortuo patre Iudicail, ſpreto regno, cum quibuſdã Romam peregrinãtibus, ſumpto baculo & tabula abijt, & clerici officio inter ipſos functus eſt. Poſtquam aũt in pagum Pontiuum poſt annos undecim delati ſunt, hoſpitiũ ab Haimone duce impetrarunt: factusq; eſt Iudocus presbyter, & Haimonis filium de ſacro fonte leuauit. Poſt annos ſeptẽ abdicãs ſe miniſterio, ſeceſſit cum diſcipulo Mirmaro in eremũ: & in loco qui dicitur Brahic, cellulam extruxit, in qua aſsiduis precibus ſe macerauit. Mendicis eò deuenientibus, omnes ſuos commeatus diſtribuit. murmurãte aũt eius famulo, quatuor naues onuſtæ cibo & potu ad eius cellulã ſine remige ueoerunt. Vexatus à diabolo mutauit locũ, & alium elegit Rumachum nomine. Eduxit uiuos latices ex arido ſolo, baculo terram percutiens, cum Haimo in uenatione ſitiret. Romam abijt Sanctorũ reliquijs ſecum abductis, cæcã puellam illuminauit: & ad ſuũ ſacellum delatus, in pago Pontiuo obijt, anno Domini 653, iuxta Sigebertum. Petrus de Natalibus lib. primo, capite ſexageſimo quinto: & Vincentius libro uigeſimoquarto, capite 105 & 106.

CAPVT XI.

DE HAERETICIS.

IACOBVS.

Iacobus genere Syrus, uir obſcurus, & Zanzalus ob ſummam tenuitatem dictus, errores Eutychetis, Dioſcori, Gnaphei, & Petri, et Seueri amplectens, apud Syros propagare eoſdẽ ſtuduit. Nicephorus lib. 18, cap. 52. Diſcipuli & aſſeſſores eius dicti ſunt Iacobitæ: capite 54.

ANASTASIVS.

Anaſtaſius patriarcha Iacobitarũ, anno 20

Heraclij ad Impetatotem Hierapolim accesſit, & cum eo diſputauit. Imperator ei promittit ſedem Antiochenam, ſi Chalcedonenſem Synodum ſuſcipiat. Ille uerò callidè interrogat Imperatorem, ſi confiteatur duas in Chriſto naturas, quomodo dicete debeat de uoluntatib. & operationib. Chriſti: duplæ'ne, an ſimplæ eſſent. Imperator uocis nouitate motus, à Sergio petit reſponſum ad eam quæſtionem, & ſic in errorem inducitur. Paulus Diaconus libro decimooctauo rerum Romanarum, & Zouaras Tomo tettio.

CYRVS.

Cyrus primùm fuit epiſcopus Phaſidis in prouincia Lazorum. Interfuit colloquio, quod Heraclius imperator habuit cum Paulo quodam in partibus Armeniæ, de una natura & uolũtate in Chriſto, & ex eo rempore cum audijſſet argumenta Pauli eſſe rationi affinia, cœpit inclinare in eius ſenrentiá, ſed clàm. Poſtea cum ipſe etiam Imperator in iſtam hæreſim eſſet ptolapſus, fecir eum Alexandrinum epiſcopum. Erat autem illa eccleſia diſtracta ab hęreticis Theodoſianis. Cui uulneri dum conatur præpoſterè emplaſtrum adhibere, maiorem efficit diuulſionem. Nam ptopter hæteticorum amicitiá, largitur eis unam tantùm in Chriſto eſſe uoluntatem & operationem: & uiciſsim obtinet apud eos, ut dicát in Chriſto duas naturas eſſe unitas. Sed Sophronius formulam illá pacis improbat: & priuatim aliquoties admonitum, cùm obſtinatum reperit, collecta ſynodo Hieroſolymis excõmunicat. Ille uerò apud Sergium Conſtantinopolitanum accuſat Sophronium, eumq; in ſuam ſententiam pertrahit. Epiſtolæ eius aliquot, & formula pacificationis, in Romana ſynodo ſub Martino, & in Sexta Conſtantinopolitana recitantur, & damnantur unà cum autote: ut pater ex actis.

THEODORVS.

Theodorus fuit epiſcopus Faranitanus, defenſor Monothelitarum: ut appatet ex literis ſcriptis ad Sergium quendam Arſenoitam epiſcopum, quæ recitantur & damnantur in ſexta Cõſtantinopolitana, cum opuſculo quod ille ex Patrum ſcriptis collegerat, excerptis quibuſdam obſcuris & mutilaris dictis, quibus ſuam ſententiam ſtabilire uoluerat, ut pater ex Actis.

HONORIVS PAPA.

Honorius pontifex Romanus, tempore Hetaclij, arguitur in ſexta Conſtantinopolitana, ex epiſtola quadam, quam ad Sergium ſcripſit, quod à Monothelitarũ partibus nõ omnino fuerit alienus: ſiquidem in ea habetur, quòd huiuſmodi quæſtiones ad grammaticos, non ad doctorem eccleſię pertineant: & quòd in Apoſtolorum monumentis neq; unius neq; geminę operationis aut uoluntatis fiat mentio: quod denique utraque phraſis ſit fugienda. Damnatur ergo & ipſe, & epiſtola eius à Synodo, conſentientib. etiam legatis Romani poutificis: ut conſtat ex Actis. Quare fruſtra excuſatur ab alijs Scriptoribus.

SERGIVS.

Sergius fuit epiſcopus Conſtantinopolitanus, eo tempore quo mota eſt Monothelitarũ hæreſis. Cumq; Hetaclio primùm hęc quæſtio ab Anaſtaſio Antiocheno proponeretur, Vtrum una an dupla uoluntas in Chriſto eſſet credenda: per literas conſultus ab Heraclio, quid reſpondendum eſſet, in gratiam Anaſtaſij, qui eiuſdem cum eo erat gentis, natione Syrus, genere Iacobita, reſcripſit, Vnam ſolummodo uoluntatem dici oportere. & ſic leui initio in hunc errorem prolapſus, poſtea ſubinde altius eſt cogitando & diſputando immerſus: nec potuit eluctari, dum in uiuis fuit. Sophronius aliquoties ad eum ſcripſit, ſed nihil eum mouit. A' Martino pontifice Romano poſt obitum eſt excommunicatus. In ſexta denique Conſtantinopolitana leguntur eius epiſtolæ, quas paſsim ſparſerat ad Cyrum, ad Honorium, & alios ſuos complices. Itemque peculiare opuſculum, quod de operatione & uoluntate Chriſti unica cõſcripſerat: quę cum autore damnantur, & ex Eccleſia exploduntur: & patet ex Actis.

IOHANNES PHIloponus.

Iohannes Grammaticus Philoponus, genere Alexãdrinus, & philoſophus, ſtylo quidem nõ admodum excellens, ſed ſpinoſus & argutus diſputator, & in Ariſtotelis & Platonis doctrina probè eruditus: ſcripſit luculentas enarrationes in obſcuras Ariſtotelis ſententias, & multa alia.

A' Sergio Cònſtantinopoleos epiſcopo, cum actum eſſet certamen de uoluntatibus & operationibus in Chriſto, inſtigatus, ſcripſit libros plures contra quartam Synodum, maximè uerò διαιτητὴν arbitrum, ſeu de unione. omnem philoſophiam ad ſuum errorem comprobandum commouit, & multos habuit aſſeclas. Nicephorus libro decimooctauo, capite 47 & 48. & hæreſis Tritheitarum dux fuit: capite 50. & Agnoitarum, & Contobabditarum, & Theodoſianorum errores defendit: capite quadrageſimonono.

PYRRHVS.

Pyrrhus fuit Sergij ſucceſſor, & hæreſis prędictę acrior defenſor, quàm Sergius. Admonitus eſt à Iohãne pontifice Romano, ut rediret in uiam, ſed fruſtra, Poſtea à Theo-

doro

doto excommunicatus eſt, & ab Heraclio relegatus in Aphricam. Reuerſus inde poſt obitum Hetaclij cecinit palinodiam,& Romæ Theodoto obtnlit libellum retractationis: nnde & in Eccleſiam eſt receptus. Inde digreſſus in itinere uerſus Conſtantinopolim,errorem ſuum repetit: eumq; nſque ad finem tuetur. Quare denuò excommunicatur Romæ à Theodoro:& iterata eſt eadem excõmunicatio poſt eius mortem à Martino papa, & tandem in ſexta Conſtantinopolitana:ut patet ex actis Synodorum.

PAVLVS.

Psulus epiſcopus Conſtantinopolis,non ſolùm unam in Chriſto uolũtatem docuit: ſed contrarium affetentes,ui etiam atque armis oppreſsit:& eiecit in exilium Imperatoria autoritate fretus, non ſolùm multos doctos,& de Eccleſia bene meritos uiros,ſed ipſum etiam Romanum pontificem Martinum:legatos eiuſdem carceribus ac uerberibus multatos,partim cum contumelia remiſit,partim deportauit: & Impetatorio diplomate ab omnib.eccleſijs poſtulauit,ut ſuam ſententiã amplectantur. Admonitus tamen eſt,& excõmunicatus à Theodoro ac Martino pontificibus:& tandem in ſexta Cõſtantinopolitana ſynodo nomen eius cum ſctiptis ex Eccleſia eſt reiectũ.Liber põtificalis, in uita Theodori & Martini : & in ſexta Conſtantinopolitana, Actione 4.13.

PETRVS.

Petrus, & nnam, & duas uoluntates in Chriſto aſſeruit. Scripſit ad Eugenium, itemq́ue ad Vitalianum papas,opuſcula: quibus hanc ſuam bicipitem ſententiam confirmare conatus eſt. Sed exploſa ſunt tum ab illis, tum etiam in ſexta Conſtantinopolitana : & declaratus eſt ipſe hæreticus cum prioribus. Liber pontificalis, in uita Eugenij : & ſexta Conſtantinopolitana, Actione 4 & 13.

MACARIVS.

Macarius fuit Antiochenus epiſcopus, & defenſor Monothelitarum primarius,eo ipſo tempore quo ſexta ſynodus Conſtantinopolitana à Conſtantino Pogonato fuit congregata. Diſputauit coram tota Synodo pro ſua ſententia acetrimè, allegatis multis teſtimonijs Patrum corruptis & mutilatis. Addidit etiam,ſe non uelle credere, etiamſi membratim diſcerpendus, aut abijciendus in mare foret: imò ſe coram tribunali Chriſti, in die iudicij, cum iſta ſua ſentẽtia abſq; metu compariturum. Damnatus itaque eſt à Synodo,& cum excõmunicationis fulmine ex Eccleſia eiectus: ut patet ex Actis.

STEPHANVS.

Stephanus fuit monach9 & presbyter Antiochenus,diſcipulus Macarij, qui perſtitit cum præceptore ſuo in ſimili pertinacia:ideoq; in ſynodo Conſtantinopolitana non ſolùm exploſus, ſed etiã ceruice eiectus, & anathematizatus eſt: ut patet ex Actis.

ANASTASIVS,

Leontius.

Anaſtaſius ex presbyter fuit,Leontius ex diacon Macarij. In ſexta Conſtantinopolitana ſteterũt aliquandiu à partibus Macarij: ſed tandem conuicti errotis,ceſſerũt,& Romæ abſoluti ſunt, & recepti à Leone pontifice: ut patet ex Actis.

PETRVS,& SOLON.

Pettus fuit epiſcopus Metropolitanus,& Solon epiſcopus Claneu,uel Cleonæ. Senſerunt hi quoq; cum Macario, & emendati ſunt in Synodo.

POLYCHRONIVS.

Polychronius fuit preabyter & monachus Macarij. In Synodo iuſſus exponere ſuam fidem,exhibuit chartam, in qua erat ſententia Monothelitarum ſcripta. Aſſerebat autem,ſe impoſiturũ eam mortuo alicui cadaueti,eiuſq; teſuſcitatione demonſtraturum uirtutẽ ueritatis. Synodus conſentit ut charta mortuo imponatur: idq; facit ille in publico cõuentu. Expectatur mortui reſurrectio ad multas horas. Polychronius inſuſurrando inautes cadaueris, nihil efficit: ac tandem cõfitetur, ſe nõ poſſe mortuũ excitare. Synodus iubet eũ à falſa ſententia tecedete, & uerã amplecti. Sed is adeò obſtinato fuit animo, ut diceret ſe cum præceptore malle etrare, quàm cum alijs rectè ſentire. Ideoque dictus nouus Simon, qui phantaſmate mortuos uoluiſſet excitare, cum reliquis ſimilem fortunam ſubijt, & excommunicatus eſt.

DE ALIIS MACA-
rij ſocijs.

Recitantur & alij plures, qui cum Macario ſunt excõmunicati: ut Petrus Syrus. Sergius Armenius: Damianus, Epiphanius, Anaſtaſius,Iohannes,Thomas,Seuerus,Syti: Cõſtantinus Apameenſis,& Aſpetgius Pergenſis. in Actis.

ELEVCIVS.

Eleucius hęreticus cum Gregorio Agrigẽtino ſæpe diſputauit de munere,quod Chriſtus Dei pattis in terris legatum agens obiectat: ſed ab eo uictus eſt. Poſtea uerò cnm Gregorius Romsm abductus eſſet, ab aduerlatijs eius epiſcopus creatur, & altare in templo à Gregorio extructum euettit, & corpota ſanctorum in mate ptoijcit, & delatores iuuat & confitmat. Sed tandem,patefacta Gregorij innocentia, in Hiſpanias relegatur. Metaphraſtes in uita Gregorij.

VVARNACHARIVS.

Autor uitæ Euſtaſij apud Bedam, in Tomo tertio, Vuarnacharium hæreticum appellat, qui in Synodo Mariſconẽſi mortuus ſit, antequam cum Euſtaſio contulerit. Sed ideo hæreticus dictus ab eo autore uidetur, quia improbauit nouos Columbani & Euſtaſij ritus monaſticos.

CAPVT XII.

DE MARTYRIBVS.

SVB HERACLIO.

ANASTASIVS.

ANASTASIVS in Perſide natus, à patre mago puer magicas artes diſcebat. à Chriſtianis autem captiuis, de Chriſto eiuſq; doctrina commonefactus, ex Perſide abijt: & Chalcedone & Hierapoli aliquandiu ſubſiſtens, doctrinam de Chriſto percepit. Hieroſolymam dein progreſſus, baptiſmo initiatur. Anaſtaſius abbas quarto miliario ab urbe, in monaſterio diſcipulos alebat, eoſque in ſacris literis inſtituebat, & ad Eccleſiarum gubernationem præparabat. Ad eum accedit, ſeque in album monachorum adſcribi impetrat, & per annos ſeptem ibidem uitam exigit.

Opinionem de peregrinatione ad loca ſancta orandi gratia, quæ uulgò in monaſterijs tradebatur, imbiberat. Quare ex monaſterio ſuo Cæſaream Palæſtinæ oratum abit: & à Perſis irruptionem facientibus in illa loca, capitur. Carcere & uinculis à iudice Marzabana uexatus, & uirgis cæſus, in Perſiam ad Choſroem regem mittitur.

Habebat autem regem & magos eo infenſiores, quòd Chriſti doctrinam amplexans, incantationes & idololatrias illorum damnabat & execrabatur. Conabantur illi eum uerberibus emendare, & ad ſuperſtitiones ſuas ui reducere. Sed id fruſtra erat. Quare cum tertiò eum uerberari publicè curaſſent, tandem una manu ad horas tres ſuſpenſum, capite truncarunt, anno Domini 620. Sigebertus.

Nugantur, ueſte eius dæmoniacum indutum, ſtatim curatum eſſe: ideoque Heraclium eius reliquias ſecum ex Perſide in Palæſtinam deportaſſe, & poſtea Romam miſiſſe. Atque hinc opinio in hominum mentes, de ſanctitate ueſtium monaſticarum, ſubrepere cœpiſſe uidetur. Beda libro ſecundo de Ratione temporum: Ado in ætate ſexta: Regino libro primo: Metaphraſtes Tomo 5.

DE MARTYRIBVS ſub Conſtante.

MAXIMVS, ET DVO *diſcipuli eius.*

Maximus, uir doctiſsimus, & ſanctiſsimus, abbas alicubi in Aphrica, eo quòd Theodorum Conſtantinopoleos epiſcopũ reprehenderat, & Romam profectus, in Synodo cum Martino papa damnauerat Monothelitarum errorem, à Cõſtante cum duobus diſcipulis lingua & manu truncatus, in Cherſonam, anno eius nono, relegatus eſt. Zonaras Tomo 3. Paulus Diaconus libro 18 & 19 rerum Romanarum.

FOILANVS.

Foilanus monachus Foſſenſis martyrizatur, iuxta Sigebertum, anno 654.

DE MARTYRIBVS SVB HERACLEONA.

Oſualdus rex Britanniæ, pietatis ſtudioſus, & in pauperes liberalis fuit, adeò ut, cum aliquando ab epiſcopo admoneretur, multos pauperes eſſe præ foribus, omnes dapes de menſa ſua, & argenteũ diſcum in eos diſtribui ſine mora iuſſerit. A gente Merciorũ, & rege eius Ethnico, in Maſerfelt, pro religione & patriæ libertate fortiter dimicans, cæſus eſt. Beda lib. 3, capite 6 & 9. anno Domini 643. Miracula ad eum locum poſtea facta idem commemorat: ſed mendacia & uana uidentur.

DE MARTYRIBVS SVB Conſtantino Pogonato.

MEZELENDIS PSEVdomartyr.

Mezelendis, ſeu Maxelendis uirgo Cameracenſis, cum propter uotum uirginitatis Harduini ſeu Ardeni ſponſi ſui recuſaret nuptias, interficitur: & illi excæcato poſt triennium uiſum reſtituit, ſi credere fas eſt: anno Domini 670. Sigebertus: Platina in Dono, & Sabellicus Eneadis octauę libro ſexto.

MARINVS.

Marinus abbas à Proiecto, cum ægrotaret, ſanatus: cum eodem in itinere interficitur. Vincentius libro 23, capite 119.

BERCHARIVS.

Bercharius, in Luxouienſi monaſterio ſub Euſtaſio monaſtica doctus, primus Auriuillarenſium abbas factus, Dagouinum monachum ſuum non modò uerbis, ſed etiã uerberibus caſtigauerat. Id ille indignè ferens, dormientem lethali uulnere lędit. & poſtea campanas pulſat, conſcientia ſua & à malo ſpiritu exagitatus. Ante obitũ Bercharius parricidam ſuum monet de pœnitentia, eiq; culpam condonat, anno Domini 661. Sigebertus.

gebertus, & Vincentius libro 23, capite 115.

BERTHA.

Berthæ martyris, & abbatiſſæ in Gallia, meminit Sigebertus, anno Domini 661.

MARTYRES SVB Iuſtiniano.

EVALDVS ALBVS, ET *Eualdus niger.*

EValdi duo, alter albus, alter niger, propter capillorum diuerſitarem, Angli erant natione, monschi ambo, & presbyteri, & in Hybernia exulabãt. Niger in ſacris literis inſtructior, albus uerò ad ceremonias (ut uidetur) peragendas promptior. uenie bant autem in prouinciam antiquorũ Saxonum (ut Beda habet: Sigebertus Galliam dicit: Faſciculus temporum putat in comitatũ Hoeienſem prope Bremam) nouas ceremonias papiſticas inſtituturi, & propagaturi: quod Beda uocat aliquos Chriſto prędicando acquirere. ae diuertebãtur ad uillicum, & petebant ſe ad ſatrapam eius regionis duci, propterea quòd mandata ad eum haberent. Villicus eos apud ſe ad dies aliquot retinet. ſed cum eſſet à barbaris cognitum, quòd alterius religionis eſsẽt (nam quotidie bymnis & pſalmis & orationib. uacabant, & miſsificabant, uaſcula & tabulá altaris uice ſecum portantes) ſuſpecti habebantur, quaſi ad nouam religionem homines pertrahere, & ſatrapæ eandem perſuadere in animo haberent. Concurſantes itaq; pagani, eos comprehendunt, & album ſtatim interficiunt: nigrum uerò longo ſuppliciorum cruciatu & membris diſcerpunt, & utroſque in Rhenum proijciunt: qui Pipini iuſſu Coloniæ ſepulti ſunt, anno Domini 693. Sigebertus: Beda libro quinto, capite undecimo.

MARTYRES SVB ABSImaro, *ſeu Tyberio.*

GRIMOALDVS.

GRimoaldus, filius Pipini, Ratbodi Friſonis filiam ſibi deſpõſans, à Rangario ſatellite ethnici regis ad altare Lamberti orans perimitur. Erphordienſis capite 61, & Francorum annales.

CAPVT XIII.

DE MIRACVLIS, *& prodigijs ſub Phoca.*

ANno Domini 604, iuxta Palmerium, frumenti & uini egeſtas fuit penè per orbem terrarum, maximè uerò in Italia: idque propter frigidiſsimam hyemem, qua uites perierunt: & uredinem, qua fruges corruptæ ſunt. Paulus Diaconus libro quarto, capite nono de geſtis Longobardorum.

Anno Domini 605, in prælio Lotharij & Theoderici, angelus Domini euaginatum gladium ſuper populum tenere uiſus eſt. Sigebertus in Chronico.

Calligraphus quidam Alexandriæ uenerabilis uir, ex matutina uigilia domum uadens, media nocte uidet ſtatuas ex metallo æris abſtractas, & uoce grandi dicentes, interemptum Mauricium & filios ipſius, atque omnes caſus qui apud Byzantium fuerant geſti. Manè uerò facto pergens, hæc Auguſtali retulit. Qui præcepit ei, nulli hæc maniſeſta facere: ſcribensq; diem, pręſtolabatur exitum. Die uerò nona prætereunte: ecce nuncius uenit, indicans Mauricij interemptionem. Tunc Auguſtalis dæmonum uaticiniũ corá populo publicauit. Paulus Diaconus libro decimoſeptimo rerum Romanarum, ſub Phoca: et Nicephorus lib. 18, capite 41.

Anno Domini 606, mẽſe Aprili & Maio, apparuit in cœlo ſtella crinita: & poſtea rurſum Nouembri & Decembri. Paulus Diaconus libro quarto, capite decimo de geſtis Longobardorum: & Platina in Sabiniano: & Sabellicus Enneadis octauæ libro 6. Eodem autẽ anno occiſus dicitur Mauricius.

Cum pauper quidam circiter annum Domini 606, à nautis eleemoſyná petijſſet: illi uerò reſpondiſſent, ſe nihil præter lapides habere: mendicus inquit, Omnia ergo quęcunq; manducabilia in naui ſunt, uertantur in lapides, quod & factum eſt. Lapidum enim duriciem omnia ſortita ſunt, licet color & forma rebus illis manſiſſet priſtina. Sigebertus in Chronico.

Sabiniano pontifice, fames grauis Romá afflixit. Liber põtific. & Iohánes Toleranᵘ.

Bonifacio quarto pontifice, peſtem, famem, & aquarũ inundationem paſsim afflixiſſe mortales, teſtatur Hartmánus Schedel, & Iohannes de Oppido.

Signum ſanguineũ in cœlo apparuit, quaſi haſta cruenta, & angelus eam haſtam geſtans: iuxta Valentinum Munſterũ in Chronographia. & lux clariſsima per totam noctem fulgens, Theopertum Francorum regem cum Clothario belligerantem afflixit. Paulus Vuaneſridus lib. 4, cap. 15.

Sub pontificatu Deuldedit, terræmotus accidit: & ſcabies elephantiæ ſimilis graſſata eſt. Platina, Liber pontificalis, Luitprandus, & ſimiles in uita eius.

Lacus Dunenſis, regnante Theodoberto & Theodorico apud Francos, tãto feruore ebullijt, et in eo piſces cocti ad ripas in eſum accolarum uenirent, Robertus Ganguinus

libro

libro ſecundo de geſtis Francorum.

Ipſo tempore quando Perſæ feliciter contra Romanos pugnarũt, & ab alia parte Barbari in Europam incurſionem ſecerunt, animária cladem plurimá acceperũt, & prouentus ſrugum nullus fuit. Acceſſere fames & peſtilentię, hyemes item ingentes, ita ut mare frigore congelatũ, piſces poltea mortuos eiecerit. Nicephorus libro 18, cap. 43: Blondus Decadis primæ libro nono: Paulus Diaconus libro decimoſeptimo rerum Roman. ſub Phoca.

DE MIRACVLIS ET PRO-
digijs ſub Heraclio.

ANno decimotertio Heraclij, cum eſſet in expeditione aduerſus Perſas imperator in ſolſtitio æſtiuo, æther ſudore factus eſt madidus, & animos Romani exercitus recreauit: ut narrat Paulus Diaconus libro 18 rerum Romanarum.

Anno Heraclij 16, grando miræ magnitudinis in Perſarum exercitum irruit, & plurimos interſecit, ſed aciei Romanæ pepercit: quod Paulus Diaconus lib. decimooctauo rerum Romanarum, ſuperſtitioſè affirmat, Dei genitricis interceſsione effectũ eſſe: cuius tamen Iuo in Chronico non meminit.

Eduinus cum eſſet in exilio, & angeretur de ſuis rebus propter pericula, nocte intempeſta per hominem ignotum, & ſubitò euaneſcentem, accipit oraculum de regno recuperando, & ſuſcipiẽda Chriſtiana religione. Polydorus libro quarto hiſtoriæ Anglicæ.

Anno Heraclij uigeſimo, ut Sigebertus annotat: aut uigeſimotertio, ut Paulus Diaconus libro decimooctauo rerum Romanarum: per dies triginta: in Palæſtina terra mouetur, & in cœlo ſignum quod τονίτρυς appellatur, in modũ gladij, à Meſembria uſq; ad Arcturum ſeſe extendit: quo Saracenorum potentiam ſignificatam uolunt. Sigebertus, anno Domini 632.

Anno Domini 617, Cometes per menſem apparuit: q Hieroſolymorũ direptionẽ portendit. Polydorus libro 3 Prodigiorum.

Cum Sigeberrus infans, filius Dagoberti, die quadrageſimo à natiuitate, à ſancto Amando baptizaretur, reſpondit clara uoce, Amen. Sigebertus in Chronico, anno Domini 633. Idem Regino aſſerit, & Robertus Ganguinus.

Vltimo anno imperij ſui, Heraclius, cum cõtra Agarenos ex portis Caſpijs eduxiſſet copias, de gente ſæuiſsima, quàm Alexander Magnus ob immanitatẽ ſui ſuper mare Caſpium incluſiſſe dicitur, Angelus Domini quinquaginta duo millia de exercitu eius concidit: quæ res tantum mœrorem ei fecit, ut eo extingueretur. Ortbo Phryſingenſis libro quinto, capite nono: & Gotfridus Viterbienſis parte 16 Chronicorum.

DE MIRACVLIS SVB
Conſtante, qui & Conſtantinus dicitur.

ANno ſexto imperij Cõſtantis, qui fuit Domini 648, ingens procella multa germina euulſit, arboresq; ingentes radicitùs extirpauit, & multas columnas & chorũ monachorum Conſtantinopoli depoſuit: Paulus Diaconus libro 19 rerum Romanarum: Honorius in Chronico. Zonaras tomo 3 dicit, multas Romanorum prouincias terrę motu & procellis uentorũ afflictas eſſe. Paulo pòſt Saraceni in Aphricam irruerunt, eáq; ſibi ſubiecerunt.

Anno Domini 650, ignitus lapis, quaſi maſſa cãdentis ferri, ab occidẽte uolitare, ut draco, uiſus eſt. Lycoſthenes de Prodigijs.

Anno Domini 654, imperij uerò Conſtantis undecimo, cinere pluit. unde magnus metus Conſtantinopolin inuaſit: ignis de cœlo cecidit, & peſtis grauiſsima tribus æſtiuis menſibus graſſata eſt. Viſum etiam eſt ſpectrum uenabulo circuire, & domos pulſare: & obſeruatum eſt, totidem ex domo pulſata mori, quot uicibus pulſarum eſſet. Sigebertus: Paulus Diaconus libro decimonono rerum Romanarum.

Carnifex ab Olympio iuſſus Martinũ papam in templo interficere, cæcitate percuſſus, nequit pontificem agnoſcere: ut narrat Blõdus Decadis primę libro nono, & Liber pontificalis in Martini uitá: Sigebertus in Chronico, circiter annum Domini 657.

Anno Domini 664, quo in Britannia recepta eſt cleri tonſura, & alij characteres Romanæ beſtiæ, quinto nonas Maij hora decima, indictione ſeptima, eclipſis ſolis facta eſt: quam ſæua lues & peſtis in Britannia, & tenebrę in religione, ut ſunt miſſa Latina, inuocationes mortuorum, imagines, altaria, & ſimilia portenta Romana (à quibus illę Eccleſię hactenus liberæ fuerant, rectè docentium ſtudio & cura, qui nunc opprimebantur) & mors Imperatoris ſequuta eſt. Beda de Ratione temporum: & in Eccleſiaſtica hiſtoria libro tertio, capite uigeſimoſeptimo: Balæus Centuria decimaquarta, capite 21, in Appendice.

Cum Vuilfridus auſtrales Saxones conuertiſſet & baptizaſſet, deſcẽdit pluuia ſerena, & refloruit terra, redijtq; uiridantibus arvis annus lætus: cum tribus annis ante aduentum eius non pluiſſet in illa prouincia, & homines præ inedia ſeipſos præcipitarent in mare. Beda libro quarto, capite decimotertio hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Anglorum.

Vectarum ducem Forojulianorum, cum uigintiſex militibus, exercitum Sclauorum profli-

profligaſſe, diuinitùs terrore immiſſo ad conſpectũ eius, Paulus Diaconus lib. 5, cap. 9. de geſtis Longobardorum narrat.

DE MIRACVLIS ET PRODIGIJS ſub Conſtantino Pogonato.

ARipertus à Grimoaldo regno eiectus, cum eſſet in naui, & tenderet in Britanniã audit uocẽ à littore, qua iubebatur in patriam ſuam redire, quia ante triduum Grimoaldus eſſet extinctus, ille autẽ ad littus rediens, neminẽ uidet. unde cõcipit opinionem, diuinum nunciũ eſſe: ac in patriam redit, & regnum recuperat. Regino lib. 1: & Paulus Diaconus libro 5, capite 13: Sabellicus Enneadis 8 libro 6. factum anno Domini 670, iuxta Sigebertum.

Anno Cõſtantini Pogonati ſecundo, Domini uerò 671, tempeſtas magna tum hominibus, tum beſtijs nocumento fuit. Paulus Diaconus libro 19 rerum Romanarum.

Anno Conſtantini quarto, Domini uerò 673, in menſe Martio, per dies decem in cœlo ignis emicuit, ſecundum Palmerium: ſeu iris cõſpecta eſt, cum omniũ terrore & opinione, quaſi dies extremus ingrueret: Paulus Diaconus libro decimonono de rebus Romanorum, & Sigebertus.

Anno Conſtantini ſeptimo, Domini uerò 676, cum Adeodatus pontifex Romanus obijſſet, per menſes quatuor uiſa ſunt elementa in urbis Romæ & Italiæ excidium coniuraſſe. Nam continuati imbres tonitruis fulguribusq; immixti, armenta & homines interfecerunt, & fruges perierunt omnes præter legumina, quæ initio uentis excuſſa repullularunt, & ad maturitatem peruenerunt: Blondus libro nono Decadis primæ: Sigebertus.

Anno Domini 677, iuxta Sigebertũ (Beda uerò libro quarto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, cap. duodecimo, annum 678 indicat) Conſtantini autem octauo, in Auguſto, per tres menſes Cometa excelſam flammam, quaſi columnã præferens, à parte orientali, à gallicinio uſque ad ortum ſolis apparuit. Sigebertus: Platina: Paulus Diaconus libro decimonono rerum Romanarũ. Sequuta eſt peſtis in oriente.

Anno Conſtantini octauo, locuſtæ per Syriam & Meſopotamiã agminatim uolitarunt. Paulus Diaconus lib. 19 rerum Romã. & Honorius in Chronico.

Circiter annum Conſtantini nonum, Callinicus architectus ab Heliopoli Syriæ ad Romanos profugus, ignem in aquis ardentem inuenit: quo uſi Romani, Saracenorum naues exuſſerunt. Sigebertus, & Zonaras Tomo tertio.

Anno uerò Conſtantini decimo, magnus terræmotus per Meſopotamiam factus eſt: ac in Edeſſena urbe baſilicæ aſtenſus, & Trullus corruit: Paulus Diaconus lib. 19 rerum Romanarum.

Circiter annum Conſtantini duodecimũ, aut paulo pòſt, ea hora qua Monothelitarũ hæreſis in Synodo damnabatur, multæ aranearũ telæ de cœlo in medium populũ ceciderunt: in teſtimoniũ, ſordes hæreticæ prauitatis depulſas eſſe. Regino in Chronico.

Anno Domini 682, paulo poſt Synodum ſextam uniuerſalem, Conſtantini decimoquarto, iuxta Palmeriũ: aut decimotertio, iuxta Sigebertũ: ſolis eclipſis facta eſt, quinto Nonas Maij, hora diei decima, indictione octaua: Regino in Chronico. Sed ſuo adiungit, etiam eclipſin lunæ penè eodem tempore factam: quam ſequuta eſt grauiſſima peſtis ad menſes tres, Romæ & Ticini. Ac narrat Regino, bonum & malum angelum oberrare uiſos, & hunc ex illius præſcripto uocabulo toties pulſaſſe fores, quot mori deberent ex eadem domo. Chronicon Saxoniæ hæc anno Domini 615 accidiſſe narrat. Sed potuerunt diuerſis temporibus ſimilia euenire.

Anno Conſtantini decimoſexto, menſe Martio, Veſuuius exarſit, & ignes per aliquot dies & cinerem euomuit, adeò ut omnia uirentia circumquaq; perderet. Secuta eſt Saracenorũ in Aphricam irruptio, & excidium Carthaginis. Paulus Diaconus lib. 6, cap. 4 de geſtis Longobardorum.

Anno Domini 687, ſub pontifice Benedicto, ſtella iuxta Vergilias, per aliquot dies & noctes, cœlo ſereno, inter natalem Domini & Epiphaniam apparuit omnimodo adumbrata, ueluti cum luna ſub nube eſt conſtituta. Paulus Diaconus libro ſexto, cap. 4 de geſtis Longobardorum. Platina & Sabellicus fatentur, Cometam fuiſſe, ſed circa ſidus Vergiliarum accidiſſe dubitant: cum conſtet Vergilias circa uernum æquinoctium, ad nonum Calendas Aprilis oriri. poſtea uerò menſe Februario, in meridie, ſtella ab occaſu exijt, & magno cum fulgore in partes Orientis declinauit. Paulus Diaconus ibidem.

Anno Conſtantini 16, fames & peſtis in Syria & Libya graſſata eſt. Paulus Diaconus libro decimonono rerum Romanarũ, & Honorius.

Anno eiuſdem decimoſeptimo, in Anglia ſanguine pluit. Henricus de Erphordia, capite 58.

Pontifice Leone, qui fuit ſub finem imperij Conſtantini, 16 Aprilis, indictione 11, luna ueſperi poſt cœnam Domini cœpit obſcurari: & ſanguineum uultum præ ſe tulit, uſq; ad gallicinium. Liber pontificalis.

DE MIRACVLIS SVB
Iuſtiniano ſecundo.

ANno ſecundo imperij Iuſtiniani, fames Syriā afflixit, adeò ut multi inde in Romaniam ingreſsi ſint. Paulus Diaconus lib. 19 rerum Romanarum.

Anno Domini 690, qui fuit tertius Iuſtiniani, ſquæ diluuiū fuit in finibus Venetiarum & Liguriæ, cęteriſq; regionibus Italię, quale maius poſt Noe tempora creditur nō fuiſſe. Factæ ſunt lacunæ poſſeſsionum ſeu uillarum, hominumq; pariter & pecudum magnus interitus: deſtructa ſunt itinera, diſsipatę uiæ, tantumq; Atheſis fluuius excreuit, ut urbis Veronenſis muri ex parte una ſubruti fuerint. Fuit autem inundatio illa Calendis Nouembris, quin & tantę coruſcationes & tonitrua tunc fuerunt, quantæ uix æſtiuo tempore fieri ſolent. Tyberis quoque Romæ in tantum excreuit, ut aquę eius ſupra muros influerent, & maximas in ea regiones occuparent. Tunc per alueum eiuſdem fluuij, cum multa ſerpentium multitudine, draco etiam miræ magnitudinis per urbem tranſiens, uſque ad mare deſcendit. Subſecuta eſt ſtatim hanc inundationē grauiſsima peſtis, quam inguinariam appellant, quæ tanta clade populum deuaſtauit, ut ex inexiſtimabili multitudine uix pauci remanerent. Lycoſthenes de Prodigijs.

Anno Iuſtiniani nono, Domini uerò 695, hora diei tertia, ſol obſcuratus adeò eſt, ut ſtellæ in cœlo conſpicerentur. Paulus Diaconus libro decimonono rerum Romanarum.

DE MIRACVLIS ET PRO-
digijs ſub Leontio.

LEontio Conſtātinpoli Noreſium portū emundante, bubonis peſtis urbi incubuit, & in quatuor menſib. multos de plebe extinxit. Paulus Diacon. lib. 20 rerū Roma.

Cæcus quidam, cui Ebroinus effoderat oculos, cum ad ripam Sogonæ fluuij reſediſſet orandi gratia, audiebat impetum nauigantium contra flumen: cum uerò interrogaſſet, quò cum naue tenderent? reſpondebatur ei: Ebroinum ad Vulcaniam ollam deferimus, ut iſthic ſcelerum pœnas luat. Adon Viennenſis ætate ſexta.

Anno Domini ſeptingenteſimo, in Campania, frumentum, hordeum, legumina inſtar pluuiæ de nubibus ciciderunt: ut indicatur in Chronico Aeditui, & à Nauclero Generatione uigeſimaquarta.

DE MIRACVLIS SV-
perſtitioſis & fabuloſis.

CReſcente Antichriſto, oportebat etiā ſigna mendacia magis magiſq; cumulari, iuxta Pauli uaticinium 2 Theſſal. 2. Talium uerò plurima in hiſtoria huius ſeculi occurrunt: quorum quædam annotabimus.

SIGNA MENDACIA PRO
opinione confirmanda, quòd mortui poſſint miracula facere.

CVm eſſet Ebroino nunciatum, quòd ad tumulum Leodegarij fierent miracula, miſit eò militem exploratum. is autem calcans locum pedibus, inquit: Moriatur, qui mortuum poſſe miracula facere credit. Ad eam uocem concidit, & expirauit. Vincen. lib. 23, cap. 125.

SIGNA MENDACIA, PRO
reliquijs ſanctorum commendandis.

DE RELIQVIIS OSVVALDI.

NVgatur Beda, in eo loco ubi Oſuualdus rex Anglorū interfectus eſt, equum, & poſtea puellam paralyticam eſſe ſanatos: & puluerem ex eo loco ablatū, multorū curaſſe ęgritudines: & ab incendio poſtē, de quo ſuſpenſus erat, ſeruaſſe integrum, reliquis omnibus in cinerem conuerſis: libro tertio, cap. 9 & 10. Capite uerò ſequenti fabulatur, ſuper reliquijs eius tota nocte columnā lucis à carro uſque ad cœlum extenſam, conſpectam eſſe in prouincia Lindiſſa: & in loco in quo effuderant aquam, qua lauerant illas reliquias, dæmoniacos eſſe ſanatos: & puluerem inde ſublatū, ab alio dæmoniaco omnes dæmones abegiſſe: & ad tumbam eius puerum febricitantem eſſe ſanatum, & quendam à morte reſuſcitatum, cap. 11. 12. 13. Tantum ualent ſuperſtitio & nugæ, ſi fides illis adhibeatur, quibus emolumento fuit talia in uulgus uerbi Dei ignarum, & nouarum rerum mirabilium auidum ſpargere.

De reliquijs Baptiſtæ.

De Iohanne baptiſta Sigebertus in Chronico ſic ſcribit: Anno Domini 613, uirtus & nomen ſancti Iohannis Baptiſtæ miraculis declaratur apud urbem Galliæ Maurienam, de reliquijs corporis ipſius diuinitùs illuſtrata, hoc modo: Io ea olim mulier ſancto Baptiſtæ nimis deuota, expetebat ab eo, donari ſibi aliquid de membris eius: & in hac orandi inſtantia per triennium perſiſtens, cum alter quiuis iam poſſet deſperare, ipſa ſpem in Deo ponens, iurauit ſe non manducaturam, donec quod petebat acciperet. & ſic ſeptem diebus ieiunans, ſeptima tandem die deſuper altari pollicem miri candoris apparēre uidens, læta donum Dei accepit. Ad quod adorandum tres epiſcopi uenientes, cum de hoc ſancto pignore partem elicere uellent, tres ſanguinis guttas ex eo ſtillare in linteo ſuppoſito ſtupuerunt, & ſinguli ſingulas ſe meruiſſe lætati ſunt.

De reli-

DE RELIQVIIS SE-
baſtiani.

Iuo in Chronico, & Paulus Diaconus lib. 6, cap. 2 de geſtis Longobardorum, narrant: quòd cum tempore Conſtátini, circa annum Domini 682, per tres mēſes, Iulium, Auguſtū & Septēbrē, peſtis Ticinū adeò depopulara eſſet, ut ciuibus iods fugientib. herbę & fruticeta enaſcerētur in plateis, reuelatū eſſe quibuſdā uiris, nonprius peſtē abiturā, quàm Sebaſtiani martyris altare in baſilica Petri conſtrueretur. atq; euētum correſpōdiſſe. Reliquijs enim Sebaſtiani Roma Tricinū tranſlatis, altari extructo, lues illa quieuit. Atque hinc ſuperſtitio de Sebaſtiani cōtra peſtem præſidio, rudium animos occupauit.

DE RELIQVIIS A-
naſtaſii.

Eòdem pertinet etiam illud, qood Beda, Adon, & Ottho Phryſingenſis, narrant: dæmoniacum indutum tunica Anaſtaſij martyris, eſſe curatum.

DE RELIQVIIS BE-
nedicti.

Et quæ Iuo in Chronico, de Benedicti, eiuſq; ſororis Scholaſticæ cadaueris per Aigulphum monachō inuentione, & tráslatione Floriacū, & reſuſcitatiōe duorū mortuorū, & de loci cœlitùs indicatione per fulgur, quo reliquię illæ eſſent collocandæ, narrat: quid aliud ſunt quàm nugę, ad νεκρολατρείαν probandam ſummo ſtudio confictæ?

DE RELIQVIIS AIDANI.

Lecticam Aidani bis inter ipſas flammas ſeruatam, multorū languores & morbos curaſſe, aſſulis inde excilis, & in aquá miſsis, narrat Beda lib. tertio, cap. decimoſeptimo Eccleſ. hiſtorię. Vide quid faciat ſuperſtitio? Simile eſt quod idem nugatur de Earcanualdi Londonēſis epiſcopi feretro curuli, quaſi eo febricitantes, & alijs ægritudinibus correpti, ſint ſanati: libro 4. cap. 6. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

DE RELIQVIIS VEDASTI.

Anno 15. Conſtantis, Domini uerò 658, Audomarus cæcus Vedaſti uirtute, ad preces epiſcoporū & abbatum uiſum recepit: quem cum ægreferret, propterea quod pro ſua ſalute cęcitatem ſibi immiſſam exiſtimabat, denuò excæcatus eſt. Sigebertus in Chronico. Sed bonis illis uiris pro Sanctorum commendatione facilè fuit hęc & ſimilia comminiſci.

SIGNA MENDACIA PRO
opinione, Sanctos poſſe nocere ijs quibus infenſi ſunt.

¶ Sigebertus in Chronico nugatur, Gregoriū increpaſſe ſucceſſorē ſuū Sabinianū, ſibi detrahēnté: ac poſtea caput eius percuſsiſſe, ex qua plaga mortuus ſit.

Regino narrat, Clodoueum regem Francorū, propterea quòd minus religioſè corpus Dionyſij diſcooperuerit, & os brachij eius fregerit & rapuerit, cōfeſtim ſtupefactū in amentiam incidiſſe, & poſt duos annos uitá cū regno finijſſe. Idem Adon Viennēſis ætate 6. & Nauclerus Generatione 23. Sigebertus annotat annum Domini 660.

Laurentius ex Britannia diſceſſurus, ob regis impietatem, pernoctat in eccleſia diui Petri. Apparet autem ei Petrus, & flagellis acrioribus eum cędit, ac uetat eum deſerere gregem, quem ſibi concredi diſſet. Ille ergo manè ad regē accedit, & plagas ei monſtrat, & à Petro ſeſe accepiſſe affirmat. Rex abiecto cultu idolorum baptizatur: & Mellitū ac Iuſtum, quos eiecerat, reuocat. Beda lib. ſecundo, capite ſexto hiſtoriæ Eccleſiaſticæ gentis Anglorum. Scitè à Laurētio iſta uidentur eſſe conficta, ad ſtuporem regis Ethnici. uerè enim à Petro eum flagellatum eſſe haud quiſquam, niſi ſuperſtitioſus, credat.

Fabulatur Vincentius libro uigeſimo tertio, capite nonageſimo, quòd ſanctus Quintinus nobilem quendam ſuperbum, ac (ut uidetur) nihil baſilicę eius cōferentē, noctu cęciderit, ac iuſſerit uulnera populo oſtētare: quæ res tū alios, tū ipſum quoq; liberalē fecit erga ſacrificos, idolō Quintini colētes.

Simile eſt, quod ibidem de falſo teſte narratur: cui primò proprium, poſtea uerò aureum naſum abſciderit.

Simile eſt, quod idem capite 111 nugatur, ſacrilegum in Bertini eccleſia à dæmonibus territum, & mente deiectum eſſe. Sic ſcilicet dæmones ſanctorum bona cuſtodierunt, & defenſarunt.

SIGNA MENDACIA, PRO
opinione, quòd Sancti tueantur bona ſuorum clientum.

¶ Rotharij Longobardorum regis defuncti ſepulchrum ſacerdos quidam aperuit, furaturus quæ cum eius cadauere erant recondita. Sed Iohannes Baptiſta, quem Rotharius ſemper ueneratus fuerat, comparuit, & furem illum abegit. Heinricus Erphordienſis capite 57, ex Longobardorum geſtis. Sabellicus Enneadis octauæ libro ſexto miratur, quòd homo Arianæ impietatis ſuperis tam charus fuerit. Sed diabolus uoluit ſuperſtitionem de cultu ſanctorum, hoc pacto confirmare.

SIGNA MENDACIA, PRO
opinione, quòd Sancti pro cultoribus ſuis intercedant, ac uiciſsim neglectores & hoſtes ſuos puniant.

¶ Conſtans in Longobardos moturus, eremitam conſulit de exitu belli. Ille uerò cum pro oraculo diuino diu inuocat, uidet

ad ſe uenite Michaelē archangelū, Iohannē Baptiſtā, & Petrū apoſtolū, quorum unus ad ſolitariū inquit: Dic imperatori Cōſtanti, q; ad talē rē, quā habet in corde ſuo diſpoſitā, Domini uolūtas adhuc nō eſt. Gens Longobardorū qui in Italia habitāt, ſuperari nunc ab aliquo nō poteſt: quia regina quędā, quę ex alia prouincia uenit, baſilicam in honore Dei & ſancti Iohānis Baptiſtæ conſtruxit in Longobardorū finibus, & ornauit eā facultatib. honorificis, fecitq; ut famuli & famulæ & reliqua ibidē Deo ſeruiētib. ſubiecta ſint, & ſacerdotes in ipſo oratorio Deo fideliter ſeruiūt, & propter hoc ipſe ſanctus Iohānes pro Longobardorū gēte cōtinuè intercedit. Ipſa uerò gens ſuppliciter ac deuotè de ſuis facultatib in honorē Dei & ſancti Iohannis Baptiſtę, omni anno in die natiuitatis dicti Baptiſtę Domini munera offert, ad conſeruandū ipſum oratoriū. Locus in Modœcia dicitur. Verūtamē tibi dicturi ſumus in Deo: Veniet tēpus & dies, quādo ipſum ſuprà memoratum oratorium omnes habitatores terræ huius habebūt deſpectui, & omnes eius facultates inde expellent, & famulos ac famulas qui ibi ſubacti ſunt, propter facultates eorum ſæpe affligent: & ſacerdotes qui nunc ibi Deo ſeruiunt die ac nocte, inquieti erunt nimis, & auferentur quæ eorum ſunt, propter quod ducetur uita eorum in amaritudine. Quando hęc inchoabuntur, & uos cerneris fieri, certè tunc ipſa gens peribit cum omnibus quæ ed illos pertinent, & ſtabunt in improperium omnibus gentibus quę in circuitu illorum ſunt. Et dixit ad eos ſolitarius: Obſecro clementiam ueſtram, ſi conuerſi fuerint ad ſuperiorem promiſsionem & conuerſarionem ſuam, non'ne inuenient miſericordiam? Reſponderuntque: Scis quę Veritas dixit? Cōuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Eâdem autem hora à conſpectu eius euanuerunt. Facto autem manè, ita eidem Conſtanti Auguſto, ut ſuprà ſcriptum eſt, per ordinem omnia diligenter reuelauit. Tunc Imperator libenter accepit uerba eius. Paulus Diaconus lib. 5, cap. 4 de geſtis Longobardorum.

Vincentius libro uigeſimotertio, capite trigeſimo, nugatur, Mariam pro abbatiſſa Salaberga intercedentem, impetraſſe ei uitam longiorem.

Nugas ſuperſtitioſiſsimas Robertus Ganguinus lib. 3, in Clotharij uita, refert: & Regino in Chronico: quòd Dionyſius, Ruſticus, & Eleutherius, martyres in ſacello quodā, ceruū à Dagoberto agitatum, contra canes defenderint: & poſtea Dagobertum eōdem profugum, iuſſerint ſibi tumulos maiori apparatu extrui, quo à populo magis colantur: & pro eo beneficio promiſerint ſe iratum eius parentem placaturos.

Huic ſimile eſt, quòd poſtea cū templum in honorē iſtorū à Dagoberto extructū, conſecrādū eſſet, cuidā leproſo in eo pernoctāti, uiſus ſit Chriſtus cū Petro & Paulo, Dionyſio, Rūſtico & Eleutherio per feneſtrā in baſilicam deſcendere, eamque conſecrare. & quòd mandarit, ut diceret ſacerdotibus, nō opus eſſe alia dedicatione: ac in eius rei teſtimonium lepram ab homine iſto ſuſtulerit, & lapidi cuidam agglutinarit, ut ab alijs ſpectaretur.

Huius farinæ eſt etiam, quod idem Ganguinus refert, Iohannem anachoretam Anſoaldo Pictauorum epiſcopo narraſſe, ſe à quodam ſene reuerendo ex ſomno excitatū eſſe, ac iuſſum orare pro anima Dagoberti eadem hora defuncti. id uerò cum feciſſet, in medio mari ſe turbam dæmonū conſpexiſſe, qui animā regis cymba deuehētes ad pœnas rapuerint. illam uerò contra eos frequēter opem Martini, Mauricij & Dionyſij martyrū inclamaſſe: ac mox procellā cum fulgore & crebris imbribus exortam eſſe, & tres illos uiros candidis ueſtibus ad ſe ueniſſe, profitentes ſe eos eſſe, qui inuocati uelint Dagoberto opitulati: ac ſine mora animam ſupplicis regis tormentis exemiſſe, & ſecū in cœlum aſportaſſe. Hæc ex uanis ſomnijs & nugis profluentia, nihilominus ſuos inuenerunt approbatores. Nā Andoenus Rothomagenſis epiſcopus, ea literis mandauit: ut narrat idem Ganguinus. Sigebertus in Chronico, circa annum Domini 645, paulo aliter narrat eam fabulam, ſicut plerunq; in illis ſolent autores uariare: quòd nimirū cuidam reuelatum ſit, animam Dagoberti ad iudiciū raptam, & accuſatā à multis ſanctis, propter eccleſiarū ſuarū expoliationē: ac malis angelis eam abripere conantibus, Dionyſium Pariſienſem martyrem interueniſſe, eamq; liberaſſe, modo pœnitentię pręſcripto, ut ad honorem Dei & beatorū *Petri* & Pauli apoſtolorū, quos offenderat, eccleſiam ædificaret. Nauclerus Generatione 21. Sed quis nos certiores faciat, iſtam reuelationē nō fuiſſe diaboli illuſionē? cū ex uerbo Dei certò cōſtet, à mortuis non eſſe ueritatē ſciſcitandam, & animas mortuorum nō reuerti neq; ex inferno, neq; ex ſinu Abrahæ? Lucæ decimoquarto.

Cum Chunibertus cū præfecto ſuo clàm inijſſet conſilium, de Aldone & Grauſone interficiendo, muſca maiuſcula in feneſtra conſidebat, cui ille cultello pedē abſcindit. Cum aūt Aldo & Grauſo eſſent ad regē adituri, claudus quidā altero pede aperit eis inſidias regis. Illi ergo ſtatim in baſilicam Romani martyris fugiunt. Rex, re cognita perquirit, quis eis dixerit de inſidijs? Illi reſpondent,

reſpondent, quendam claudũ & truncum pede altero ab aula deſcendiſſe,& ſibi nunciaſſe. Rex, qui ſuſpicatus fuerat præfectum ſuum id feciſſe, agnoſcit, muſcam illam dæmonem fuiſſe,& denunciaſſe illis: ac mutatato conſilio, in gratiam eos recepit. Hæc à præfecto & alijs fictaui dentur. Nam cacodæmon, qui cædium autor eſt, haud impedijſſet necem: niſi fortè ea ratione de Romano martyre ſuperſtitionem aliquam conatus ſit confirmare. Paulus Diaconus lib. ſexxto, capite tertio, de geſtis Lõgobardorum.

SIGNA MENDACIA QVIbus *confirmata eſt opinio de Sanctorum mortuorum inuocatione.*

¶ Nugatur Vincentius libro uigeſimotertio, capite nonageſimo, ex Gregorio Turonenſi, Quintinum à presbytero inuocatum effeciſſe, ut latro ſuſpenſus de patibulo decideret. Quaſi uerò non alia ratione id potuiſſet accidere, quàm commenticia martyris uirtute.

Idem cap. 119 nugatur, ſicarium quendam Proiecti, uota ad eum mortuum feciſſe: & oleo lampadis templi eius inunctum, brachiũ fractũ ſanaſſe, ac reliquos cędis eius autores magna ui pecuniæ templo eius illata, iram diui iſtius placaſſe.

SIGNA MENDACIA PRO *opinione, Sanctos mortuos reuelaſſe de locis, ubi templa ſibi ædificari uelint.*

¶ Narrat Palmerius, Petrum, Raphaelem, Ieſum Chriſtum, Mariam, Iohannem Baptiſtam, Iuſtinam, duodecim Apoſtolos, diuerſis uicibus Magno Oppitergẽſi epiſcopo reuelaſſe, ubi in ciuitate Veneta uellent ſibi tẽpla extrui. Verùm ſuperſtitioſa iſta ſunt: & Sabellicus ipſe Enneadis octauæ libro 6, eã opinionem à Dandulo, qui de origine Venetę urbis ſcripſit, improbari affirmat. Quid enim mortuis eſt negocij cum templis ſaxeis aut ligneis?

SIGNA MENDACIA PRO *opinione, quòd alius locus alio ſit ſanctior ad orandum.*

¶ Fabulam narrat Vincentius libro uigeſimotertio, capite nonageſimotertio, de Andoeno. quòd ad locũ, qui nũc crux Chriſti ſancti Andoeni dicitur, muli eius cũ curru immobiles ſubſtiterint: & ille ad cœlos reſpiciens, uiderit uexillum crucis, indeque cognouerit Deũ iſthic uelle coli: ac noctu columna ignea ſuper eo loco uiſa ſit, & eò multi homines confluẽtes ſanati ſint. Sed quis ſanus non intelligat, hæc uel fabuloſa eſſe (uoluerũt enim ſacrifici hoc modo homines excitare ad liberalitatem) aut certè ad ſuperſtitionem referẽda? cum in uerbo Dei ſcriptũ ſit, in omni loco Deum rectè inuocari. & cũ Matthæi 24 Chriſtus moneat: Si dixerint, Hic eſt Chriſtus, aut illic, nolite credere, nolite exire.

Simile eſt, quod ibidem nugatur, eum iuxta inſulam Beluonicam dormientem, angelicis colloquijs eſſe iuſſum, iſthic baſilicã in honorem Stephani ędificare.

Simile eſt, quod idem capite 102 fabulatur, Andoenum in alio quodam loco, ubi uideret figuram crucis, ędificaſſe templum, & cœnobium extruxiſſe.

SIGNA MENDACIA PRO *Peregrinatione ad loca ſancta.*

¶ Goericum ab angelo monitum, profectum eſſe ad ciuitatem Metenſem, ut limina Stephani uiſitaret: idem nugatur lib. 23, cap. 74. Quod ſanè profuit ad ſuperſtitioſam peregrinationem ad ſanctorũ cadauera.

SIGNA MENDACIA PRO *Purgatorio.*

¶ Anno Domini 671, iuxta Sigebertũ, quidã nomine Drithelmus in regiõe Northanũbrorum, quæ uocatur Incunningum, uir pius & honeſtus, incidit in morbum: eoq; aggraueſcente, ueſperi moritur. Diluculo uerò cum ad feretrum aſsiderent pro more flẽtes amici & uxor, reuiuiſcit, ſeq; erigit. Perterriti omnes, fugiunt primùm: ſed tandẽ reipſa cognoſcunt, eum uiuere. Ille autem ad uxorem inquit: Noli timere, quia iam uerè reſurrexi à morte, qua tenebar, & apud homines ſum iterum uiuere permiſſus. Nõ tamen ea mihi, qua antè conſueueram, conuerſatione: ſed multum diſsimili ex hoc tẽpore uiuendum eſt. Statimq; ſurgẽs abijt ad uillulę oratorium, & uſq; ad diem in oratione perſiſtens, mox omnem quã poſſederat ſubſtantiã in tres diuiſit portiones. E quibus unam coniugi, alteram filijs tradidit: tertiam ſibijpſi retentans, ſtatim pauperibus diſtribuit. Nec multo pòſt ſeculi curis abſolutus, ad monaſterium Mailros, quod Tuidi fluminis circumflexu maxima ex parte clauditur, peruenit. Acceptaq; tonſura, locum ſecretæ manſionis, quam pręuiderat, abbas intrauit: & ibi uſque ad diem mortis in tanta mentis & corporis contritione durauit, ut multa illum quæ alios laterent, uel horrenda uel deſideranda uidiſſe (etiamſi lingua ſileret) uita loqueretur. Narrabat enim hoc modo, quod uiderat: Lucidus, inquit, aſpectu & clarus erat indumento, qui me ducebat: incedebamus autem tacentes (ut uidebatur mihi) contra ortum ſolis ſolſtitialem: cumq; ambularemus, deuenimus ad uallẽ multæ latitudinis ac profunditatis, infinitę autem longitudinis: quæ ad lęuam nobis ſita, unum latus flammis feruentibus nimiũ

terribile, alterum furenti grandine ac frigore niuium, omnia perſtante atque uerrente, non minus intolerabile præferebat. Vtrumque autem erat animabus hominum plenum, quæ uiciſsim hinc inde uidebantur quaſi tempeſtatis impetu iactati. Cum enim uim feruoris immenſi tolerare non poſſent, proſiliebant miſeræ in medium frigoris infeſti. Et cum neque ibi quippiam requiei inuenire ualerent, reſiliebant rurſus urendæ in medium flammarum inextinguibilium. Cumque hac infelici uiciſsitudine longè lateque, prout aſpicere poteram, ſine ulla quietis intercapedine, innumerabilis ſpirituum deformium multitudo torqueretur, cogitare cœpi, quod hic fortaſſe eſſet infernus, de cuius tormentis intolerabilibus narrare ſæpius audiui. Reſpondit cogitationi meæ ductor, q me pręcedebat: Nō hoc, inquiens, ſuſpiceris: non enim hic infernus eſt ille, quem putas. At cum me hoc ſpectaculo tam horrendo perterritum, paulatim in ulteriora produceret, uidi ſubitò ante nos obſcurari incipere loca, & tenebris omnia repleri. Quas cum intraremus, in tantum pauliſper condenſatę ſunt, ut nihil præter ipſas aſpicerem: excepta duntaxat ſpecie & ueſte eius qui me ducebat. Et cum progrederemur ſola ſub nocte per umbras, ecce ſubitò apparent ante nos crebri flammarum terrarū globi aſcendentes quaſi de puteo magno, rurſumq; decidentes in eundem. Quò cum perductus eſſem, repentè ductor meus diſparuit, ac me ſolum reliquit in medio tenebrarum & horrendæ uiſionis. At cum eidem globi ignium ſine intermiſsione modò alta peterent, modò ima barathri repeterent, cerno omnia quæ aſcendebant faſtigia flammarū plena eſſe ſpiritibus hominum, qui inſtar fauillarū cum fumo aſcendentium nunc ad ſublimiora proijcerentur, nūc retractis ignium uaporibus relaberentur in profundum. Sed & fœtor incomparabilis cum eiſdem uaporibus ebulliens, omnia illa tenebrarum loca replebat. Et cū diutius ibi pauidus conſiſterem, utpote incertus quid agerem, quò uerterem greſſum, qui'ue mihi finis maneret, audio ſubitò poſt terga ſonitum immaniſsimi fletus, ac miſerrimi: ſimul & cachinnum crepitantem, quaſi uulgi indocti captis hoſtibus inſultantis. Vt autem ſonitus idem clarior redditus, ad me uſque peruenit, conſidero turbam malignorum ſpirituum, quæ animas hominum mœrentes eiulantesq;, ipſa uerò multum exultans & cachinnans, medias illas trahebat in tenebras. E' quibus uidelicet hominibus, ut dignoſcere potui, quidam erat attonſus ut clericus, quidam laicus, quædam fœmina. Trahentes autem eos maligni ſpiritus, deſcenderūt in mediū barathri illius ardētis. Factumq; eſt, ut cum longius ſubeuntibus eis, fletum hominum & riſum dæmoniorum clarè diſcernere nequirem, ſonū tamen adhuc promiſcuum in auribus haberem. Interea aſcenderūt quidā ſpirituum obſcurorum de abyſſo illa flammiuoma, & accurrentes circūdederunt me, atq; oculis flammantibus, & de ore ac naribus ignem putidum efflantes, angebāt. Forcipibus quoque igneis, quos tenebant in manibus, minitabātur me comprehendere, nec tamen me ullatenus contigēre, tametſi terrere præſumebant. Qui cum undiq; uerſum hoſtibus & cæcitate tenebrarū concluſus, huc illucq; oculos circūferrē, ſi fortè alicūde quid auxilij quo ſaluarer adueniret: apparuit retro uiā, quà uenerā, quaſi fulgor ſtellę micātis inter tenebras, qui paulatim creſcēs, & ad me ocyus feſtinās, ubi appropinquauit, diſperſi ſunt, & aufugerunt oēs, qui me forcipib. rapere quęrebāt ſpiritus infeſti. Ille aūt qui adueniens eos fugauit, erat ipſe qui antè ducebat. Qui mox cōuerſus ad dexterū iter, quaſi cōtra ortū ſolis brumalē me ducere cœpit. Nec mora exemptū tenebris, in auras me ſerenę lucis eduxit. Cūq; me in luce aperta duceret, uidi ante nos murū pmaximum, cuius neq; longitudini hinc uel inde, neq; altitudini ullus eſſe terminus uideretur. Cœpi autem mirari, quare ad murū accederemus, cū in eo nullā ianuā uel feneſtram uel aſcenſum alicubi conſpicerem. Cum ergo perueniſſemus ad murum, ſtatim neſcio quo ordine fuimus in ſummitate eius. Et ecce ibi erat campus latiſsimus ac lætiſsimus, tantaque fragrantia uernantium floſculorum plenus, ut omnem mox fœtorem tenebroſę fornacis, qui me peruaſerat, effugaret admirandi huius ſuauitas odoris. Tanta autem lux cuncta ea loca perfuderat, ut omni ſplēdore diei ſiue ſolis meridiani radijs uideretur eſſe præclarior. Erantq; in hoc campo innumera hominū albatorum conuenticula, ſedesq; plurimæ agminū lætantium. Cumq; inter choros feliciū incolarū medios me duceret, cogitare cœpi, quod hoc fortaſſe eſſet regnum cœlorū, de quo prędicari ſæpius audiui. Reſpondit ille cogitatui meo: Nō, inquiens, hoc eſt regnum cœlorum, quod autumas. Cumque procedentes tranſiſſemus, & has beatorum manſiones ſpirituum: aſpicio ante nos multo maiorē luminis gratiā quàm prius, in qua etiam uocem cantantiū dulciſsimā audiui: & odoris fragrātia miri tanta de loco effundebatur, ut ia quē antea deguſtās, quaſi maximū rebar, iā permodicus mihi odor uideretur. Sicut etiam lux illa campi florētis eximia, in cōparatione eius quę nunc apparuit lucis,

lucis,tenuiſsima prorſus uidebatur, & patna. In cuius amœnitatem loci, cum nos intraturos ſperarem, repentè ductor ſubſtitit: nec mota greſſum retorquens, ipſa me uia qnà uenimus reduxit. Cumq; reuerſi perueniremus ad manſiones illas lætas ſpiriruũ candidatorum, dixir mihi: Scis quæ ſint iſta omnia quæ uidiſti? Reſpondi ego: Noo. & ait: Vallis illa quam aſpexiſti, flammis fetuentibus & frigoribus horrenda rigidis, ipſe eſt locus in quo examinandæ & caſtigandæ ſunt animæ illorum, qui differentes confiteri, & emendare ſcelera ſoa quę fecerunt, in ipſo randem mortis articulo ad pœnitentiã cõfugiunt, & ſic de corpore exeunt: qui tamen, quia confeſsionem & pœnitentiam uel in morte habueruot, omnes in die iudicij ad regnũ cœlorũ peruenient. Multos autem pteces uiuentium, & eleemoſynæ, & ieiunia, & maximè celebratio miſſarum, ut etiam ante diem iudicij liberẽtut, adiuuãt. Porrò puteus ille flãmiuomus ac putidus, quem uidiſti, ipſum eſt os gehennæ, in quo quicunq; ſemel incidetit, nũquam inde liberabitur in æoum. Locus uetò ille florifer, in qoo polcherrimam haoc iuuentutem iocundari ac fulgete conſpicis, ipſe eſt io quo recipiũtut animæ eorum, qui in bonis quidem operibus de corpote exeunt: non tamen ſunt tantæ perfectionis, nt in regnum cœlótum ſtatim meteantur introduci, qui tamen omnes in die iudicij ad uiſiooẽ Chriſti & gaudia regni cœleſtis intrabuot. Nam quicunq; in omoi uetbo & opere & cogitatiooe perfecti ſunt, mox de cotpore egreſſi ad regnum cœleſte petueniunr. Ad cuius uicinia pertinet locus ille, ubi ſonum cantilenæ dulcis cum odote ſuauitatis ac ſplendore lucis audiſti. Tu aũt, quia nunc ad cotpus teuerti, & rutſum ioter homines uiuere debes, ſi actus ruos curioſius diſcutere, & mores ſetmoneſque tuos in rectitudine ac ſimplicitate ſeruare ſtuduetis, accipies & ipſe poſt mortem locũ manſionis inter hæc quæ cernis, agmina lætabunda ſpirituum beatorũ. Namq; ego cũ ad tẽpus abſceſsiſſem abs te, ad hoc feci, ut quid de te fieri deberet agnoſcetem. Hæc mihi cum dixiſſet, mulrum deteſtatus ſum reuetti ad cotpus: delectarus oimirum ſuauitate ac decote loci illius qoem inruebat, ſimol & conſortio eorum quos in illo eſſe uidebam. Nec tamen ductotem meom aliquid rogare audebam. Sed inter hæc neſcio quo ordine, repehtè inter homines me uiuere cerno. Hiſtoria Eccleſiaſtica Bedæ libto quioto, capite decimotertio. Hac illuſione diaboli, eo tempore porgatorium, & miſſæ, & operum fiducia, Britannis & alijs ſuperſtitioſis hominibus ſunt confirmatæ, & cõmendatę, cum oollent audire ſinceros doctores, ex uerbo Dei Romanorum ceremonias refutantes. Eadem, & quidem fabuloſa pluta, habet Vincentius libro uigeſimotertio, capite 119. Et Antoninus titulo 13, capite 3. §. ſecundo.

Huic ſimilis eſt fabula de Furſeo monacho, qui io ecſtaſi conſtitutus, angelos audiuit cantantes: Ibunt ſancti de uirtute in uirtutem. Ac poſtea iterum ab ijſdem iuſſus eſt reſpicere in mundum. At ille oculos in inferiota deflectens, uidit quaſi uallem tenebroſam ſubtus ſe in imo poſiram. Vidit & quatuor ignes in aete, non multo ab inuicem ſpacio diſtantes. Et interrogans angelos, qui eſſent hi ignes? audiuit, hos eſſe ignes, qui mnndum ſucceodentes eſſent cõſumpruri. Primom, mẽdacij: cum hoc quod in baptiſmo abrenunciare nos ſarhanæ & omnibus operibus eius ptomiſimus, minimè implemus. Secundum, cupiditatis: cum mundi diuitias amori cœleſtium præponimus. Tertium, diſſenſionis: cũ animas proximorum etiam in ſuperuacuis rebus offendere non formidamus. Quartum, impietatis: cum infirmiotes ſpoliare, & eis fraudem facere pro nihilo ducimus. Creſcentes uerò paulatim ignes oſq; ad inuicem ſeſe exteoderunt, atq; in immenſam adunari ſunt flammã. Cumq; appropinquaſſent, pertimeſcens ille dicit Angelo: Domine, ecce ignis mihi apptopin quat. At ille: Quod nõ incendiſti, nõ atdebit te. Nã etſi rerribilis iſte & grãdis eſſe rogos uidetur, tamẽ iuxta merita operũ ſingulos examinat, quia uniuſcuiuſq; cupiditas in hoc igne ardebit. Sicut enim quis ardet in corpore pet illicitam uoluptatẽ, ita ſolutus corpore ardebit per debitam pœnã. Tunc uidit unũ de tribus angelis, qui ſibi in tota utraq; uiſione ductores affuerunt, ptæcedentem ignis flammas diuidere: & duos ab utroq; latere citcumuolantes, ab ignium ſe periculo defendere. Vidit autem & dæmones pet ignem uolãtes, incendia bellotum contta iuſtos ſtruere. Sequuotur aduerſus ipſum accuſationes malignorum, defeoſiones ſpirituũ bonorum, copioſior cœleſtium agminum niſio. Sed & uirorum de ſua natione Scotorum, quos olim ſacerdotali gradu non ignobilitet potitos, fama iam uulgante comperetat: à quibus non pauca, quæ uel ipſi, uel omnibus qui audire uellent, multum ſalubtia eſſent, audiuit. Qui cum uetba finijſſent, & cum angelicis ſpiritibus ipſi quoque ad cœlos reditent, remanſerunt com beato Furſeo tres angeli, de qnibus diximus, qui eum ad corpus referrent. Cumque præfato igni maximo appropiaret, diuiſit quidem angelus, ſicut prius, ignem flammæ. Sed uir Dei,

 ubi ad

ubi ad pate factam uſque inter flammas ianuam peruenit, arripieutes immundi ſpiritus unum de eis quos in ignibus torrebant, iactauerunt in eum:& contingentes humerum, maxillamq; eius, incenderunt. Cognouitq; hominem:& quòd ueſtimentum eius morienris acceperit, ad memoriam reduxit. quem angelus ſanctus ſtatim apprehendens, in ignem reiecit. Dicebatq; hoſtis malignus: Nolite repellete, quem antè ſuſcepiſtis. Nam ſicut bona eius peccatoris ſuſcepiſtis, ita & de pœnis eius participes eſſe debetis. Contradicens angelus: Non, inquit, hoc propter auariciam, ſed propter ſaluandam eius animam ſuſcepit. Ceſſauitque ignis. Et conuerſus ad eum angelus: Quod incendiſti, inquit, hoc arſit in te. Si enim huius uiri in peccatis ſuis mortui pecuniā non accepiſſes, nec pœna eius in te arderet. Et plura locutus, quid erga ſalutem eorum qui pœniterent, eſſet agendum, ſalubri ſermone edocuit. Qui poſtmodum in corpore reſtitutus, omni uitæ ſuæ tempore ſignum incendij, quod in anima pertulit, uiſibile cunctis in humero maxillaq; potrauit. Mirūq; iu modum, quod anima in occulto paſſa ſit, caro palàm præmonſtrabat. Beda lib. 3, capite decimonono.

SIGNA MENDACIA, PRO *Miſſa, & ieiunijs, & Purgatorio.*

¶ Tēporibus Iodoci heremitæ, inter miſſas dextera Dei apparuit, & miniſterium angelorum: ut habetur in Chronico Æditui.

Nugatur Beda, re ipſa cognitum eſſe, ſacrificium Miſſarum ad redemptionem & animæ & corporis ualere. Nam Immam quendam nomine, uon potuiſſe uinculis concludi & ligari, propterea quòd frater eius preſbyter, cum putaſſet eum in prælio eſſe interfectum, pro abſolutione animæ illius ſępius miſſas fecerit. libro quarto, capite 22. Digna ſanè & firma probatio, ex rumore ad rem tā tam confirmandam.

Simile commentum Vincentius libro uigeſimoſecundo, capite centeſimodecimo refert, de quodam à Perſis capto, pro quo parentes quotannis ter Collectas fieri curarint in Theophania, in Dominica ſancta, & in Pentecoſte. Is enim liberatus, & domum reuerſus, narrauit illis: ſtatutis diebus ad ſe ueniſſe cādidum uirum, ſeq; liberaſſe è uinculis. Ex hoc fundamēto Iohannes Eleemoſynarius probauit, Collectas prodeſſe animabus defunctis.

Ad miſſarum & ieiuniorum uim confirmandam, mendax ſignum refert Beda, libro quarto, capite decimoquarto, in hunc modum. Eodem tempore quo ipſa prouincia, ſcilicet Auſtralium Saxouum, nomen Chriſti ſuſceperat, multas Britannię prouincias mortalitas ſæua corripiebat. Quæ cum præfatum quoque monaſterium, cui tunc regendo reuerendiſsimus ac teligioſiſsimus Chriſti ſacerdos uocabulo Eappa præfuit, nutu diuinæ diſpenſatiouis attingerer, multique ſiue de his qui cum antiſtite illo uenerant, ſiue de illis qui de eadem prouincia Saxonum nuper ad fidem fuerant uocari, paſsim de hac uita raperentur: uiſum eſt fratribus, triduanum ieiunium agere, & diuinam ſuppliciter obſecra clementiam, ut miſericordiam ſibi dignaretur impendere, ſiue periclitantes hoc morbo à præſenti morte liberaret, ſeu raptos è mūdo à perpetua animæ damnatione ſeruatet. Erat tunc temporis in eodem monaſterio puerulus quidam, de natione Saxonum, nuper uocatus ad fidem: qui eadem tactus infirmitate, non pauco tempore recubans in lectulo iacebat. Cum ergo ſecunda memorati ieiunij ac ſupplicationum dies ageretur, contigit fortè ipſum puerum hora fermè ſecunda diei, in loco in quo æger iacebat, ſolum inueniri: cui diuina diſpenſatione ſubitò beatiſsimi Apoſtolorum principes dignati ſunt apparere. Erat enim puer multum ſimplicis ac manſueti animi, ſinceraque deuotione ſacramenta fidei quæ ſuſceperat ſeruans. Salutantes ergo illum uerbis pijſsimis Apoſtoli, dicebant: Noli timere fili mortem, pro qua ſollicitus es. nos enim te hodierna die ad cœleſtia regna ſumus perducturi. Sed primùm expectare habes, donec miſſæ celebrentur: ac uiatico Dominici corporis ac ſanguinis accepto, ſic infirmitate ſimul & morte abſolutus, ad æterna in cœlis gaudia ſubleueris. Clama ergo ad te presbyterum Eappam, & dicito illi: Quia Dominus exaudiuit preces ueſtras, & deuotionem ac ieiunia propitius aſpexit, neq; aliquis de hoc monaſterio, ſiue de adiacentibus ei poſſeſſiunculis, hac clade ultra moriturus eſt: ſed omnes qui alicubi de ueſtris hac ægritudine laborant, reſurrecturi à languore ad priſtinam ſunt ſoſpitatem recuperandi, præter te ſolum, qui hodierna es die liberandus à morte, & ad uiſionem Domini Chriſti, cui fideliter ſeruijſti, perducendus in cœlum. Quod diuina uobis miſericordia, per interceſsionem religioſi ac Deo dilecti regis Oſuualdi, qui quondam genti Nordanuhmbrorum, & regni temporalis autoritate, & Chriſtianæ pietatis, quæ ad regnum perenne ducit, deuotione ſublimiter præfuit, conferre dignata eſt. Hac etenim die idem rex ab infidelibus in bello

corpo-

corporaliter extinctus, mox ad ſempiterna animarum gaudia aſſumptus in cœlum, & electorum eſt ſociatus agminibus. Quærāt in ſuis codicibus, in quibus defunctorū eſt adnotata depoſitio: & inuenient illum hac (ut diximus) die raptum eſſe de ſeculo. Celebrent ergo miſſas per cuncta monaſterij oratoria huius, ſiue ꝑ gratiarum actione exaudirę ſuę deprecationis: ſiue etiam in memoriam pręfati regis Oſuualdi, qui quondā ipſorum genti pręerat. Ideoq; pro eis quaſi pro ſuæ gentis aduenis ſupplex orabat ad Dominū, & cunctis conuenientibus ad Eccleſiam fratribus, communicent omnes ſacrificijs cœleſtibus: & ita ſoluto ieiunio, corpus quoq; ſuis reficiant alimentis. Quæ uerba cum omnia uocato ad ſe presbytero puer narraſſet, interrogauit eū ſollicitus, quales eſſent habitu uel ſpecie uiri, qui ſibi apparuiſſent? Reſpondit: Præclari omnino habitu & uultu erant, lætiſsimi ac pulcherrimi, quales nunquam antè uideram, neque aliquos hominum tanti decoris ac uenuſtatis eſſe poſſe credebam. Vnus quidem attonſus erat ut clericus, alius barbam habebat prolixam. Dicebantque, quòd unus eorum Petrus, alius uocaretur Paulus: & ipſi eſſent miniſtri Domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, ad tuitionem noſtri monaſterij miſsi ab ipſo de cœlis. Credidit ergo uerbis pueri presbyter, ac ſtatim egreſſus requiſiuit in annali ſuo, & inuenit eadem ipſa die Oſuualdum regem fuiſſe peremptum. Vocatisque fratribus, parate prandium, miſſas fieri, atque omnes communicare more ſolito præcepit: ſimul & infirmanti puero de eodem ſacrificio Dominicæ oblationis particulam deferri mandauit. Quibus ita geſtis, non multo pòſt eadem ipſa die puer defunctus eſt: ſuaque morte probauit uera fuiſſe uerba, quæ ab Apoſtolis Chriſti audierat. Sed & hoc uerbis eius teſtimonium perhibuit, quòd nemo præter ipſum tempore illo ex eodem eſt monaſterio raptus de mundo. Ex qua nimirum uiſione multi, qui hæc audire potuerunt, & ad exorandam in aduerſis diuinam clementiam, & ad ſalutaria ieiuniorum remedia ſubeunda, ſunt mirabiliter accenſi. Et ex eo tempore non ſolùm in eodem monaſterio, ſed & in pleriſque locis alijs cœpit annuatim eiuſdem regis ac militis Chriſti natalitius dies miſſarum celebratione uenerari.

SIGNA MENDACIA *pro uita Monaſtica.*

¶ Monaſticum genus uitæ, cum in uerbo Dei non habeat fundamenta, oportuit uanis ſomnijs & uiſionibus commendari. Vnde Beda libro quarto hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Anglorum, capite 7. 8. 9. 10. multa eius generis commemorat de cœnobio uirginum Berecingenſi, ut quòd luce cœlitus miſſa locus ſepulturæ monſtratus ſit, & quòd puer moriens uirginem appellarit, quæ & ipſa paulo pòſt ſit peſte extincta: & quomodo una ex ſororibus uiderit quandā ex iſto cœnobio aureis funibus in cœlū ſubmoueri, quam uiſionem ſecuta ſit mors Edilburgæ abbatiſſæ: & ſimiles nugæ, quas omittimus.

Cœperunt hoc ſeculo Reges etiam abdicato magiſtratu, monaſticæ uitæ ſeſe dedere. Eam impietatem mendacibus ſignis oportuit exornari. Vnde de Sebbo, Beda refert libro quarto, capite undecimo hiſtoriæ Anglorum, quòd in uiſione tres uiri ad eum ægrotantem uenerint, eiq; diem obitus & facilem mortem prædixerint. Item quòd lapideum ſarcophagum ad cadauer eius capiendum, cum eſſet anguſtius, mirabiliter ſeſe dilatauerit.

Nugatur Vincentius libro uigeſimotertio, cap. 114, niueam columbam Berchario & Niuardo, alteri ſomnianti, alteri ſpectanti, oculis deſignaſſe locum cœnobij Altiuillaris. O ſomniatores.

Ecgbertus adoleſcens peſte in Scotia graſſante, ſolus cum Edilho in monaſterio relictus, cum & ipſe cum ſodale ſuo eo morbo corriperetur, à Deo obnixè petijt, ne ſinat ſe prius extingui, quàm præteritas negligentias, quas in puericia ſua commiſerat, perfectius caſtigaret, & in bonis operibus ſe abundantius exerceret. Vouit etiam uotum, quòd nunquam in inſulam, in qua natus erat, uellet reuerti: & quòd quotidie totum Pſalterium in Dei gloriam eſſet decantaturus, niſi impediatur aduerſa ualetudine: & quòd in omni ſeptimana diem cum nocte eſſet ieiunus exacturus. Sodalis eius de ſomno expergefactus, ait: O frater Ecgberte, ò quid feciſti? Sperabam, quia pariter ad uitam æternam intraremus: uerun tamen ſcito, quia quæ poſtulaſti, accipies. Didicerat enim per uiſionem, quid ille petijſſet, & quòd petita impetraſſet. Mortuus eſt ergo Edilhus: ſed Ecgbertus conualuit, & in ſuo uoto ſeruando multos labores & moleſtias cœpit, & in regnum cœlorum non intrauit, damnatus cum ſua iuſticia Phariſaica. Matthæi 5. Quod Edilhus abſque dubio eo indicauit, quòd dixit, Sperabam nos pariter uitam æternam intraturos, quod nunc non fiet, cum fiducia tuorū operum inniti præſumas. Narrat Beda libro tertio, capite uigeſimoſeptimo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

Plena etiā nugis & uanitate pleraq; ſunt

miracula, quæ à monachis, nonnis & alijs hoc ſeculo referũtur facta, in Legẽdis (ut nocant) ſeu hiſtorijs & uitis eorũ: qualia ſunt, quòd Aurea abatiſſa monachã mortuá, cui claues commiſerat, excitarit: & acceptis rationibus ab ea, permiſerit ei mori: ut refert Vincentius libro 23. cap. 69. Et quòd ab angelo probibita ſit Euangelium in miſſa legere, cum id ob diaconi ruditatẽ præſompſiſſet, & quod brachium eius cæcam ſanârit: capite ſequenri.

SIGNA MENDACIA PRO *Commendandis operum meritis.*

¶ Narrat Beda libro tertio, capite ſexto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ: Aidanum Oſuualdo regi, pauperibus de menſa ſua dapes & argẽteum diſcum in fruſta contuſum minuatim diſtribuenti, dixiſſe: Nunquam inueteraſcat hęc manus. idq́ue ſic eueniſſe. Nam eam manum cum brachio, in acie à reliquo corpore auulſam, adbuc durare incorruptam.

SIGNA MENDACIA PRO *Commendando cœlibatu.*

¶ Eo die quo Agilus moriturus erat, Ado poſt matutinas oratiões audiuit choros uirginum, in ſublimi canentes: Hodie Sanctus Agilus cũ ſummis laudibus pergit ad præmium, bodie cum ſanctis in cœlo triũphat felix ualde: quia ab infantia ſeruauit caſtitatem, & uirgo centenarius aſcendit ad glorism. Vinceotius libro uigeſimotertio, cap. 103.

Adon Viẽnenſis ætate ſexta nugatur, Hediltrudam filiam Aonæ reginæ Anglorum, duodecim annos thorum maritalem incorruptam ſeruaſſe: ac marito defuncto, uirginum mattem & nutricem egiſſe. ob quę merita caro eius poſt annos ſedecim, in ſepulchro unà cum inuolucro integra & incorrupta ſit reperta.

Fabuloſum eſt qnod narrat Vincenrios lib. 23, cap. 76. Noddonem & ſocios eios ad lectum Arnulphi, quem calumniari erant ob libidinem, accedentes, flamma amburente ueſtes & nates, & genitalia eotum, diuinitùs punitos eſſe.

SIGNA MENDACIA PRO *Errore de neceſsitate confeſsionis omnium peccatorum.*

¶ Doctrina illa de neceſsitate coofeſsionis omnium peccatorum, etiam indigebat confirmarione ſignorum mendacium. Quare Beda ad eam rem ſiue cõmentum quoddam, ſiue hiſtoriam ueram recitat, lib. quinto, capite decimoquarto, in hunc modum: Fuit quidam tẽporibus Coenredi, qui poſt Edilreduin regnanit, uir in laico habitu atqoe officio militari poſitus: ſed quantũ pro induſtria exteriori, tegi placens, tantum pro interoa ſuimet oegligẽria diſplicens. Admonebat ergo illum ſedulò, nt coofiteretur, & emeodaret, ac relinqueret ſcelera ſua, priuſquá ſubito mortis ſuperuentu tẽpus omne pœnitẽdi & emendãdi perderet. Veròm ille licet frequẽter admonitus, ſpernebat uerba ſaluris, ſeſeq; tẽpore ſequenti pœnitentiam acturum eſſe promittebat. Ioter hæc tactus infirmitate, decidit io lectum, atque acri cœpit dolore torqueri. Ad quem ingreſſus rex (diligebat enim eum) multum hortabator, ut uel tuoc, antequam moreretur, pœnitentiam ageret commiſſorum. At ille reſpondebat, Non ſe tunc uelle confiteri peccata ſua, ſed cũ ab infirmitate reſurgeret, ne fortè exprobrarẽt ſibi ſodales, quòd timore mortis faceret ea, quæ ſoſpes facere noluerat. Fortiter quidẽ, ut ſibi uidebatur, locutus: ſed miſerabiliter, ut poſtea patuit, dęmoniaca fraude ſeductos eſt. Cumq́ue morbo ingraueſcẽte denuò ad eum uiſitandum ac docendum rex intraret, clamauit ſtatim miſerabili uoce: Quid uis modò? Quid huc ueniſti? Non enim mihi aliquid utilitaris aut ſalotis potes ultrà conferre. At ille: Noli, inquit, ita loqui: Vide ut ſanum ſapias. Non, in qoit, inſanio, ſed peſsimam mihi conſcientiam certus præ oculis habeo. Et quid, inquit, hoc eſt? Paulo antè, inquit, intrauerunt domum hanc duo pulcherrimi iuuenes, & reſederunt circa me, unus ad caput, & unus ad pedes. Protulitq; unus libellum perpulchrũ, ſed uehementer modicum, ac mibi ad legendum dedit, in quo omoia quæ uoquam bona feceram intuens, ſcripta reperi, & hæc eranr niminm pauca & modica. Receperunt codicem, neq; aliquid mihi dicebant. Tunc ſubitò ſuperuenit exercitus malignotum & horrendotum uultu ſpirituum, domumq́; hanc & exterius obſedit, & intus maxima ex parte reſidens impleuit. Tunc ille qui & obſcuritate tenebroſę faciei & primatu ſedis maior eſſe uidehatur eorum, proferens codicem horrendæ uiſionis, & magnitudinis enormis, & põderis penè importabilis, iuſsit uni ex ſatellitibus ſuis mihi ad legendum deferri. Quem cum legiſſem, inueni omnia ſcelera, noo ſolùm quæ opere uel uerbo, ſed eriã qoę tenuiſsima cogitatione peccaui, manifeſtiſsimè in eo tetris eſſe deſcripta literis. Dicebatq́ue ad illos qui mihi aſſederant uiros albatos & præclaros: Quid hîc ſederis, ſcientes certiſsimè quia noſter eſt iſte? Reſponderunt: Verum dicitis, accipite & in cumulum damnationis ueſtræ ducite. Quo dicto, ſtatim diſparueruot. Surgentesque duo nequiſsimi ſpiritus, habẽtes in ma

nibus

nibos futcas, percuſſerunt me, uous in capite, & alius in pede. Qui uidelicet modò cũ magno tormento irrepunt mea uiſcera, in interiora corporis mei: moxq́ue ot ad inuicem peruenient, moriar, & paratis ad rapiendum me dæmonibus in inferni clauſtra perttahar. Sicq́ue loquebatut miſer deſperans: & non multo pôſt defunctus, pœnitentiam quam ad breue tempus cum fructu ueniæ facete ſuperſedit, in æternum ſine fructu pœnis ſubditus facit. De quo conſtat, quia (ſicut beatus Gregorius de quibuſdam ſcribit) non pto ſe iſta, cui non profuere: ſed pro alijs uiderit, qui eios interitum cognoſcentes, differre tempos pœnitentiæ dum uacat rimerent, ne imptouiſo mortis articulo præuenti, impœnitentes perirent. Quod aurem codices diuerſos, per bonos ſiue malos ſpiritus ſibi oidit offerri, ob id ſuperna diſpenſatione factum eſt, ut meminerimus, facta & cogitationes noſtras non in oentum diffluere, ſed ad examen ſummi Iudicis cuncta ſeruari, & ſiue per amicos angelos in fine nobis oſtendenda, ſius per hoſtes. Quod uerò prius candidum codicem protulerunt angeli, deinde atrum dæmones, illi perparuum, iſti enormem: animaduerteodum eſt, quòd in prima ætate bona aliqua fecit, quæ tamen uniuerſa prauè agendo iuuenis obnubilauit. Qui ſi econtrariò errores pueritię corrigere in adoleſcentia, ac benefaciendo à Dei oculis abſcondere curaſſet, poſſet eorum numero ſociari, de quibus ait Pſalmus: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorũ tecta ſunt peccata. Hanc hiſtoriam, ſicut à uenerabili antiſtite Pechtelmo didici, ſimpliciter ob ſalutem legentium, ſiue audientium, narrandam eſſe putaui.

Huic ſimile eſt, quod narrat capite ſequenti, de fabro in Berniciorum prouincia, qui ebrietati deditus, & fabrilia curans, neglexit in Eccleſiam ad pſalmos & preces cum fratribus conuenire. Moriturus autem narrauit, ſe cernere tartarum apertum, & in eo diabolos & Caypham, ac ſibi apud eoſdem præpararum locum. Frattes hortabantur eum ad pœnitentiam: uerùm ille reſpondet, fruſtra omnia eſſe, com ſibi demonſtratum ſit iudicium. atque in hac deſperatione obijt. Huiuſmodi fructus affert doctrina illa legis, de operum neceſſitate ad ſalutem: doctrina Euangelij abiecta, aut ignorata, ſicut in iſtis monaſterijs reuerà fuit. Nemo enim de Chriſto eiusq́ue beneficijs, miſeris iſtis & anxijs conſcientijs conſolationes ſuggeſsit: ut ſatis apparet ex narratione Bedæ libro quinto, capite decimoquinto.

Simile eſt, quod Vincentius libro uigeſimotertio, capite 94 narrat: Philibertum pro fratre muto Deum inuocaſſe, ut ei uſum linguæ concederet, ad cõfeſsionem delicti ſui: quod & impetrauerit.

SIGNA MENDACIA PRO *opinione, imaginibus ſacris uim ineſſe diuinam.*

¶ Superſtitioſum eſt, quod Sigebertus in Chronico, & Paulus Diaconos libro decimooctauo rerum Romanarum, aſſerunt, Heraclium contra Perſas bella mouentem, confiſom eſſe imagine ſeo tabula, in qua Ieſus erat pictus, ſeu Maria: ot uult Vincentius libro uigeſimotertio, capite ondecimo. de qua, fabula erat, quòd de cœlo cecidiſſet: ut annotat Blondus Decade prima, libro nooo: Iuo in Chronico.

SIGNA MENDACIA, PRO *Crucis ſuperſtitioſa cultura ſtabilienda.*

¶ Com Heraclius anno Domini 631 deuicta Perſide, Zachariam patriarcham cum captiuorum turba Hieruſalem reduxiſſet, & ſanctam crucem Domini regio ueſtitu ornatus, uellet per portam, per quam IESVS ad crucem ſubeundam exiuit, tranſportare, porta diuinitùs clauſa eſt: ut Sigebertus ait. lapides enim coocurrentes clauſerunt tranſitum, ut Vincentius nugatur: ſeu Imperator in ea immobilis ſubſtitit, non ualens, licet conaretur, progredi, ut Blondus habet. Id autem cur fieret, cum miraretur: angelus (ut Sigebertus, dicit, & Vincentius) ſeu Zacharias epiſcopus monuit, ornatum regium depooendum, & nudis pedibus, ſicut Chriſtus feciſſet, exeundum eſſe. Quod ubi fecit, porta ultrò aperta eſt, ſeu Imperatori tranſitus eſt conceſſus. Hæc res licet ualde fabuloſa uideatur, tamen cauſam præbuiſſe dicitur ſolenni ritui exaltationis Crucis. Sigebertus in Chronico: Blondus Decadis primæ libro nono: Vincentius lib. 23, cap. 12. Gotfridus Viterbienſis parte 16.

Anno imperij Conſtantis primo, ſecundum Sigebertum: aut ſecundo, iuxta Paulum Diaconum libro decimonono rerum Romanarum: Haumat Saracenorum dux cœpit ædificare templum in Hieroſalem. ſed cum ſubinde extructa corruerent, ſciſcitabatur cauſam à Iudæis. qui aiebant, crucem quæ erat ſuper templo montis Oliuarum, impedire ædificationem. His ille fidem adhibens, crucem illam amoliebatur: & ſic ædificium ſuum conſequebatur firmitatem. Hic rumor inter Chriſtianos diuulgatus, opinionem inſeoit mentibus imperitorum, crucem ualere contra omnis generis mala.

SIGNA MENDACIA PRO *opinione, diabolum ſignum crucis fugere.*

¶ Narrat Vincentius libro 23, capite 103, disbolum Agilo in ſpecie draconis apparuiſſe, ac erecto capite uirus ſuum aduerſus ipſum euomuiſſe: quem ille ſigno crucis facto abiecerit. Simile commentum de Sulpitio habet libro eodem, capite uigeſimonono.

CAPVT XIIII.

DE REBVS IVdaicis,

EXTERNIS SEV POLITICIS.

ETIAM hoc ſeculo paſsim in multis locis, Iudæos à Chriſtianorum religione alienos adhuc fuiſſe, & habitaſſe, in Hiſtorijs annotatur.

Nimirum Hieroſolymis: Zonaras tomo tertio. unde ab Heraclio pulſi ſunt: Paulus Diaconus libro decimooctauo rerum Romanarum.

Tyberiade, ubi Iudæus quidam ab Imperatore conuerſus eſt. Paulus Diaconus libro eodem.

Anriochiæ. nam iſthic ſeditionem contra Chriſtianos concitarunt. Zonaras tomo tertio, ſub Phoca: & Paulus Diaconus libro 17 rerum Romsnarum.

Gazæ. Iudæam enim mulierem à monacho iſthic conuerſam, narrat Vincentius libro 22, cap. 110.

In Arabia. nam Mahometum Iudæi cuiuſdam Aſtronomi opera, in Alcorano cõficiendo uſum eſſe, annotatur in Supplemento Chronicorum.

Emeſæ. Iudæus enim quidam Emeſenus emit coloſſum Rhodi fractam, & 900 camelos ære eius onerauit. Diaconus libro decimonono rerum Romanarum, & Zonaras tomo tertio,

In Hiſpanijs. nam Gotthorum rex anno Heraclij quinto, eos aut fidem Chriſti amplecti, aut regno ſuo exire iuſsit. Adon Viennenſis ætate 6: Sigebertus in Chronico.

In Gallijs. Ex Hiſpania enim pulſi, ad Frãcos ſeſe receperunt. Adon Viennenſis ætate ſexta. Quos tamen Dagobertus Heraclij imperatoris iuſſu, itidem aut baptizari, aut terris ſuis excedere coegit. Regino libro 1. in Chronico.

De Operibus eorum contra Chriſtianiſmum.

Religionem Chriſtianam blaſphemabant, & ſuam ſectam commendabant & defendebant.

Chriſtianos à fide abducere conabantur: ut patet ex Iuliani libro primo contra Iudæos. Suos uerò, ne fierent Chriſtiani, impediebant. Quidam etiam profitentes Chriſti religionem, nihilominus Iudaicè ſentiebant & uiuebant. Synodus Toletana duodecima, capite nono.

Oblata occaſione Chriſtianos acerrimè perſequebantur, & affligebant: ut ſuprà in loco de Perſecutione eſt commemoratum.

De ſocijs & patronis Iudæorum.

Nacti autem ſunt hoc ſeculo Mahometũ & Saracenos ſocios Iudæi, quibus ſedulam nauarunt operam in Chriſtianis affligẽdis. Zonaras tomo tertio.

Et Principes Iudæorum obſcuras quæſtiones ſuę legis Mahometo proponunt explicandas: ut conſtat ex libello adiuncto Alcorano.

Deinde multi etiam ex ſacerdotibus & laicis munera ab eis acceperunt, & perfidiã eorum patrocinio ſuo fouerũt, ut Patres in Toletana Synodo quarta, cap. 57 indicant.

CAPVT XV.

DE ALIIS RELIGIONIBVS EXTRA Ecclesiam.

DE IVDAISMO.

DE doctrina & opinionibus Iudæorum, in autoribus huius ſeculi parum reperitur annotatum. Verùm non eſt dubiũ, eos priſtinos ſuos errores, & ſuperſtitiones patrias, mordicùs retinuiſſe & obſeruaſſe: licet ſubinde in tenebras denſiores iuſto Dei iudicio inciderint, adeò ut potius cum Mahometo & Saracenis ſentire, quàm cum Chriſtianis Meſsiam uerum amplecti elegerint.

DE TRINITATE.

Iudæos Trinitatem blaſphemare, patet ex capite nono Toletani Concilij duodecimi.

DE CHRISTO.

IESVM Chriſtum Dei filium negabant ueniſſe: ſed adhuc uenturum eſſe, temeraria calculatione annorum præſumebant demonſtrare: dicentes, eo quòd adhuc quinta ætas ſeculi euoluatur, & necdum uenerit ſexta ætatis curriculum, in quo uenturum naſcĩ oporteat Chriſtum. Iulianus Pomerius lib. 1. contra Iudæos.

Negabant IESVM Chriſtum eſſe filium Dei, utentes hoc ſophiſmare: Quòd Deus ſit unus. Iſidorus contra Iudæos libro primo, capite quarto.

De eruce Chriſti in monte Oliueti ſenſiſſe eos ſnperſtirioſè, quaſi impediar ne remplum Hieroſolymis poſsir ædificari, parer ex hiſtoria quá Sigebertus recirar, & paulo antè in capire de Miraculis indicauimus.

Multa capita opinionum Iudaicarum, Mahometi Alcoranus habsr: quæ ſuo loco commemorantur.

De ritibus & ceremonijs eorum.

Paſcha ſuo mote eelebtarunt, & ſabbara, & cæteras feſtiuirares ſuas obſeruarunt: niſi quòd eriam diem Dominicum, cum Chriſtianis feriari coacti ſunt. Suos cireumciderunt.

Connubia ex propinquitare ſanguinis ſui contraxerunt.

Libros, à fide Chriſtiana alienos, legerũt. Cõſtant hæc ex capite nono Toletani duodeeimi Concilij.

Qui ſe Iudæis oppoſuerint.

¶ Contra Iudaicos errores & ſuperſtitiones, primùm Doctores & miniſtri eccleſiarum ſedulò pugnarunt. Sic Anaſtaſius ad ſanguinem uſque Antiochiæ contradixit Iudæis. Zonaras tomo tertio: Nicepborus libro decimooctauo, cap. 44. Et Iſidorus contra Iudæos duos libros ſcripſir, in quibus oſtendir, IESVM Chriſtum eſſe uerum Meſſiam: & ex ueteri Teſtamenro demonſtrar, omnia quę à Chriſto facta ſunt, ac circa eum acciderunr, & de regno eius, prædicta fuiſſe à prophetis. Et Iulianus Pomerius Toleranus epiſcopus tres libros contra Iudæos ad Hiſpaniæ regem Eringium ſcripſit, in quibus præcipuè refutar eorum obiectionem, qua uti ſolebant, de ærate ſexta. Dicebanr enim, Meſsiam debete ſexta ærate mũdi naſci, at nondum eam ueniſſe, ideo oportere Meſsiam adhuc expectari. His reſpondet Iulianus primùm, nuſquam in ſatris literis de ſexta ærare eſſe aliquid expreſsè indicatum. Deinde ex Daniele & aliorum prophetsrum uaticinijs probat, Ieſum Meſſiam eo rempore ueniſſe, quo prædictus erat: libro primo. Tertiò, ex nouo Teſtamẽto demonſtrar, à prophetis prædicta eſſe impleta in Chriſto: & Iudæos rempore Chriſti & apoſtolorum nunquam obieciſſe temporis circumſtantiam, ideoq; eos ſenſiſſe rempus illud adeſſe, quo Meſsias debeat exhiberi: lib. 2. Quartò, ſupputationes Iudæorum refurar, & in ſexta ætate IESVM narum eſſe demonſtrat: lib. 3.

Er Synodi. nam Toletana quarta, ſeptima, octaua, & duodecima, cap. 9. multa decreta contra Iudæos eondit.

Et Magiſtratus. nam Phocas Iudæos Antiochiæ tumulruantes, contra Chriſtianos tormentis ſubdidir, & urbe expulit. Zonaras romo 3. Paulus Diaconus lib. 17 rerum Romanarũ. Er Heraclius inrerdixit, ne propius Hieroſolymam accedant Iudæi, quàm ad rria millia paſſuum. Paulus Diaconus libro 18. Siſeburus Hiſpaniæ & Dagobertus Francorum reges, Heraclij iuſſu Iudęos aur Chriſtianos fieri, aur regnis ſuis excedere imperarunt. Prædixerar enim aſtrologus quidam, à circumciſis uaſtarum iri ſub Heraclio imperium. Regino libro primo: Annonius libro quarto, capite uigeſimoſecundo de geſtis Francorum.

DE GENTILISIMO.

GEntilium ſuperſtitioni, in multis otbis rerrarum partibus, non pauci homines addicti fuerunt. nam Perſas & ſolem, & lunam, & regem ſuum adoraſſe, reſtatur Paulus Diaeonus libro decimooctauo rerũ Romanarum.

Et Thebarmę, in Oriente, templum ignis & pecuniæ fuit: ur indicar ibidem.

Inrer Arabes, Chriſtianos quoſdam etiam idola coluiſſe, conſtar ex Pauli Diaeoni lib. decimooctano. Et Mahometus, ſecum uniuerſa ſua genre Arabum idolis longo tempore ſeruijſſe, teſtatur in Alcorano: ut refert Antoninus titulo decimorertio. §. nono, capite quinto.

Mechę culrum Veneris ut repetit, ĩta Mahometus præſtari præcepit. Vincentius lib. 23, cap. 60 ex Hugone.

In India duas gentes, Zenchiam & Albarachum, idola coluiſſe, patet ex Vineentij libro 23, cap. 60.

Nec eſt dubiũ, quin in Aphrica etiá gentilium ſuperſtitiones adhuc uiguerint: cũ tam faciles plerique fuerinr ad Saraeenorum & Mahometi errores amplectendum.

In Europa. Apud Bulgaros filius Trebellij rex à patre deſignatus, abiecta religione Chriſtiana, ad malorum dæmonum cultum redir, patris ſui pietatem aſpernatus. Sabellicus Enneadis octauæ lib. 6.

In Sclauonia. Nam eos idololartas Dagobertus uicit, anno 634. Sigebertus: & Iacobus Meier in Chronico Flandriæ.

Romæ in Pantheo, Cybele mater deorum, uſque ad Bonifacium quartum uidetur eſſe culta à quibuſdam. nam Phocæ beneficio, id fanum Marię & omnibus ſanctis dedicarum eſt: ut annotant Libri ponrificales, & Iuo in Chronico. Ac ceſſarunr dæmones in eo loco Chriſtianos percutere, ut Pręmõſtratenſis refert. Vide Balęum Centuria 1. Britannicorum Scriprorum.

In Gallijs, Taruanenſes à ſana doctrina ad idola

ad idola ſeſe conuerterunt, poſt Fuſcianum & Victoricum interfectos martyres. Vincentius lib. 23. cap. 108.

In Hiſpanijs. Nam rex Siſebutus à gentilium ſuperſtitione ad Chriſti fidem tranſijt. Supplementum Chronicorum. Et Gotthos hæreticos & paganos fuiſſe, teſtatur Martinus in Chronico, ſub Tyberio.

In Anglia: ut patet ex Bedæ libro ſecũdo, capite quinto.

Londoniæ. Nam eius ciues propter idololatriæ ſtudium, Mellitum nolebant recipere epiſcopum. Beda lib. 2, cap. 6 hiſtoriæ Anglorum.

Orientalium Saxonum reges, ſunt pagani & idololatræ. Beda lib. 2, cap. 5 & 15: & libro 3, cap. 22.

Gens Nordanhumbrorum, cum Eduino rege idola adhuc colens, conuertitur. Beda libro 2, capite nono.

In Berniciorum prouincia, & Deirorum. Beda libro eodem, cap. 14.

In prouincia Lindiſfai. Beda libro eodem, capite decimoſexto.

Geuiſſorum gens occidentalium Saxonum idola colit. Beda libro tertio, capite ſeptimo.

Vecta inſula etiam uſque ad Ceadualiam, gentilis fuit. Beda libro quarto, capite decimoſexto.

Prouincia mediterraneorum Anglorum, & Merciorum. Beda libro tertio, capite uigeſimoprimo.

Prouincia auſtralium Saxonum, paganis cultibus ſeruijt uſq; ad Vuilfridum. Beda libro 4, cap. 13.

In Suecia. nam Arthus Gotthorum internus rex, qui uixit circiter annum Domini 630, ethnicus fuit, ſicut & anteceſſor eius Guſtauus: ut conſtat ex Iohannis Gotthicæ hiſtoriæ libro octauo, capitibus 40. 41.

In Holſatia. nam uſque ad Carolum Magnum, Iouem Ammonem Holſati coluerunt: ut refert Iohannes Peterſius in Chronico Holſatorum.

In Friſia. Friſones enim paganos Vuilibrordus adijt, & quoſdam conuertit. Beda libro quinto, capite undecimo. Et Radobodum regem Friſonum idololatram appellat Auentinus libro tertio Annalium Gandauij: ut patet ex Iacobi Meieri Chronico Flandriæ.

In Saxonia. nam Saxones Euualdum utrumque, album & nigrum legatos interemerunt, ſuſpicantes eos uelle regem ſuum ad fidem Chriſti conuertere. Heinricus Erphordienſis cap. 59. Et Beda lib. 5. cap. 11. hiſtoriæ Anglicæ.

In Alemannia. Gallus enim & Columbanus, apud eos idola deſtruxiſſe ſcribuntur.

In Francia Herbipoli. Ibi enim Diana culta eſt, uſque ad Chilianum. Hartmannus Schedel. Ac Francos idololatriam ſuã tutatos eſſe. Iacobus Curio de origine Francorum indicat.

In Boiaria, Ratiſbonæ. nam ibi Theodo dux, deſertis idolis baptizatus eſt, cum alijs. Hartmannus Schedel.

In Auſtria. nam in uilla Andeſagina, ſuper Auciam fluuium, templa fanatica fuerunt. Et Boſo Landegiſilus, dux eius regionis, paganus fuit: ut indicat Vincentius lib. 23, cap. 9 ex geſtis Lupi.

CAPITA DOCTRINAE

De Deo.

¶ Perſæ Solem, Mitram & unicum deum appellant & adorant. Paulus Diaconus libro decimooctauo rerum Romanarum: & Pomponius Lætus.

Venerabantur etiam lunam, & ignem, & pecuniam, & ſtatuas. ac ipſe Choſroes ſeſe, ut Deũ, adorari iuſsit: & regẽ regũ, & dominum dominantium appellauit. Paulus Diaconus, ibidem. & Antoninus titulo 13, cap. 4. §. 3. & Otto Phyſingẽſis lib. 5. Blõdus Decadis primæ libro nono.

Vniuerſa gens Arabum, cum Mahometo, Venerem pro deo colebant: Antoninus titulo 13, cap. 5. §. 9.

Obſeruabant & colebant elementa, aut lunæ & ſtellarum curſus, aut inanem ſignorum fallaciam, pro domo facienda, uel propter ſegetes uel arbores plantandas, uel coniugia ſocianda. Martinus papa 26. q. 5, cap. non licet.

Dianam coluerunt pro dea Herbipolenſes: ut teſtatur Hartmannus Schedel.

Mercurium Gandauij colebant. Iacobus Meier in Chronico Flandriæ.

DAEMONES.

Philoſophi gentilium, non ſicut oportet Dominum quærentes, in angelos inciderũt præuaricatores: factusque eſt illis mediator ad mortem diabolus, ſicut nobis ad uitam Chriſtus. Iſidorus libro primo, capite decimooctauo, de Summo bono.

De fine cultus idolorum.

Somniabant cultores idolorum, accipere ab ijs beneficia, & proſperari prę alijs: ut patet ex Pontificis gentilis confeſsione apud Bedam libro 2, cap. 13 hiſtoriæ Anglicæ.

Sigherus, & populus eius, idolorum templa inſtaurant, & ſimulachra adorant, fide Chriſti poſtpoſita: liberationem à peſte eo modo ſeſe conſecuturos ſomniantes. Beda lib. 3. cap. 30 hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

De gratiarum actione.

Dijs ſuis agebant gratias pro natis filijs: ut patet ex Bedæ libro 2, capite 9. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

De Gratiarum actione.

Dijs ſuis agebant gratias pro natis filijs, ut patet ex Bedæ libro 2, cap. 9. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

De Baptiſmo.

Sacro baptiſmo ſibi opus non eſſe ducebant. Beda lib. 2, cap. 5 Anglicæ hiſtoriæ.

De Luſtrationibus.

Suis luſtrationibus dediti etaot, easq; magni faciebant. 26. q 5, cap. Non liceat.

De Cœna Domini.

Reges orientalium Saxonum in Britannia, opinabantut in cœna nitidum panem diſtribui. Beda libro 2, capite 5 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

De arte Magica.

Artem magicā adeò probabant, ut etiā in ſcholis eā doceri curarēt: ut patet ex Anaſtaſij uita apud Metaphraſten.

De Incantationibus.

In colligendis herbis ad medicinam neceſſarijs, incanrationes qoaſdā uſurpabant, easq; prodeſſe cenſebant. 26. q. 5, ex Concilio Martini.

Item in lanificijs ſuis uanitates obſeruabant. ibidem.

De Augurijs.

Auguria obſetuabant, ijsq; fidem habebant. Beda libro 2, capite 10.

Diuinos & ſortilegos putabant poſſe ſuis incantationibus malum ex domibus expellere, & omnia bene fortunate. 26. q. 5. ex Concilio Martini.

De Regimine ſacro.

Haboetunt ſuos ſacrorum miniſtros. nā Beda dicir, Londonienſes ſuos idololatras ponrifices prętuliſſe Mellito: lib. 2, capite 6 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Et pontificis Coifi memioit libro 2, capire 13.

Officia iſtotum eraot, aras conſecrare, & deos & idola colere. Beda libro 2, cap. 13.

Et res geſtas deſcribere. Sic apod Saxones & Holſatos Bardi erāt, qui res eorū geſtas rhythmis Saxonicis cōplexi ſunt: ut refert Crantzius & Auentinus, & Iohānes Peterſius in Chronico Holſatorum.

Non licebat eis uel arma ferre, aut equitare, niſi ſuper equa. Beda libro ſecundo, capite decimotertio.

De Ceremonijs & ritibus.

Habuerunt ſua tēpla. Vnde Zonaras tomo tertio narrat, Heracliō Perſarū tēpla incendiſſe. Et Paulus Diaconus libro 19 rerū Romanarum dicit, Habdimelech miſiſſe ad ædificandum templom Mucham.

Et fana: ut patet ex epiſtola Bonifacij apod Bedam libro 2, cap. 10.

Et idola & ſtatuas. Nam Choſrois multas ſtatuas incendir exercitus Heraclij. Diaconus libro decimooctauo. Et Chaian cremauit domum idoli, unà cum idololatria eotum. Idem lib. 19. rerum Romanarū. Ac Choſroes, ligna crucis auro & gemmis intertexta in ſolio ſuo habuit. Ottho Phryſingenſis, Sabellicus Enneadis octauæ libro ſexto, Vincentlus libto uigeſimorertio, capite duodecimo. Et Sigebertus indicat Lōdonienſes imaginem regis ſui Caduualdi ſuper equum æneum poluiſſe ad pottam, ſubtus ædificata eccleſia.

Et aras & altaria, quæ ſeptis erant circūdata. Beda libro ſecundo, cap. decimotertio. & Germanos Francos apud ſuos Salingoa & Meningos deotum aras & ſtatuas, & priſca ſacra habuiſſe, Iacobus Curio de origine Francorum refert.

Et lucos: ut patet ex Iacobi Meieri Chronico Flandriæ.

Dijs ſuis ſacrificia offerebant. Sic Perſę Anaſtaſium iuſſerunt dijs ſuis, ſcilicet Igni, Soli & Lunæ ſacrificare: ut narrat Metaphraſtes, in uita eius. Saxones & Holſatos Ioui Ammonio certis diebus ſacrificaſſe hominē, in Chronico Holſatiæ narratur.

De cultura Veneris.

Duarum quarundā Indiæ gentium, quæ uocantur Zenchia & Albarachum, antiqua conſuetudo fuit, nudos & decaluatos magnisque ulularibus perſonātes, ſimulachra dæmonum circumire, angulos quoque oſculari, & proijcere lapides in aceruom, qui quaſi pro honore dijs extruebatur. Inde enim eſt, quod in libro Salomonis dicitur: Qui proijcit lapidem in aceruum Mercorij. Faciebaot autem hoc bis in anno, ſole ſcilicet exiſtente in primo gradu Arietis, & turſum cum eſſet in primo gradu Libræ: hoc eſt, in initio tieris & autumni. Hæc ergo cōſuetudo, cum ab Indis ad Arabes deſcendiſſet, eamq; ſuo tempore apud Mecha in honorē Veneris Mahomet celebrari reperiſſet, ſic illam manete præcepit: cum tamen cæterās idololatriæ præſtigias remouiſſet. Illud uerò ſoli Veneri in illa celebratione dicitur exhiberi ſolitum, ut lapilli retrò, id eſt ſub genitalibus membris proijcerētor, eo quòd Venus illis maximè partibus dominetur. Vnde adhuc ita fir in domo Dei, quam tu uocas illicitam, id eſt, ubi nihil licet niſi quod ſactum eſt. Verūtamen cum hoc à nudis ex toto hominibus ſemper fieri ſoleret, nō rulit hoc humana uerecundia: inſtitueruotq; aliqui, ut proiectores lapidum paruo ſaltem linteolo renes obtegerent, ne omnino denudati homines canum impudentiam imitareotur. Haoc ergo inſaniam meritò creditur Mahomet ſaluam & incolumem, cum reliquas dæmonum cultoras ceſſare præciperet, dimiſiſſe, ne domioam ſuam Venerem, in qua ſe eſſe potentiſsimum ipſe iactabat,

penitùs ſine honore relinqueret. Vincẽtius libro 23, capite 60.

De ſtatua Iouis Ammonij.

Hamburgi in templo Hammonis ſtatua colebatur ſacrificijs non modò pecudũ, ſed etiam uictimis humanis Erat uerò huiuſmodi. Regis ſimulachrum ſedebat in ſella, ex cuius ore ad latus unum exibat fulgur, ad alterum uerò tonitru: una manu ſceptrum gerebat, altera gladium. ad dexteram eius aſsidebant dij, Apollo, Mercurius, Neptunus, Mars, Vulcanus, Pluto: ad ſiniſtrã deæ, Iuno, Ceres, Veſta, Venus, Minerua, Diana. Iohannes Peterſius in Holſatorũ Chronico.

DE MORIBVS GENTILIVM.

¶ Saxones & Holſati gentiles, adulteras & ſtupratas ſolebant interficere & comburere: & adulteros & fornicatores ſupra tumulos earundem ſuſpendere.

Iidem poculis adeò certarunt, ut dies noctesq́ue perpotarent: ac eum qui alios ſuperaſſet, laude & honore afficerent, corona ei de roſis, aut alijs bene olentibus herbis impoſita. Iohannes Peterſius in Holſatorum Chronico.

A quibus & quomodo Gentiliſmus propugnatus.

Gentiliũ ſuperſtitionũ patroni & propagatores erant, eorum ſacerdotes. Beda lib. 2, cap. 6 & 3 Anglicæ hiſtoriæ.

Et reges & magiſtratus. Choſroes enim ad legatos Heraclij dixit: Non parcam uobis, donec crucifixum abnegetis, quem Deũ fatemini eſſe: & adoretis Solem. Paulus Diaconus libro decimooctauo.

Reges orientalium Saxonum, ſubditis ſuis colendi idola liberam dabant licentiã. Beda lib. 2, capite 5 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Maximè uerò illi reges, qui proſpera fortuna aduerſus pios principes uſi ſunt, aut à fide Chriſti defecerunt, uanitatem gentilium promouerunt: ut conſtat ex hiſtorijs Britãnorum apud Bedam libro 2, capite 20. & libro 3, capite 1. Et narrat Sigebertus in Chronico, graſſante peſte, Sigherus orientalium Anglorum rex, cum ſuo populo, relicta fide Chriſtiana, ceperont fana reſtaurare, & adorare ſimulachra, opinione ſalutis. Beda libro tertio, capite 30.

Et alij homines ſuperſtitioſi. Sic Saxones interimont duos Heuwaldos legatos, quos ſuſpicantur ſatrapam ſuum uelle ad religionem Chriſtianam ſuſcipiendam perſuadere: cum audijſſent eos pſallere, & uiderent altare ſecum ferre. Heinricus Erphordienſis capite qoinquageſimonono.

Item apoſtatæ. Nam pijs regibus ſeu doctoribus Eccleſiæ mortuis, plerũq; ad priorẽ ſuperſtitionẽ aliqui redierũt. Sic Eduino occiſo, fides Chriſti in Anglia adeò concuſſa eſt, ut multi ea abiecta, idola repeterent. Sigebertus: & Beda lib. 2, cap. 20. & libro tertio, capite 1. Taruanenſes, Fuſciano & Victorico interfecto, ad idola ſunt reuerſi, ſana doctrina poſthabita. Vincentius libro uigeſimotertio, capite 108.

A quibus & quomodo contra gentilium errores, & ſuperſtitiones pugnatum.

Dominus Zebaoth, etiam ſuam aciem cõtra regnum diaboli inter gentes inſtruxit: idq́; tum repreſsit paſsim, tum etiam pedetentim expugnauit.

Nam eccleſiarum doctores, armis ſpiritualibus gentilium errores & uanitates oppugnaruot. Sic Paulinus Eduinum & gentem Nordanhumbrorum, ab idololatricis cultibus ad Chriſti fidem conator adducere. Beda libro 2, capite 9 Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Et Byrinus occideotales Saxones ad fidem Chriſti deducit. Beda lib. 3, capite 7. Audomarus Euangelij luce Taruanenſes ab idolorum cultu reduxit. Vinceotius lib. 23, cap. 108. Iaruma epiſcopus, Sigherum cum ſuo populo apoſtatã, ad Chriſtũ fidem retraxit concione pœnitentiæ. Beda lib. 3, cap. 30. Et Iſidorus libro tertio de Summo bono, monet pios, ut caueant libros gẽtilium. Cauendi ſunt tales libri, inqoit, & propter amorem ſanctarum Scripturarum uitandi. Quid prodeſt mundanis doctrinis proficere, & inaneſcere in diuinis? Amãdus apud Gandauos, lucos ſuccidit, & Mercurij aram deſtruit, Iacobus Meier in Chronico Flandriæ.

Romani etiam pontifices, paſsim gentiles hortati ſunt ad fidẽ. Sic Bonifacius Eduinum cohortatur, apud Bedam libro ſecundo, capite 10. ubi etiam refutat opioionem gentiliũ de idolis, & oſtendit non eſſe deos. Idem fecit Honorios: Beda libro ſecundo, capite 17. Et Martinus papa, in Concilio ſuo hoc decretum piè contra gentilium ſuperſtitiones fecit, 26. q. 5. Non liceat Chriſtianis tenere traditiones gentilium, obſeruare uel colere elementa aut lunæ, aut ſtellarum curſus, aut inanem ſignorum fallaciam pro domo facienda, uel propter ſegetes uel arbores plantandas, uel coniugia ſocianda. Scriptum eſt enim: Omnia quęcunque facitis in uerbo aut in opere, in nomine Domini noſtri IESV CHRISTI facite, gratias agẽtes Deo. Nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales ſunt, aliquas obſeruationes aut incantationes liceat attendere: niſi tantum cum Symbolo diuino & Dominica oratione, ut ſolum Deus creator omniũ & Dominus honoretur. Si quis autem paganorum conſuetudinem ſequens, diuinos & ſortilegos in domum ſuam introduxerit,

quaſi

quaſi ut malum foris mittant,& qui maleficia inueniat,nel luſtrariones paganorum faciat,quinque annis pœnitentiam agat. Mulieribns quoque Chriſtianorum non liceat, in ſuis lanificijs uanitatem obſeruare: ſed Deom inuocent adiutotem,qui eis texendi ſapientiam donauit. Antoninus titulo 13, cap.1.§.rertio.

Item,quidam gentiles pontifices, poſt agnitam ueritatem, idolorum deſtruendorũ antores extiterunt: cuius rei exemplum eſt apud Bedam libro 2,capite 13:ubi Coifus ſacetdos idolorum primns deſtruit aras,agnita uetitate.

Deinde etiam Magiſtratus politici. nam Heraclius templum Ignis atque Peconię Eridiſi Lydorum regis, & totam ciuitatẽ incendit, & multas ſtatuas Choſrois. Iuo in Chronico. Zonaras tomo tertio. Paulus Diaconus libro decimooctauo rerum Romanarum.

Cantoberecht, ſen Ercombertns, ſeo Ethelbertus, ſeu Erubertus rex Cantuariorũ primus, in toto ſno regno, anno Domini 640,idols deſeri ptæcepit: & delubra in tẽpla Chriſtianorum,& monaſteria ſeu ſcholas commntauit.Beda libro 3,cap.5 hiſtoriæ Anglicæ:Sigebertus in Chronico: Polydorus libro quarto hiſtoriæ Anglicæ:Faſciculus temporum.

Eduinus perſuaſit Erpualdo, & filio eius Rodoaldo, qui à fide dsfecerant, ut denuò abiectis idolis, ad uerum Dei culrum redirent.Sigebertus in Chronico: & Beda lib. ſecundo,cap.15.

Pipinus Radobodum Friſorum regem idololatram, in obſequium redegit,& eccleſiarum plantationem adiuuit.Auentinus libro 3 Annalium.

Gotbertns princeps autor fuit, ut idolis ad Mœnum deſtructis,eccleſiæ ædificarentur.Iacobus Curio de origine Francorum.

Dagobertus Gandauos legibus coegit, Chriſti religionem profiteri.Iacobus Meier in Chronico Flandriæ.

DE MAHOMETHA-
niſmo.

CVm myſterium iniquitatis in urbe Roma (Apocalypſis decimoſeptimo)ad faſtigiũ properaret, & Phocæ præſidio Malefacius ſuprà omnes eccleſias eſſet eleuarus, circiter annum Domini 606: & Deus Maoſin,hoc eſt MISSA,mortuorum reliquię,electicia opera,ptohibitio nnpriarum,diſcrimina ciborum& ueſtium, ſomnia de purgatorio,ceremoniæ ſupetſtitioſæ, & infiniti errores paſsim exundarẽt, ueramq; doctrinã & ueros Dei cultus opprimerent;tempus erat,etiam alterum hoſtem regni Chriſti extra Eccleſiam exoriri.

Nactus ergo diabolus otganum commodum in Arabia,Mahometum, hominem Iſmaelitam genere ex colluuione omniũ errorum & ſcelerum compactum (circiter annum Domini 630,iuxta Sigebertũ: aut 621, iuxta Lucidom & Lutherum:aut 606,iuxta Robertum Cetenenſem,& Bibliandtum in Tabula ondecima:) alterum Antichriſti regnum ſeu membrum exorſus eſt, horribili Ethnicæ, Iudaicæ & Chriſtianæ religionis confuſione,& Eccleſiæ Dei perſecutione,& Romani imperij (ut à Daniele erat prędictũ) detruncatione & mutilatione.

Iuoerunt autem eum duo hęretici, Setgius Neſtorianus,& Iohãnes Anriochenus Arianus,& quidam Iudæi. Zonaras tomo tertio: Paulus Diaconus lib. decimooctauo rerum Romanarum:& Vincentius libro uigeſimotertio.

Arte magica, & ſua hypocriſi & aſtutia multos dementauit: & ſtudium nouitatis, & licentia latrocinandi, & omnis generis ſcelera cum ſpe Paradiſi perpetrandi, plurimos ei coniunxit, ac iuſto Dei iudicio ob ueritatis contemptum efficaces Deus immiſit errores & præſtigias, ut mendacia & ſomnia amplexarentur tum Chriſtiani, tum Iudæi,tum gentiles.

Vbi?

Peſtis Mahometi in mnltas orbis terrarum ſeſe longè lateque hoc ſeculo diffudit partes.

In Arabia primùm cœpit.& licet initio ſeſe Arabes opponetent, tamen paulatim ab eo uicti & ſubiecti ſunt:ut indicat Bibliander in Apologia de Alcorano edito,& autor Summæ contra Satacenos.

Et Saracenos, qui & ipſi natione Arabes ſunt,Mahomeri opiniones facilius amplexatos eſſe,narrat Simoneta libro qoarto,capite trigeſimoſeptimo:& Iacobus Curio libro 2 Chronologiæ.

Mechæ cultum Veneris reliquit, ac ipſe tandem ibidem cultus eſt. Antoninus titnlo decimotertio,capite quinto.§.nono, in Chronico ridiculoſo Saracenorum.

In Ieſrab,cioitate Mahometi: ut patet ex colloquio eios cum Iudæis.

In Æthribo:nt patet ex Zonaræ tomo tertio,in uita Heraclij.

Com circa annum Domini 617 Sarsceni Perſarum regno potirentur, etiam in ijs locis Mahometi nirus diſſeminatum eſt. Iacobus Curio libro ſecundo, Iohannes de Oppido.

In Syria. Nam Syros etiam nanitatem Mahometi amplexatos,indicat Iacobus Curio libro ſecundo Chronologię: & Zonaras tomo tertio,in Heraclij uita.

Hieroſolymis. Nam manus & pes eius in templo ab Haumat extructo, ibi adorata ſunt: & norat Ædituus in Chronico, ſub Cōſtantino: & Iohannes de Oppido, & Gygas.

In Africam etiam Mahometiſmus ſparſus eſt. Nam Simoneta libro quarto, capite trigeſimooctauo indicat, Mahometum illuſiſſe Aphris noua ſuperſtitione: & Iacobus Curio libro ſecundo Chronologiæ, Aphros & Ægyptios cœleſti doctrina exploſa, Mahometum inter prophetas & nuncios Dei numeraſſe teſtatur.

CAPITA ERRORVM MAHOMEtaniſtarum.

Ex philoſophorum & hæreticorum & Iudæorum opinionibus, erroribus, fabulis & nugis, monſtroſum quoddã chaos blaſphemiatum conſarcinauit.

De ſcriptura Mahometi, Alfurcam & Alcorano.

Mahometus dicit, Deum ſibi miſiſſe ſcriptum Alfurcam: hoc eſt, ſententias diſcretas, & figuras eius. Nec ſimul ſuper ſe deſcēdiſſe uerbum Dei, quemadmodũ ſimul data ſit lex Moſi, Pſalmi Dauid, & Euangeliũ Chriſto. In libro de doctrina Mahomet.

Alfurcam cōnumerat inter quatuor Scripturas ſacras: ut ſunt, Lex Moſis, Pſalmi Dauid, Euangelium, & Alfurcam. libro eodem.

Alcoranum dicit deſcendiſſe de ſummo cœlo uſque ad infimum, indeque paulatim ad decimumquintum diem Ramadam mēſis lapſum eſſe. libro eodem. Et in Azoara ſecũda affirmat, ſe librum ſuum cœlitùs accepiſſe. Et in Azoara trigeſima, introducit Deum dicentem: Hunc librum, uidelicet Alcoran, tibi nequaquam tuo malo miſimus: ſed ut per ipſum à rege cœli & terræ, &c. diuinam commemorationem, dilectionemq; timentibus infundas. Azoara 5. Deus poſtremum librum ueraciſsimum, uidelicet Alfurcam, ueſtræ legis confirmatorem, uobis deſuper præbuit. Iſteque continet uerba quædam firmiſsima, & infringibilia, quæ ſunt libri ſcilicet mater, ac materia: quædam uerò contraria, quæ nutantis peruerſique cordis homines ad controuerſiam cæteris inferendam, & ad expoſitionis ſuæ noticiam exequuntur. Expoſitio uerò ſua ſoli Deo & ſapientiſsimis, qui toti libro credentes, totum à Deo datum eſſe teſtantur, cuius nulli niſi ſapientes memores exiſtũt, patet. Increduli quidem, & huic libro contradicentes, cruciatus grauiſsimos, & omnimodas anguſtias patientur, altiſsimo Deo uindice.

Alcoranum eſſe omnis falſitatis expertē. Azoara 20 & 22. 42.

Iuxta Alcoranum ſuum iudicandum eſſe de cauſis & dogmatibus, monet Azoara 10.

Nullam doctrinam perfectam eſſe, quàm uetus Teſtamentum, & Euangelium, & Alcoranum. Azoara 12.

Contemptoribus Alcorani minatur pœnas æternas: Azoara 12. 13. 27. 41. 44.

Suſcipientibus uerò eum promittit Paradiſum, Azoara 12. 13. 27. 41. 44.

Nefas eſſe quidquam de Alcorano mutare, aut addere, uel etiam quæſtionem de eo mouere, monet Azoara decimatertia & nigeſimaoctaua.

Negat opus eſſe ſignis ad confirmandum Alcoranum, Azoara 16.

Alcorano credere recuſantes, iubet bello & armis inuadi & opprimi, Azoara decimanona: & tam diu oppugnari, donec obediãt, aut perennes pacem Alcoranum ſimul recipiant: Azoara quinquagesimanona. Huic ſententiæ ipſe contradicit in Azoara 4 & 9. ubi affirmat, Deum iuſsiſſe, ut pertinaces poſt admonitionem dimittat, & ijs parcat. Et Azoara uigeſima: An tu gentes ad fidem cogere ſtudes? Niſi Deo uolente, nemo credere poterit.

Alcoranum adeò ſublimem uult uideri, ut nullus hominum unam Azoaram ſimilē poſsit facere, niſi Deo iuuante. Azoara uigeſima. Et poſtea Azoara uigeſimaprima dicit, nullum hominum poſſe decem Azoaras ſimiles facere. Et Azoara uigeſimaſeptima dicit: Licet homines & diaboli conueniret ad talem Alcoranum componendum, tamē nihil efficerent.

Alcoranum Arabicè factum, ad conuerſionem & uiam rectam credentium: Azoara uigeſimaſecunda. Hunc librum ſuper te poſuimus, ut per ipſum homines ab umbris ad lucem, & uiam Dei extrahas: Azoara 24. Item, ut hominibus ſuas contrarietates exponas, & uiam rectam atq; miſericordiam credentibus patefacias: Azoara 26.

In Alcorano tantum poſsibilia præcipi, Azoara 33.

Alcoranum componere, diabolis tum difficile, tum impoſsibile fuiſſe aſſerit ob eam cauſam, quòd procul ſint ab audiētia remoti. Azoara 36.

Alcoranum eſſe euidentem & clarum, & nihil occulti prætermittere, & filijs Iſrael maximam partem eorum in quibus diſsident patefacere, & uiam rectam & ueniam bene credentibus oſtendere: Azoara trigeſimaſeptima. Et legem Moyſi confirmare, Azoara nona.

Non niſi bonos, & præceptis Alcorani parentes, poſſe corrigi, aſſerit Azoara 38.

In Alcorano ueram hiſtoriam de Moyſe & Pharaone, & cæteris credentibus cōtineri, fabulatur Azoara 38.

In

In Alcorano Arabico multas ſimilitudines eſſe poſitas, ut homines memores & ſcientes efficiantur, ait Azoara 49.

Alcoranum nec mendacium aliquod præſens aut futurum indicare, nec à prophetis præteritis contrarium nũciare, aſſerit Azoara 51.

Alcoranum apud Deum ſublimem & ſapientem, in matre librorum contineri, ait Azoara 63. & in tabula caſtigatiſsima, Azoara nonageſimaquinta.

Alcoranum à rege mundi compoſitũ eſſe, & poſitũ in loco totùm à mundis & bonis tangibili, Mahometus iurat per locum occaſus ſtellarum, magnum ſcientibus ſacramentum: Azoara 66.

Tantam ei tribuit nim, ut ſi ſuper montẽ quemlibet ponatur, diuino terrore eum diſſoluat: Azoara 69.

Victorijs ſomniat Deum Alcoranum confirmare: Azoara 6.

SYMBOLVM MAHOmeticum.

In nomine Dei miſericordia, miſeratoris: Gratias Deo Domino uniuerſitatis, miſericordi, miſeratori, iudici diei iudicij. Te oramus, in te confidimus. Mitte nos in uiam rectam, uiam eorum quos elegiſti: non eorum quibus iratus es, nec infidelium. Azoara prima.

DE MAHOMETO.

Fingit Deum, Mahometum commendantem alijs, ut prophetam, quem de ipſis excitarit. & ſic ad ſeſe illud Deuteronomij decimo octauo, Alium prophetam excitabit uobis Dominus, accommodat. Azoara ſecunda.

In Teſtamento & Euangelio, Mahometi nomen eſſe, eiusq; mentionem fieri, indicat in Azoara decimaſeptima. Et Chriſtũ introducit, dicentem ad Iudęos: Vobis nuncium affero, de nuncio poſt me uenturo, cui nomen Mahumetus. Azoara 71.

Mahometus uult uideri à Deo nuncios ad Iudæos & Chriſtianos miſſus, ut eos doceat perfectiora, quàm antea ſciant: Azoara 2 & 12.

Mahometus à Deo librum & benedictũ ſpiritum accepit, ut cum eo caſtiget Arabicè & manifeſtè: Azoara 36.

Lucem quandam naſcituri Mahomet omnibus diebus reſplenduiſſe in facie Adã, tanquam ſol in rota circuli ſui, aut luna in nocte plenilunij, fingunt Saraceni, in libro de Generatione Mahometi. Et animam Mahometi in prima creatione animarum fuiſſe permixtam animæ Abrahę: libro eodem.

Mahomero poteſtas data eſt iuramenta diſſoluendi: Azoara 76.

Et uxores, quot uelit, ducẽdi: Azoara quadrageſimatertia.

DE PROPHETIS.

Omnium prophetarum numerum eſſe, Saraceni aſſerunt, centum & uiginti millia.

Legatorum uerò Dei, trecentos & quindecim. inter quos, quinq; Hebræi: Adam, Seth, Eſdrick, Noe, Abraham: quinque Arabes, Huth, Schale, Iſmael, Schaib, Mahometus.

Moyſen Iudæorum primum, & Chriſtũ ultimũ prophetã extitiſſe: in libro de Chronica Saracenorum.

Mille prophetas inter Chriſtum & Moyſen in populo Iſrael fuiſſe, & inter Chriſtum & Mahometum quatuor: nugantur Saraceni in Chronico ſuo.

Prophetis cœlitùs miſſos eſſe libros centum & quatuor: quorũ quinquaginta Seth dati Moyſi teſtamentum, Chriſto Euangelium, Mahometo Alcoranum. libro eodem.

De ſemine & propagine Prophetarũ, mõſtroſa figmenta in Chronico Saracenorum extant. Creator Deus omnipotens, ut primùm Adam creauerat, conſurgentis recens cerebrum ſubitò contremiſcens ſonuit naturaliter, quaſi frondes uento cõmotæ. Quod ſtupenti Adæ: Sonitus (inquit Dominus) quem miraris Adam, ſignum eſt prophetarum & nunciorum mandatiuum. Hoc ergo lucis ſemẽ, uirtutis meæ dono conceptum, non niſi dignis lumbis, mundæq; uuluæ cõmendabis. Fuit itaq; lux naſcituri ex eo prophetæ Mahumet, omnibus diebus reſplendens ex facie Adam, tanquam ſol in tota circuli ſui, aut luna in nocte plenilunij. Quotieſcunq; Euam aggreſſurus erat, lauari & mundari caſtigabat, dubius qua hora Dominus ſemẽ lucis ex eo promoueret. Obſeruabat ergo Eua pręcepta mariti, quousque concepit Seth, patrem prophetarum, & caput nunciorum Dei. Qua ipſa hora lux ſplendens, à facie Adam migrauit in faciem Euæ. Fuitque exinde Eua cunctis diebus in formæ decore, lucisque ſplendore, addens uſque adeò, quod & aeris terræquæ animãtia uultus eius nitore admirata ſtuperent. Stupens & ipſe Adam, ſe à tactu grauidæ cohibuit. Singulis itaque diebus angeli ſalutãtes adueniunt, odorea Paradiſi afferentes, quouſq; genitus eſt Seth ſolus Nam præter Seth, omnes partus Euæ gemelli fuerunt, ſinguli ex maſculo & fœmina. Naſcens itaque Seth, maternæ lucis ſplendorem propria facie præfert, matre exuta. Poſuitq; Deus inter infantem & ſatanam terminum, quem tranſire nequiret uſque ad ſeptem annos. Stetitque lux erecta inter cœlum & terram, per quam angeli ſuper Seth deſcendebant. Præco enim ſuper thronos audieba-

tur, cunctis diebus clamans : Gande terra, & exulta, digna luce Mahumet. Super eum orario Dei, & ſalus. Fuit itaque lux illa reſplendens à facie Seth cunctis diebus, quouſque appropinquaret terminus Adæ. Adam uerò uidens imminere ſibi terminum, acceprum manu filium Seth ducit ad locũ orarorium, ſicq́ue affatur : Quæ ſeruanda commendo fili, omni uigilantia & cautela cuſtodias. Deum ſiquidem, & Dei noſtri præceptum habeo, ur ante obitum meum teſtamentum ribi faciam lucis, quam præfers: ne, quemadmodum ego quoque diuino iuſſu ſeruaui, eam unquam niſi ſancto dignoq́ue commendes. Conuerſoq́ue ad Dominum ſermone, ait: Domine Deus meus, ecce ego, prout præcepiſti mihi, ſemen lucis, quod priuilegio quodam mihi commiſiſti, uni de filijs meis commendaui. Mitte ergo de angelis tuis teſtimonium inter me & eum, antequam uitæ noſtræ fiat ſeparatio. Vix ita dictis, adeſt angelus Gabriel cum ſeptoaginta millibus angelorum, ſinguli cum paginis albis, calamoq́ue de calamis Paradiſi, ſalutantes Adam, & dicentes: Audita eſt nox rua Adam. Edixit enim Dominus, ur ordo generationis procedat. Scriptum itaque edictum Adam hæredi ſub angelorum teſtimonio reliquit, ſigillo Gabrielis eadem hora ſignatum. Induit itaque Dominus Seth tunica duplici, punicea, ſplendente ut ſol, tenui ut flos uiolæ. Eademq́; hora, in præſentia cœtus angelici, ſub omnium teſtimonio deſponſatur Seth ſoror Machuoeliet, candida, matri Euæ ſtatura & habitudine æqualis, formæ decore uultusq́ue uenuſtate ſimilis. Sic facto, mortuus eſt Adam. Seth uxorem cognouit, concepit Enos. Audit igitur grauida cunctis ex locis continnas angelorum ſalutationes, in gloriam & benedictionem lucis Mahumet : ſeruauitq́ue eam omnis cœtus angelicus, tam ab homine malo, quàm à ſpiritu maligno.

De Libris.

Apud Deum dicit eſſe librorum matrem, eumq́ue hoc pro uelle ſuo affirmare, illud uerò delere. Azoara 23. Et in matre librorum Alcoranũ contineri, dicit Azoara quinquageſimatertia.

Duos libros fingit: unum iniuſtorum, qui malis inſignitus, in terra infima reconditur : alterum iuſtorum, qui formoſiſsimè ſcriptus, altiſsimo loco ponatur, legendus hominibus Deo propinquis, in Paradiſo quieſcentibus ſuper puluinaribus ſericis. Azoara 93.

De ſacra Scriptura.

Ea quæ interdum ex ſacra Scriptura refert, fabulis deformat, ut in Azoara decimaſeptima, acta Moſis & Pharaonis : in Azoara 30, perperàm recitat ea quæ Exodi tertio & quarto ſcripta ſunt : in Azoara decimaoctaua, ex Leuitici 26, & Deuter. 28 quędam male accommodat. Sic hiſtoriam Noe & diluuij deprauat, in Azoara 20 & 21. Et Ioſephi, Azoara 22. De Moſe & famulo eius nugatur Azoara 28. Sic mendacijs conſpurcat hiſtoriam de Iohannis Baptiſtæ, & de Ieſu Chriſti conceptu & natiuitate, in Azoara uigeſimanona. Aſcemeli in deſerto fudiſſe taurum edentem mugitum, nugatur Azoara trigeſima. Et Abraham idololatriam oppugnantem in ignem coniectum eſſe, unde diuinitùs liberatus ſit : Salomoni etiam dæmones ſubditos fuiſſe, nugatur in Azoara 31. Ac nubem quæ ad montem Synai, & poſtea conſpecta ſit, montem fuiſſe, fabulatur Azoara decimaſeptima. Quod Pharao uoluerit ædificium extrui, quod ad cœlum uſq; attingeret, nugatur in Alcorano Azoara 50. Vt Moyſi, ita Abrahæ libros adſcribit in Azoara 63 & 97.

In Pſalterio negat haberi, quæ ad ſalutem proſint: Azoara 64.

De Noa fabulatur, quòd à Deo petierit, ut genus hominum diluuio perderet, propter idola Huden, Schuan, Iaguta, Iannea, Nacen: Azoara 81.

Viceſimo die Ramadam, Pſalmi deſcenderunt ſuper Dauid: & uiceſimoprimo Ramadam, natus eſt Salomon. Liber de doctrina Mahomet.

De Deo.

Rectè quidem Mahometus de Deo dicit, quòd ſit unus, immutabilis, uiuus, uerus, ſapientiſsimus, altiſsimus, ditiſsimus, incomprehenſibilis, ueraciſsimus, benignus, miſericors, expers iracundiæ, ueniæ dator, præcipiens poſsibilia, omniſcius, omnipotens, conditor cœli & terræ, bonis pręmia, & malis cruciatus tribuens : paſsim in Alcorano, Azoara 2. 3. 4. 5. 6. 9. 13. 14. 16. 17. 18. 19. 26. 86. & alijs. Et refutat eos, qui tres deos, aut plures aſſerunt: Azoara 12 & 62. Refutat etiam idola colentes, in Azoara 23. Rationes etiam affert, cur unus tantum ſit Deus credendus : quia nimirum pluralitas ſeditionem, & omnium rerum interitum afferret: Azoara 27.

Sed falſum eſt, quòd fingit eum eſſe autorẽ Alfurcam, Azoara 5. & Alcorani, Azoara decimaquarta: & nolle, ut omnes credãt, Azoara uigeſimaprima.

Item negat Deum generare, Azoara centeſima uigeſimaſecunda.

Monſtroſa opinio eſt, qua fingit Deum habere tabulam, in quam omnia ſint ſcripta, quam ſingulis diebus & noctibus aſpiciat centies & ſexagies, & iuxta eam eri-

gat

gat quam uelit, & deponat quem uelit. Liber de doctrina Mahometi.

De perſonis Diuinitatis.

Negat in unitate trinitatem, & ſolum binarium numerum in unitate confitetur: ſcilicet ipſam diuinam eſſentiam, & eius animam. Vnde Deum pluraliter loquentem introducit in Alcorano. Autor Sommulæ contra Saracenos.

De ſede Dei.

De ſede Dei hæc nugatur. Quis modus deferentium ſedem Dei? Reſpondit: Capita eorum ſub ſede Dei, pedes ſub thronis 7. tanta quidem ceruicis amplitudine, ut ſi cõtinuè uolaret auis, uix mille annis ab una aure perueniret ad alteram. Cornua ſuper capita eorum implicata: uictus & potus eorũ, laus & gloria Dei. Quorum prima acies, cuius dimidium nix, dimidium ignis: nec tamen uel ignis niuem conſumit, uel nix ignem extinguit. Secunda acies, cuius dimidium tonitruus, dimidium fulgur impermixta. Tertia, cuius dimidium gleba, dimidium unda: nec tamen unda glebam diluit, uel undam ebibit gleba. Quarta, cuius medium uentus, dimidium aqua, incommota ab inuicem. Quinta, cuius dimidiũ ferrum, dimidium ignis, inconfuſa ab inuicem. Sexta, cuius dimidium aurum, dimidium argentum. Septima, cuius dimidium laus, dimidium gloria. Octaua, de fulgidiſſimo ſplendore. Liber de colloquio Mahometi cum Iudæis.

De filio Dei.

Negat Deum habere filium: & blaſphemiam eſſe cenſet, Deo tribuere filios. Rationes autem eius ſunt. Prima: Quia non uult habere filium. Alcoranus in Azoara uigeſimaſexta, & uigeſimanona: Sciendum hoc Deo nunquam contigiſſe, nec hoc uoluiſſe, ut filium unquam aſſumeret: qui quicquam perficere uolens, præcipit ut fiat, & factum eſt. Eadem, Azoara quadrageſimanona reperit. Secunda: Quia eſt ſublimis ſublimium, & omnium maximus: nec filium, nec participem in regno, nec adiutorem, nec iudicem habet: Azoara 27 & 35. Tertia: Quia eſt inopportunum & inhoneſtum Deo, ſcilicet dicere, eum ſumpſiſſe filium, cuius iugo ſeruitutique ſubſunt uniuerſa cœleſtia & terreſtria: Azoara uigeſimanona. Quarta: Quia ponens ſecundum Dei loco, gehennam introibit: Azoara 31. Quinta: Quia nemo ex incredulis ſentit, Deum filios aut filias habere: Azoara 47. Sexta: Quia non habeat mulierem: Azoara 82.

De Chriſto.

De Chriſti conceptione & natiuitate, hæc blaſphemè nugatur in Azoara uigeſimanona. Hic item liber minimè prætermittit, qualiter Mariæ, uerſus locum orientalem à ſua gente diſcedenti, ſuiſque uelamen & intercapedo contigit. Cui ſpiritum noſtrum, qui uerum imitaretur hominem coram ea, quod & uerè fecit, miſimus. Cuius uiſu illa pauefacta, Deum obſecrat, ut ſe ab illo, ſi Deum timeat, tueatur. Contra quam ipſe ſic fatus eſt: Nil niſi Dei nuncius ſum, qui tibi puerum optimè creſcentem promittit. Reſpondit ipſa: Cum uirum non tetigi, nec hoc opus unquam dilexi, filium qualiter habebo? Inquit ille: Hoc quidem Deo leue eſt, atque poſsibile: ut hoc hominibus mirandum, unicumq; miraculum, noſtræque pietatis munus appareat. Iſtud quidem firmè conſtanterque diiudicatum eſt. Illa igitur imprægnata, cum eo longinquum in locum aufugit. Tandem menſtruo partum præcedente diſtillante, cum iuxta palmam conſiſteret, inquit: Vtinam morti obliuioniq; ſuccumberem, antequam hoc mihi contigiſſet. Chriſtus autẽ ſubtus eam egreſſus, ipſam conſolans, inquit: Ne timeas, en ego tecum aſsideo. Deinceps Deus ipſam allocutus, iniunxit, ut palmam excuteret, ſicque ſuper eam arrutecba recentia caderent: unde ipſa comedens & bibens, cor ſuum corroboraret atque mitigaret: nemini uerò uiſo colloquium præberet, ſingulis inuens ſe Deo dies abſtinẽtiæ ieiunijque uouiſſe. Eam deinceps afferentem puerum, ſui non mediocriter increpabant, dicendo: O' Maria, cum tuorum parẽtum neuter malus exiſteret, cur rem adeò malam perpetraſti? Illa uerò puerum oſtendens, ut ipſum inde conuenirent, ſingulis innuebat. Quibus, qualiter infantulum huiuſmodi conuenirent, ſciſcitantibus, ipſe prius in uocem erumpens, inquit: Ego ſum Dei ſeruiens, qui mihi librum tribuens, me prophetam conſtituit, & loco quocunque meliorantem & utilem poſuit. Mihi quidẽ orationes fundere, & eleemoſynas ac beneficia diſtribuere, & meam matrem honorare, dum inter homines conuerſarer, iniunxit: nec me uirum difficilem, ſed malorum expertem creauit. Et ſuper me eſt diuina ſalus in die meæ natiuitatis & mortis, & qua uiuus iterum accedam. Hoc eſt de Chriſto Mariæ filio uerbum uerax: in quo tamen plurimi diſſentiunt homines. Sed ſciendum quidem, hoc Deo nunquam contigiſſe, nec hoc uoluiſſe, ut filium unquam aſſumeret: qui quicquam perficere uolens, præcipit ut fiat, & factum eſt.

IESVM Chriſtum negat eſſe uerum Deũ. Ieſus Mariæ filius, Dei nuncius, ſuusq; ſpiri-

tus,& uerbum Mariæ cœlitùs miſſum exiſtit. In Deum itaque, illique ſuo legato credentes, ne dicatis deos tres eſſe, cum non ſit niſi Deus unus, qui filio caret. Eique omnipotenti uniuerſa cœli terræque ſubiecta ſunt. Chriſtus quidem ipſe minimè negare poterit, ſicut & nec angeli, Deo propinqui, quin Dei ſubſit imperio. Azoara 11. Et Azoara 13. Deus Ieſum Mariæ filium aflatus, cui tribuit animam mundam atque benedictá, qua iuuenes & infantulos affatus eſt, & formis uolatilium luteis à ſe factis inſufflans uolatum præbuit: cæcum natum atque leproſum curauit: mortuos reſuſcitauit. quē item librum, & ſapientiam, nec non Euangelium & teſtamentum docuit, inquit: Te ſic ad filios Iſrael cum uirtutibus meo uelle ueniente, eorum increduli magum eſſe perhibent. Tu uerò de bonis tibi matrique tuæ diuinitùs datis, mihi gratias redde. Deo item, à uiris ueſtibus albis indutis quęrente, an in ſe nuociumque ſuum crederēt? Reſponderunt: Ita credimus, & tu teſtis es. Inde eiſdem à Ieſu Mariæ filio quærentibus, an Deus ſuper omnes menſam cœleſtē ponere potens eſſet? Ieſus ipſe reſpondit: Si creditis in Deum, ipſum timete. Illis autem dicéribus: Volumus in de comedere, ad noſtrorum cordium confirmationem, utrum te uerum dixiſſe ſciamus, cũ noſtro teſtimonio confirmemus. Deum inde ſic exorat: O' Deus nobis menſam cœleſtem, quæ ſit nobis Paſcha, omnibusque præſentibus, primis ſcilicet atque cæteris, atque miraculum tribue. Quem Deus exaudiens, inquit: Illis eam præbebo. Sed quiſquis deinceps eorũ incredulus factus fuerit, eum præ cunctis mundi gentibus, pœnis atque miſerijs affligam. Ipſi iterum Deo, dicenti: O' Ieſu Mariæ fili, tu perſuades hominibus, ut Dei loco te matremque tuam, duos deos habeant & uenerentur? Reſpondit Ieſus: Nolit Deus, ut ego quid præter uerum dicam. Et ſi ego protuli, non noſti. Quia tu omnium ſecreta cordium noſcens, mei cordis arcanum penetras: ego uerò nequaquam tui. Tu ſcis itaque, me nil hominibus niſi mandata tua dixiſſe, ſcilicet quòd te Deum meum atque ſuum inuocent & adorent: quorum quamdiu tibi placuit, teſtis affui. Nùnc autem tu, qui es teſtis omnium, poſtquam ab illis ad te me ſublimaſti, eorum cognitor exiſtas. Quibus ſi malum feceris, gens tua ſunt: ſi condonaueris, tu es incomprehenſibilis & ſapiens. Dicit Deus: Nũc inſtat dies, quo ſua uindicis ueritas proficiet. Eis etenim ueniam, quoniã me ſecuti ſunt, quod ſibi præ cæteris lucrum eſt maximũ: & Paradiſum aquarum fluxu dulciſsimam, ubi perſeuerent, tribuam. Ego namque Deus omnipotens, cœlo & terræ & uniuerſis quę ſua capacitas cõtinet, impero. Et Azoara 12. Sciendum quidem eos incredulos eſſe, qui Ieſum Mariæ filium Deum eſſe dicunt. Quis enim eia quicquam faceret, inde ſi Deus omnipotens, omnia prout uult, faciens, cuius imperio cuncta ſubiacent, Chriſtum atque Mariam, omnesque mundanos mori faceret? Itē: Omnes quidē dicētes Chriſtum Ieſum Mariæ filium Deum exiſtere, mendaces & increduli reperti ſunt. Cum Chriſtus ipſe dixiſſet: Filij Iſrael, in Deum Dominum meum atque ueſtrum credite. Cui quiſquis ſocium atque participem poſuerit, ingreſſum Paradiſi illicitum ſibi reperiturus & in ignem ibit eſt, perpetuũ, expers adiutoris atque uindicis. Sunt iterum increduli, firmãtes deos tres eſſe, quia non eſt niſi Deus unus. Vnde ſi huiuſmodi uerbum non mutauerint, malo grauiſsimo percutientur. Cur igitur ſe non conuertant ad Deum, ueniamq; precentur, mirandum. Ille namque ueniam atque miſericordiam illis tribuet. Chriſtus quidem Mariæ filius non eſt niſi Dei nuncius, quem & plurea nuncij præceſſerunt: materque ſua uera, & illi, uterque comeſtibilibus ueſcebantur. ibidem.

De officio I E S V Chriſti hæc blaſphemè nugatur, introducens angelos ad Mariam ſic loquentes, Azoara 5: Deus filium tuum cum diuina uirtute uenientem, librũ legiferum, omnisque magiſterij peritiam, & teſtamentum ac Euangelium, mandatumque filijs Iſrael edocebit. Ille namq; formis uolatilium luteis à ſe compoſitis inſufflans, uolatile faciet, cæcos & mutos curabit, morpheaticos atque leproſos emundabit, mortuos Creatore cooperante uiuificabit: quidq; comeſtui, quidúe diſpoſitioni deputatum ſit, propalabit. Quæ cuncta in Deum à credentibus miracula cenſentur, uetus Teſtamentum confirmabit: quędam tamen prius prohibita, licitis annumerabit, ſeque cum diuina uirtute, potentiaque ueniſſe patefaciens, inquiet: Timentes Deum me ſequamini. Deus enim mei ueſtriq; Dominus eſt. Quem adorantes, recto procedetis tramite. Sciens Ieſus eos in ſua incredulitate obſtinaces manere, inquit: Quis in Dei nomine me ſequetur? Viri quidem albis induti ueſtibus reſpondentes, dixerunt: Nos in Dei nomine te ſequentes, in Deum credimus, te teſte. Dixeruntque: O' creator, nos huic libro fidem adhibentes, legatumq; tuum imitantes, fidelibus atq; credulis adſcribe. Fraudulenti uerò, eum decipere nitentes, ab ipſo, uelut à callidiore, potius deluſi ſunt. Quem Creator taliter affatus eſt: Ego tuam ad me reducens animam, & exaltans,

rans,& ab incredulis te liberans, eos qui te ſecuti ſunt, eis qui tuo uerbo non crediderunt, uſque ad diem publicæ reſurrectionis ſupponam: & tunc ad me tuo reditu facto, controuerſiam tuam atq; litem diſcutiam: & incredulos omni uindice tutoreque carentes, ſummis cruciatibus hic ſeculoque futuro profligam. Fidelibus quidem & benefacientibus, merita ſua cum gaudio perpetuo conferam, malos atque flagitioſos perhorreſcens.

IESVM Chriſtum negat uerè paſſum eſſe. Sic enim inquit Azoara undecima: Iudæi Chriſtum Mariæ filium ſe peremiſſe perhibenr. Sed nequaquam eum, imò ſui ſimilem ſuſpendentes, interfecerunt: profitentes etiam ſe ſuæ cædis autores, cordibus ſuis non minimam ambiguitatem inde gerunt. Sed eum nullatenus interfecerunt: quia Deus incomprehenſibilis & ſapiens, eum ad ſe tranſmigrare fecir.

De Aſcenſione Chriſti.

Fingit Chriſtum elapſum ex mauibus Iudæorum crucifigere uolentiũ, aſceudiſſe ad aſtra, ibiq; in carne uinere in pręſentia Creatoris, uſq; ad aduentum Antichriſti. In Summa contra Saracenos.

Pręcepta Chriſti iubet facere eos, qni ſub Euangelio eſſe uolunt: Azoara 12. Chriſtũ item Mariæ filium, cui commiſimus Euangelinm, quod eſt lumen & confirmario teſtamenti, & caſtigamen, ac recta uia rimentibus Deum, ad ueſtræ legis complementum miſimus. Omnis igitur Euangelij ſeruus, ipſius præcepta iudicando ſequatur: ſin autem, malus erit. Et ijs qui non credideront Chriſto, grauiſsimum malum minarur Azoara 53.

Chriſtum animam Dei appellat Azoara 31. Omnium rurſum mulierum optimæ, ab omnibus iutactæ uuluæ, noſtram animam inſufflauimus, & illam filiumque ſuum manifeſtum miraculum gentibus poſuimus. Et in Azoara quinquageſimatertia, in perſona Dei de Chriſto hæc loquitur: A' Chriſto quoq; Ieſu Mariæ filio parabolas exponenre, plures diſceſſerũt, ſuas imagines pręferendo, diceudoq;, Chriſtum eloqnentem eſſe, ſuaq; præcepta conrraria. Ille uerò nou fuit niſi uir tantum, cni multam bonitatem conrulimus, doctoremque filijs Iſrael præpoſuimus.

Vbi Antichriſtus aduenerit, nugatur Chriſtum redirurum, eumq; interfecturum, & Iudæos reſiduos ad legem conuerſurum: & poſtea Seraphim canente tnba, Chriſtũ cũ ſuis moritnrum, ac deinde reſurrecturum, & ad iudicium ſuos ducturum, eisq; auxiliaturum. In Summa breui doctrinæ Mahometi, adiuncta Alcorano.

Inter alias blaſphemas fabulas de Chriſto, etiam hanc refert, in libro de colloquio eius cum Iudæis· Chriſtus dum rogaretur à diſcipulis, ut modum arcæ Noe, habitúmque ſuperſtitis in ea generis humani exponeret, tacitus rogantes audiens, formulam ex luto inter manus ſuas confectam iecit humi, & ait: Surge in nomine parris mei. Et ſurrexit homo canus. Cui Chriſtus: Tu qui es? Reſpondit: Ego Iaphet, filius Noe. Cui Ieſus: Itá ne canus mortuus es? Reſpondit: Nequaquam. ſed in hac ipſa hora, putans me ad diem iudicij ſurgere, metu canus effectus ſum. Præcepit ergo Ieſus, ut omnem hiſtoriam arcæ diſcipulis rogantibus exponeret. Tunc ille rem omnem à primordio narrans, ordine peruenit ad locum, ubi, Cũ ſeceſſus (inquir) pondere egeſtionis arcam inclinaret, timuimus ualde. Conſuluit itaque pater Deum. Cni Deus: Adduc, iuquir, elephantem, & uerte poſteriora eius ſuper locum. Et fecir. Vbi ergo elephas fimum ſuum hominum egeſtioni iniecit, ſurrexit ſus grandis. Satis 'ne uidetur ergo cauſæ, Abdia, uitandi animal immundum? Ait: Certè ſatis, dum proſequaris quid profecerit hac neceſsitate editus. Reſpondit: Quæ cum omnem (inquit) maſſam illam roſtro foſſorio diſpergeret, conceptum inſuetis naribus fœtorem efflans, murem edidit. Qui deinde, cum tabulas indeſinenter roderet, conſulto pater Domino, Leonem in fronte percutit. Leo concitus, flatu anhelo cattnm naribus eiecit.

Fingit Ieſum Chriſtum in extremo die, eos qui in ſe crediderint, ad Mahometum miſſurum, ut per eum ſaluentur. in libro de Mahometi colloquio cum Iudæis. Cõuerſi ad Chriſtum, diceut: Ieſu Chriſte, ſpiritus, uerbum & uirtus Dei, moueat te pietas tua, & intercede pro nobis. Tunc dicet eis Ieſus: Quod à me petitis, ipſi amiſiſtis. Miſſus quidem fui uobis in ſuirtute Dei, & uerbo ueritaris: uos autem aberraſtis, & me, plus quàm ego prædicauerim uobis, Deum ueſtrum feciſtis. Hoc itaque beneficium meum amiſiſtis. Sed ire ad ultimum prophetatum, huuc ſignificans, cum quo loqueris Abdia. Ad quem conuerſi dicent: O' nnncie fidelis, & amice Dei, quàm malè quidẽ peccauimus. Exaudi nos pie propheta Dei, ſpes una ſuperſtes. Nam poſt te, in quo ſperabimus? Exaudi nos, potentia ribi à Deo collata. Aderit itaque Gabriel, nec impotenrem ſinet amicum ſuum uoluntatis ſuæ. Procedent ſocij ante faciem Dei, dicetque eis Deus: Scio ad quid ueniſtis. Abſit itaque, ut fidelis mei uotum in aliquo quaſſem.

De Spiritu ſancto.

Ipſe namq; Deus, ſpiritusq; ſuus benedictus, Alcoranum compoſuerũt. Azoara 26.

De Creatione.

Rectè quidem Deum omnia illaborioſè & infatigabiliter, Azoara 56 & 60, creaſſe: & conſeruare, paſsim aſſerit Azoara 29. Sed de modo creationis, & rebus condiris, mulras monſtroſas opiniones gignit, & ex ſuo cerebro fingit. Vt de rerũ origine inquit: Deus fecit Adam de limo, limus autem erat de ſpuma, ſpuma autem de procellis, procellæ uerò de mari, mare autem de tenebris, tenebrę uerò de luce, lux de uerbo, uerbũ de cogitatione, cogitatio uerò de hyacintho, hyacinthus a ote ex præcepto, E S T O, & fuit. Liber de colloquio Mahometi cum Iudæis.

Tredecim eſſe ſtellas, nimirum undecim quæ Ioſephum uiſæ ſint adorare, & ſolẽ & lunam. Liber de doctrina Mahometi.

Et in libro Dei, fingit totum numerum duodecim menſium extitiſſe in die, qua cœlum & terram condiderit, & quatuor menſes impugnandis hoſtibus conſecratos eſſe: Azoara decimanona.

Deus proprijs manibus ædificauit Paradiſum altiorem, plantauit arborẽ tubæ, plaſmauit Adam. Liber de doctrina Mahometi.

Deum beſtiarum octo parilia feciſſe, Azoara 49. animaliũ uerò par uouum. Azoara 41.

Terram planam montibus quaſi cardinibus firmatam eſſe, & ſeptem res firmas ſupernè fabricatas, & lampadem ſplendidiſſimam inſertam eſſe: in Azoara 88.

Deum quatuor creaſſe: primò calamum, quo omnia uſque ad mundi finẽ prænotentur: deinde Adam, tertiò thronũ quartò paradiſum: Saraceni ſomniãt in Chronico ſuo.

De tempore creationis ſic inquit Azoara 51: Deus terram in biduo creauit, & in ea montibus firmata, cuncta comeſtibilia duorum æqualium exquiſitè dierum ſpacio creans, ex illa ſemen omne multiplicatum edidit. poſteaq; fumo cœlos aſcendente, illi terræq; dixit: Vtrum ſponte ueſtra, an ui, uaditis atq; reditis? Illi uerò reſponderunt: Sponte. Cœlos deinde ſeptẽ biduò diſtinguens, in ſingulis eorum res pro uelle ſuo poſuit. unde mundum fulgoribus & cuſtodibus decorauit.

Deum tabulam, in qua ſcriptum ſit quidquid fuit, eſt, & erit, in cœlo & in terra, feciſſe ex ſmaragdo puriſsimo: & uerba eius de margaritis, dorſum uerò eius de pietare: quam inſpiciat per diem & noctem centies ſexagies.

Et calamum de luce clariſsima, longum itinera quingentorum annorum, latum uerò octuaginta itinera annorum, habentem dentes octuaginta, qui non ceſſent ſcribere quidquid fit in mundo, uſque ad diem iudicij. Liber de colloquio Mahometi cum Iudæis.

De Mundo.

Mundũ in manu angeli teneri, in monte Caf, uſq; ad diẽ iudicij, aſſerit in colloquio cum Iudæis.

Alium mundũ, præter hunc, factũ eſſe negatur, qui ſit perpetuus: libro eodem.

De Cœlo.

Cœlum de fumo, fumum uerò de uapore maris creatum eſſe: & uiriditatem ſuam ex monte Caf, qui ſit ex ſmaragdis Paradiſi, & orbẽ terræ cingat, & cœlum ſuſtineat: in libro de colloquio Mahometi & Iudæorum.

Cœlum habere portas pendentes & aureas, & ſeras de luce, & claues de pietate, in theſauro Dei: Libro eodem.

Septem cœlos fingit: quorum primum de aqua uiridi, ſecundum de aqua clara, tertium de ſmaragdo, quartum de auro puriſſimo, quintum de hyacintho uiridi, ſextum de nebula lucida, ſeptimum de ſplendore ignis: libro eodem, & Azoara 2. 75. 77.

Inter nos & cœlum fingit ſeptem maria: libro eodem.

De interuallo inter nos & cœlum inquit: A nobis quidem uſq; ad infimum cœlum, iter quingentorum annorum, tantumque per ordinem ab unoquoq; ad proximum & amplitudo uniuſcuiuſq; itinerum quingẽtorũ annorũ. Tot unoquoq; angeli, quot nemo numerare poteſt, niſi ſolus Deus: libro eodem.

Inter nos & cœlũ aues ſunt, quæ nec cœlũ nec terrã unquã attingũt. Ipſi columbi albi iubas habentes equinas, comas ut coma mulieris, alas ut aues. Oua pariunt ſuper caudas ſuas: ibidemq; filios producũt, illinc uſq; in diem iudicij. ibidem.

De Stellis.

Tres ordines ſtellarum fingit. Primus dependentium per catenas à ſolio Dei, lucentium uſq; in ſeptimum thronum. Secundus ſtellarũ, quæ & cœlum ornant: & quando diaboli ad inſidiandum cœleſtibus conſilijs ſubintrare parant, occurrentes fugant. Sic enim ait in Alcorano: *Et cœlum cum eis ornauimus, & diabolis eas obiecimus.* Tertius eſt in aſpectu angelorum, ait: neq; hæc uſpiam à ueritate recedunt. Liber de colloquio Mahometi cum Iudæis.

De Sole & Luna.

Solem & lunam aſſerit eſſe fideles, quia Dei mãdato ſemper obtemperent. Cauſam autem cur non æqualiter luceant, hanc affert: Aequali, inquit, uirtute & ſplendore eos creauit Deus. Euenit ergo ut incerta eſſet diei & noctis uiciſsitudo, quò uſq; Gabriel pręteruolans, motu uolitandi, fortè ut

ſic

ſic ala ſua lunam tetigit,& ex inde luna obſcurata eſt. Sic enim ait in Alcorano: Præpoſui diei & nocti luminaria, & extinxi nocturnum, & illuminaui diurnum. Liber de colloquio Mahometi cum Iudæis.

Interrogatus de loco ſolis,reſpondet: In fonte calido,foris uerò in colubro, coluber in interuallo,interuallum in mōte Caf, Caf autem in manu angeli tenentis mundū uſque ad diem iudicij:libro eodem.

De Ventis.

Inter nos & cœlum fingit uentos tres.Primus eſt ſterilis, quem emiſit Deus in gentē Abar.Secundus niger, eleuans mare: & hic exaſperabit ignē in die iudicij. Tertius eſt, qui terris mariq; miniſtrat. Libro de colloquio Mahometi cum Iudæis.

De Montibus.

Montes unde exierunt ? Reſpondit: De monte Caf, fixitq; eos Deus palos in terra. Sic enim ait in Alcoran: Poſui terram planam, & montes palos terræ. Ait: Verum dicit. Dic conſequenter: Quidnam reſtat ſub his ſeptem terris ? Reſpondit : Bos. Ait: Et pedes bouis ſuper quid? Reſpondit: Super lapidem albom. Ait: Quæ forma bouis? Reſpondit: Caput eius in oriente,cauda in occidente. Ei quadraginta cornua, & totidem dentes, à cornu ad cornu iter mille annorum. Ait: Et ſub lapide, ſuper quem ſtat, quid? Reſpondit: Mons,cui nomen Zohot. Ait : Cuius hic mons? Reſpondit: Inferni. Ait: Quæ ei amplitudo ? Reſpondit : Itineris mille annorum. Hunc aſcendet omnis turba infidelium. Cumque uerticem conſederint, omnis intremiſcet mons, omnemque turbam deijciet in profundum inferni. Sic enim ait in Alchoran : Sour hicubu azohot. quod eſt, Deſtruet eos Zohot. Ait: Verum eſt quod dicis.Sed quid ſub monte ? Reſpondit: Terra. Quod eſt ei nomen ? Reſpondit: Vuerelea. Quid ſub ea terra ? Reſpondit: Mare. Quod eſt ei nomen ? Alkaſem. Et quid infra? ut omnia per ordinem ediſſeras. Reſpondit: Terra Aliolen, infrà mare Zere,infrà terra Neama, infrà mare Zegir, infrà terra Therib: infrà alia terra Agiba,alba ut lac, redolens ut muſcus, mollis ut crocus,lucida ut luna. Super hanc congregabit Deus omnes iuſtos. Sic enim ait in Alcoran: In die illo mutabit terram pro alia terra. Infrà hanc mare Alknitar. Infrà piſcis nomine Albehbut, cuius caput in oriente, cauda in occidente, ſuper cuius dorſum terræ & maria,tenebræ, aër, & montes uſque in finem ſeculorum. Infra piſcem, oentus piſcem ſuſtinens : infrà mons, infrà tonitruus , infrà fulgur. Sub his mare ſanguineum, infrà infernus concluſus, infrà mare igneum, infrà mare opacum, infrà mare po * infrà mare nebuloſum, infrà laudes, infrà glorificatio, infrà ſolium, infrà tabula, infrà calamus, infrà maius nomen Dei. Et quid infrà ? Reſpondit: Infinita quęrendo proſequeris Abdia. Quis ultrà poteſt? Præter quòd æqualis eſt undiqueuerſum omnipotentia Dei.

Ordo rerum.

Supra ſeptem cœlos eſt mare uiuificum, & poſtea mare nebuloſum, procedit deſuper mare aereum, deſuper mare lapideum, deſuper mare tenebroſum, deſuper mare ſolatij, deſuper luna, deſuper ſol, deſoper nomen Dei, deſuper ſupplicatio, deſuper Gabriel, deſuper pergamenum raſum, deſuper plenum, deſuper ſeptuaginta interualla lucis, deſuper ſeptuaginta millia interuallorū uirtutes, deſuper ſeptuaginta millia montium, deſuper mille ſpacia, in unoquoque ſeptuaginta millia turbæ: in unaquaq; turba quinque millia angelorum, nunquam ceſſantium laudare Dominum uniuerſitatis: deſuper addet almuncihe, id eſt terminus angelicæ dignitatis: deſuper uexillum gloriæ, deſuper interualla de margaritis, deſuper interualla gratiæ, deſuper interualla potentiæ, deſuper interualla diuinitatis, deſuper interualla diſpenſationis, deſoper ſcabellum, deſuper ſolium, deſuper domus uniuerſitatis. Liber de colloquio Mahometi cum Iudæis.

De Angelis bonis.

Angelos bonos in creationem hominis conſenſiſſe, ac eundem adoraſſe, fabulatur Azoara 2 & 25.

Angelos ante Adam uocabula rerum ignoraſſe, Azoara 2.

Angelos animatos à Deo cuilibet homini mitti, ut doceant eum unum tantum eſſe Deum: Azoara 26.

Angelos poſt ſeptē millia annorū, expulſo diabolo habitaſſe in terra annos mille, nugatur in libro de colloquio cum Iudæis.

Angelos uigiles cuſtodes, & diſertos ſcriptores, dicit præeſſe homini, & omnes eius actus notare: Azoara 92.

Angelos quoſdam duas alas, quoſdam tres, quoſdam quatuor habere, nugatur Azoara 45.

Angelos pro hominibus interpellare Deum, ne ſinat cœlum ſuper eos cadere: aſſerit Azoara 52.

Angelos feroces & immenſos, dicit eſſe cuſtodes foci, nil niſi ſulphur, & homines comedentis: in Azoara 76 & 84.

Angelis poſtulantibus, Deum fulmina hominibus immittere: Azoara 23.

Angelos morituros & reſurrecturos aſſerit Azoara 88. & in colloquio cum Iudæis, ut

infra

infrà de Reſurrectione dicemus.

Tres archangelos Secretarios deitatis aſſerit, Michaelem, Gabrielem, Seraphielem. Octo angelos in die iudicij thronũ Dei portaturos fingit: & ſedecim legiones angelorum Cherubim circa thronũ Dei ſomniat, in colloquio cum Iudæis, & Azoara 80.

Singulos homines bini circumſtant angeli, alter à dextris, alter à ſiniſtris. Dexter uerò benefacta hominis ſcribit, ſiniſter malefacta. Ait: Vbi aſsident homini, aut qualiter? in quo ſcribunt? Reſpondit: Super humeros hominis ſedent. Calamus, lingua eorum: incauſtum, ſaliua linguæ: tabula notoria, cor eorum. in colloquio Mahometi cum Iudæis.

Angelum mortis, quem Adrielẽ uocat, pomo ex Paradiſo allato, cum nares ad olfaciendum Moſes adhibuiſſet, animam ei per nares emunxiſſe: nugatur in colloquio cum Iudæis,

Eundem angelum totam Dei creaturam, ac poſtremò ſeipſum inter Paradiſum & infernum interficere, ſomniat ibidem.

Septuaginta millia angelorũ, pontẽ & ſtrateram ſuper infernum in Hieruſalem in die iudicij portaturos, nugatur in colloquio cũ Iudæis.

De angelis duobus, olim genus humanũ iudicantibus & peccantibus, hanc refert fabulam in colloquio cum Iudæo, ubi reſpondet ad quęſtionem, cur uinum prohibeat bibere? Erant angeli duo, Arot & Marot, miſsi olim à Deo de cœlis in terram, gubernando & inſtruendo generi humano: tribus his interdictis, Ne occiderent, nec iniuſtè iudicarent, nec uinum biberent. Multo itaq; tẽpore ſic habito, nocti iudices eſſent per uniuerſum orbẽ, uenit eis die quodã mulier prę cunctis fœminis omnino pulcherrima, cauſam habens aduerſus maritum. Quæ ut parti ſuæ accommodaret iudices, inuitauit ad prandium. Sequuntur. Illa ſatagens, conuiuantibus inter epulas & pocula uini apponit. Adſtat miniſtrans, offert crebrò, inſtat ut ſumant. Quid plura? Vicerunt blanditiæ mulieris. Inebriati poculis, inhoſpitã formoſam incaluerunt. uicti, accubitum poſtulãt. Spondet ea conditione, dum alter uerbum doceat, per quod aſcendebant cœlos: alter, per quod deſcendebant. Placet conditio. Cum ergo didiciſſet, eleuata eſt ſubitò, & aſcendit cœlos. Quod cùm uideret Deus, explorata cauſa, poſuit eam Luciferũ, pulcherrimam inter ſtellas, ut fuerat inter fœminas. Illis autem in iudicium uocatis, propoſuit eis Deus, ut eligerent inter pœnam huius ſeculi, & pœnam alterius. Elegerunt hanc. Depenſi ſunt ergo per catenas ferreas, demiſsis capitibus in puteo Bebil, uſq; in diẽ iudicij.

Angelos ſingulis diebus ad Euam, poſt conceptum Seth ueniſſe, eamq; ſalutaſſe, & odores Paradiſi attuliſſe, donec páreret Seth ſolum: nugantur Saraceni in libro de generatione Mahomet.

De diabolis.

Fingit Deum condidiſſe diabolum ante hominem, ex igne peſtifero, Azoara 25. Diabolos ex ignis flamma condidit, Azoara 65.

De lapſu diaboli hæc nugatur: Nos hominem de terra & luto, diabolo prius ex igne peſtifero creato, plaſmauimus. Cumq; me plaſmaturum hominẽ de luto, & eidem animæ meæ portionem inſufflaturũ angelis intimaui, illis iniungens, ut ſe corã eo proijcerent: humiliantes omnes paruerunt, pręter Beelzebub, ſe ſubijcere nolẽtẽ. Qui cur hoc faceret, interrogatus à Deo, dixit: Qualiter homini, de luto cœnoq; nigro plaſmato, me ſubijciam? Reſpondit Deus: Quoniam malus es, & nequam, deſcende à me uſq; ad alium diem reijciende. Ipſi quidem terminũ ad diem publicæ reſurrectionis poſtulanti, Deus inquit: Ad diem horæ ſcitæ terminum poſui. Ipſe quidem nequicia plenus reſpondens, ait: Ob hoc in me perpetratum à te, faciam eis ſuisq; mũdana pulchra uideri, eoa omnia mala docturus, præter gentem quæ bono puroq; corde te ſuper omnia diligat. Azoara 2. & 25, Et Azoara 17. dicit, ideo Beelzebub recuſaſſe hominem adorare, quia ipſe ſit de igne conditus, & præſtantior homine.

De diaboli expulſione è cœlo, ſic inquit Azoara 77: Deus cœlum ſidereis ornauit lucernis, quæ diabolos expellant, illis timorẽ inijcientes. Et Azoara 47, ſtellas dicit perſequi diabolos, & impedire, ne quid à ciuibus cœleſtibus percipiant.

Diabolos ſeptem millibus annorum ante Adam habitaſſe in terra, nugatur in libro de colloquio Mahometi cum Iudæis.

Diabolos magicam artẽ Salomonem docuiſſe, nugatur in Azoara 2.

Per Salomonem dæmones ſubtus terrã & aquas, ad mira gerẽda, profectos eſſe Dei permiſsu, Azoara 21.

Diabolos procul ab audientia eſſe remotos: ideoq; tũ difficile, tum impoſsibile illis fuiſſe, Alcoranũ componere: Azoara 36.

Deum Salomoni uentos ſuo iuſsu leuiter currentes, & diabolos quorum libet ædificiorum & machinarum ſtructores & ſubmerſores: alios etiam ferro uinctos ſubieciſſe, fabulatur Azoara 43.

Iobum pede diabolum à ſeſe repuliſſe, ridiculè nugatur Azoara 48.

Diabolos per Alcoranum & Mahometum conuerſos eſſe, & gentibus prædicaſſe, dicentes: O 'gens, iam audiuimus librum

miſſum

miſſum poſt Moſen, omnis ſui dicti confirmatorem, & doctorem uiæ ueræ, rectæque: parete uocanti uos ad Deum, illiq; credite, uobis peccata ueſtra dimiſſuro, & à graui malo liberaturo. aliter aũt in terra nihil nobis prodeſſe poterit: Azoara 56.

Diabolos humana corda penetrare, Azoara 124.

De diabolorum miſeria & conciliabulo poſt natum Mahometum, hæc referuntur in libro de generatione eius: Ea hora qua natus eſt Mahomet, arreptus Lucifer ab angelis, immerſus eſt profundo maris Alcazû. unde uix poſt quadraginta dies euadens, in montem Cobelz aufugit. Quò cum terribili fragore & horrendo mugitu omnes angelos ſuos conuocaſſet, quid cauſæ ſit, anxij rogãt. Cauſam exponẽs: Quia natus eſt (inquit) Mahumet filius Abdalla, quẽ Deus ꝑduxit, miſſum in gladio radianti, acie cũcta penetrante, in noſtrã planè ruinam, ne quicquam nobis in mundo ſuperſit: nec reſtet locus, quò nõ perueniat per eum doctrina de unitate Dei, qui cũcta creauit. Propter hunc etiam prophetã damnauit me Deus, & poſuit ſatanam maledictum. Iſte enim eſt propheta Alumi arabi de Alcoras Tuhennazezen, Dominus nigræ & cameli, fidelis Deo: cuius unitatem prædicans, omnem participatum abiget. A quo, & gente eius, & cor & oculi mei obſtruentur, ut nec ſuperſit locus fugæ noſtræ tutus. Cui ſatellitum ſuorum principes reſpondentes, aiunt: Nec hoc Domine rex noſter, curæ tuæ cauſa ſufficiens eſt. Meminiſti ſiquidẽ, ut Deus Adã ſeptem uirtutibus perfectum creauit. De quibus cũ hoc tempore una tantũ ſuperſit, an metuis, qui in illum prçualuimus, nos reſiſtere huic non poſſe? Quibus ille: Nequaquam, inquit, confido. Hominem ſi quidem uideo, qui dolum & iniquitatem perdens, iuſticiam & ueritatem ſeruabit. Aggrediemur, inquiunt, genus humanum per concupiſcentias eorum, dolo & hypocriſi, omniq; ingenio mendacij. Multiſq; huiuſmodi fruſtra ſolantur.

De Homine.

Adam poſt octo millia annorum demum conditus eſt, cum diaboli terram ſepties mille, & poſt eos angeli mille annis terram habitaſſent. in libro de colloquio cum Iudæis.

In Adam ſpiritum Dei intraſſe inuitum per os, & exijſſe: libro de colloquio cum Iudæis.

Dicit Deum hominem ex humore, & ex ipſo filios cæteroſque poſteros produxiſſe. Azoara trigeſimaquinta, octuageſimaquinta. de Celcal ſeu umbra conditum hominẽ, ait Azoara 65.

Nugatur, Deum homini ex luto nigro formato, portionem de anima ſua inſufflaſſe, eumque angelis adorandum propoſuiſſe: idque omnes præter Beelzebub feciſſe, Azoara 2.25.48.

Adamum primum taſum eſſe à Gabriele, & à ſeipſo circumciſum, & peregrinatũ ad Mecham: libro de colloquio cum Iudæis.

Item, Deum homines primò creare, & in matris aluo ſecundò formare: Azoara ſexageſimatertia. Et de formatione hominis, in Chronico Saracenorum hæc referuntur. Eiuſdem eſt, quod fœtus in aluo materna per 40 dies ſperma perſeuerat. Illud 40 diebus ſequentibus in coagulum ſanguineum condenſatur. Vnde carnis fœtus corporis lineamenta ſuſcipiens, in diebus 40 ſuccedentibus formatur. Illi tandem, quadragenario dierum numero ſequente, angelus à Deo mittitur, ut animam inſpiret illi: quatuorq; neceſſaria præſcribat, uidelicet quo uictu, quo uitæ termino, qua ſorte fruetur. Eadẽ in Azoara 2.

Sexaginta ſunt uenæ terræ ſingulorum colorum: quæ uarietas ſi non eſſet, nulla inter homines foret diſcretio noticiæ. Libet de doctrina Mahometi, additus Alcorano. Alij Saraceni dicunt, puluerem multicolorem, quem Deus pugno ſuo comprehenderit, cum crearet Adam, cauſam eſſe cur alij albi, alij nigri, alij boni, alij mali ſint homines. in Chronico Saracenorum, & colloquio cum Iudæis.

De Lapſu hominis.

De lapſu Adæ hæc nugantur: Quid Deus dixit Adæ? Reſpondit: Habita tu & coniunx tua paradiſum, comedite & bibite, tantum ne huic arbori appropinquetis. Ait: Quænam fuit arbor illa? Reſpondit: Arbor tritici. Ait: Quæ forma arboris? Reſpondit: Septem ſpicas habebat. unam rapuit Adam, in qua erant grana quinque, de quibus duo comedit Adam, duo dedit Euæ, quintum detulit ſecum. Ait: Quantum fuit granum? aut quid inde fecit? Reſpondit: Maius fuit ouo, quod ubi in ſexcentas particulas comminuiſſet, produxit ex eo cuncta ſeminum genera. Ait: Quà receptus eſt, paradiſo expulſus? Reſpondit: Adam in India, Eua in Nubia. Ait: Quid induebant? Reſpondit: Adam tria folia de paradiſo, Euam coma cooperiebat. Quà ergo conuenerunt? Reſpondit: In Arafe. Ait: Vter de altero factus? Reſpondit: Eua ex Adam. Vnde eſt quòd mulier operitur? Ex coſta eius ſiniſtra. nam ſi à dextra, æquè fortis eſſet. libro de colloquio cum Iudæis. In Azoara ſecunda diabolum lapſus ſuaſorem facit. ſicut & in A-

zoara decimaſeptima, ubi ſic ait: Adæ uerò, ſuæq; mulieri præcepit, ut in paradiſo manentes, quod ſibi placeret comederent, una tantum arbore minus, niſi ſe malos eſſe mallent. His itaque diabolus ſuggeſtionem faciens, & ad membrorum uirilium atque pudendorum detectionem nitens, Deum eis illam arborem uetuiſſe fallaciter inſinuauit: non ob aliud, niſi ut uel illi nequaquam angeli fierent, uel ibi perpetuò manerent. Diabolus itaque iurans, ſe nequaquam illis ſuo nociturum alloquio, eos in uiam prauam atque peruerſam diſtorſit. Guſtantibus igitur illis de arbore, ſexus atque pudenda membra apparere cœperunt. Quæ ipſis è paradiſi folijs regentibus, Deus inquit: Nónne uobis hanc arborem interdixi, uobis hoſtilitatem atq; maliciam diabolicam enodans? Eadem, Azoara trigeſima repetit.

De Peccatò.

Nullum maius peccatum nouit Mahometus, quam Alcoranum contemnere, eiq; contradicere, & ſibi detrahere: Azoara ſecũda, 10. & Azoara 19. prorſus irremiſsibile peccatum eſſe aſſerit, ſi quis Deo & legato eius reſiſtat.

Vinum bibere, ſcachis & aleis & talis ludere, grauiſsimum peccatum eſſe aſſerit Azoara 3 & 13.

Catalogum peccatorum in Azoara decimaſeptima ponit: Deus ipſe nil niſi criminalia, modicaque peccata, ut falſas rapinas & iniurias, poſitionemque ſocietatis & participationis in deitate, ipſique Deo falſum imponere, & his ſimilia, ſtatuit cuique ueſtrûm illicita.

Dicere Deum habere filium, ſummũ piaculum exiſtimat: Azoara 38.

Mahometi mulieres attingere, graue ſcelus pronunciat, Azoara 43.

De Lege.

Neque Iudæorum neque Chriſtianorum legem bonam eſſe aſſerit, ſed ſolam legem creatoris: quam ſe fingit afferre Mahometus, Azoara 1.

Legem Abrahæ commendat præ alijs omnibus, in Azoara 10.

Dei legem non eſſe impoſsibilem & intolerabilem, Azoara quarta & quinta. Deũ enim leuia & poſsibilia præcepiſſe, cum hominem fragilem & debilem effecerit. Azoara nona.

Moſen non omnia ſcripſiſſe, ſed plura in abſconditis tradidiſſe, nec omnia patribus enodaſſe aſſerit in Azoara 16.

De promulgatione legis fabuloſa multa recitat in Azoara 17.

Deum ſingulis gentibus ſuam, quam debeant ſequi, legem impoſuiſſe, Azoara trigeſimaſecunda & 40.

Legem ſine fidem prophetarum omniũ unam eſſe, ſed ritus diuerſorum diuerſos: in colloquio cum Iudæis.

Mahomet dicit, ſe legem Dei prædicare, quæ doceat non eſſe plures deos, ſed unum, ſine participe: libro eodem.

Deum modò in Synai monte, ut Azoara 38: modò in Hieruſalem, dediſſe præcepta mille quingenta & quindecim (ut in colloquio cum Iudæis) affirmat.

De uero uſu legis, quòd ſcilicet teneat peccata & iram Dei, nihil Mahometus nouit.

Legem ſeruantes, Deo coniũgi, & ſaluati, opinatur Azoara 35 & 42.

De Euangelio.

Dicit Deum miſiſſe Chriſtum cum Euangelio, Azoara 67. Et Euangelio attribuit, quòd ſit doctrina perfecta, ſicut & Alcoranus, Azoara duodecima. Et de Dei promiſsionibus in Teſtamento & Euangelio & Alfurcam propoſitis dubitandum negat: Azoara decimanona.

Et Chriſto Mariæ filio miſſo Euangeliũ datum non ob aliud, niſi ut per ipſum Dei dilectionem & gratiam aſſequerentur homines, inquit Azoara 67.

De Euangelio, annunciante remiſsionem peccatorum propter meritum Chriſti, nihil tradit Mahometus.

De Salute & Iuſtifica-
tione.

Salutem adſcribit operibus. Hæc ſunt ſecreta Alcorani huius, libri clari, uiam rectam docentis, & ſpem bonam pollicentis orantibus, & decimantibus rectè, dieique futuræ credentibus. Incredulis autem, alio ſeculo perdendis, malumque grauiſsimum paſſuris, ſuos actus pulchros apparere fecimus. Azoara 37.

Omnium ſectarum homines ſaluari dicit, modò in Deum credant, & iudicij diem expectantes bona opera faciãt: Azoara duodecima. Sciendum autem generaliter quoniam omnis rectè uiuens, Iudæus ſeu Chriſtianus, ſeu lege ſua relicta in aliam tendens, omnis ſcilicet Deum adorans, boniſque geſtor, indubitanter diuinum amorem aſſequetur.

Mahometum ſequentes, eique credentes, ſaluari aſſerit Azoata 5. & propter Mahometum, Deum ſola gratia, miſericordiaque peccata condonare, Azoara 6.

Poſt malum perpetrarũ pœnitenti & bonum facienti Deum ueniam dare, affirmat Azoara 12 & 17.

Humiliando ſeſe in ingreſſu portarũ, ueniam peccatorũ conſequi, docet Azoata 7.

Pro factis paradiſum introite. Tale quid bonorum meritum exigit: Azoara 26.

Tria hæc ad paradiſum intrandam neceſſaria, fides, credulitas, opera. Et contigit tamen, ut ſi quis ex Iudæis, aut Chriſtianis, ſiue gentilibus ad fidem Saracenorum conuerſus, ante opus morte occupetur, ſola fides ſufficiat. Sicque ſiue Iudæus, ſiue Chriſtianus, ſiue etiam gentilis, omni pietatis operi ſatisfaciens, nec id amore Dei, & ipſum & opus eius ignis abſumet. Mahometus in colloquio cum Iudæis.

Militantes, & qui eos iuuant, gratiam peccatorum mereri: Azoara 19.

De Fide.

Rectè quidem fidem à Deo dari & augeri, paſsim affirmat: ſed malè id exponit, non de fide in Chriſtum, ſed fide in Deum, & in ſe, & Alcoranum intelligi: Azoara 45. 49.

Benefacientes, & ueritati ſuper Mahometum poſitæ credentes, ipſius Dei uiam & ueritatem ſequuntur, qui condonaturus eſt illis peccata ſua: Azoara 57 & 58. Mahometus dixit: Qui me uidit, & credidit, bonam mercedem habebit. Septuplum tamẽ, qui me non uiſo crediderit. autor Chronici Saracenorum. Et in Azoara 59, negat eos in Deum credere, qui non prophetam ſequã tur, & in litibus cum pecunijs & animabus ei adſint.

Etiam dubitantes, & non credentes, ſaluari docet Azoara octuageſimaſecunda. Scire nequimus, an terrenos odiat, diligát ue Deus. Cumque noſtri quidam boni, quidam in terra ſimus, uias uarias proficiſcimur. Nos autem opinati nihil Deum euadere, nec agere contrà poſſe, rectam uiam patefactam credimus. Omnis enim in Deum credens, omnium malorum & iniuriarum rimore carebit. Quibuſdam itaq; noſtris credentibus, quibuſdam minimè, credentes recta uia gradiuntur.

De Confeſsione.

Poſt fidem rectam incredulus ui, coactio neque factus, fidem legemque corde ſuo retinens, non damnabitur: ſed hoc ſponte faciens, quia huius mundi uitam alij prætulerit, nunquam à Deo in uiam rectam dirigendus, grauiſsimis cruciatibus affligetur: Azoara 26.

De Pœnitentia.

Negat lapſis ueniam.

Reuocantem peccata, ſicut & omnem incredulum ac peccatorem, Deus abhorrens deprimit. in Alcorano, Azoara quarta & 5.

Sponte abnegantem doctrinam Mahometi, nunquam à Deo in uiam rectam reduci: Azoara 26.

Confeſsione & eleemoſynis, & bonis operibus ſatisfaciendum pro peccatis commiſsis, nõ obſcurè indicat Azoara decimanona & 37. Et 51, peccata cum beneficijs, cum ſint diſparia, remoueri. Et Azoara ſeptuageſimatertia, ante mortis aduentum de bonis datis uobis benefacite, ne tunc neceſſitate cogente dicatis: O Deus uitam meã ad terminum propinquum protrahe. Eleemoſynas enim faciam, & bonus efficiar. Et Azoara 35, Pœnitenti, credenti, ac benefacienti Deus pius condonator, peccatũ pro beneficio commutabit. Et Azoara 68, itidem redemptionem per bona opera docet.

De fide in Chriſtum, & de remiſsione peccatorum propter Chriſtum, Mahometus planè nihil docet.

Pœnitentiam agentibus ſæpe dubitatiuè promittit remiſsionem peccatorum. ut Azoara 74: Ille forſan uobis peccata dimiſſurus eſt. Et Azoara 52: Forſan eorum multis ueniam faciet.

De Bonis operibus.

Mahometus iubet ſuos amore Dei prædari. Sic enim inquit Azoara 71: O uiri boni, mercaturam uos à maximo malo defenſuram patefaciam: uidelicet in Deum atq; prophetæ credite, & prædatum ac expugnatum in Dei nomine cum ueſtris animabus atque pecunijs tendite. Hoc enim, ſi ſapitis, eſt uobis optimum, cum Deus ob hoc ueſtra peccata dimittet, & in Paradiſo habitatiões amœnas, domosq; perpulchras uobis tribuet. Dabit item & aliud à uobis maximè dilectum, uidelicet uindictam, & terrarum leuem & facilem acquiſitionem, boniſque magni gaudij nuncium. & Azoara 34.

Quædam tamen præſcribit bona opera: ut ſunt Deum honorare, Azocra 41. Et adorare, & gratias agere, Azoara 42. Deo & legato ſuo parêre, Azoara nona. Et Deo, & Alcorano, & Mahometo credere, Azoara 10. 18. Credere libris poſitis à Deo, Azoara 52. Alcoranum pro uiribus, quantum uacat, legere, Azoara 83. 97. 106. Beneficẽtia erga parentes, Azoara 39. & propinquos & pauperes & mendicos, Azoara 40.

Matres iubet infantes ſuos per biennium nutrire: aut aliam nutricem, ſi ipſa non poſsit, ſubſtituere pro mercede iuſta, Azoara tertia.

Abrahæ ſectam iubet Saracenos imitari, Azoara ſexta.

Cædem uiri boni ex ignorantia factam, iubet compenſari alterius uiri boni redemptione, Azoara 10.

Templum Haran ſeu Mechæ iuniſentibus promittit multa bona, Azoara trigeſimaſecunda.

Orationes & eleemoſynas & decimas facere paſsim iubet, Azoara 32.

Conſuetudinem cum uxoribus proprijs

& ancillis permittit, ſed cum alienis uxoribus uetat, Azoara 33.

In Dei nomine peregrinari, & ſua bona delerere, aut prophetæ donare, prædicat pro bono opere, Azoara 69.

Ieiunio certum tempus tanquam à Deo præſcriptum definit, Azoara 2.

Bonis operibus adſcribit ſalutem, Azoara trigeſimaoctaua. Aliud ſeculum tibi compara, à malis operibus ceſſa. Item: Credentes, (ſcilicet Alcorano) & benefacientes, bonis aſſociabimus: Azoara trigeſimanona. Credentes & benefacientes ueniã & gaudium habebunt: Azoara 45. Omnis boni operator, &c. ueniam à Deo omnipotente conſequetur: Azoara 11. Deus dans donum ſalutis, auxilium atque gaudium ſecũdum opera ſua præbebit: Azoara 16. Secundum optimum modum ſuorum operũ, quẽque Deus remunerabit, ueram tribuens æternalium: Azoara 26.

Opera mereri gratiam & dilectionem Dei: Azoara ſexta. Plenam Dei gratiam, dilectionemq́ue noſtri nullus aſſequitur, niſi prius de ſibi dilecti diſtribuerit. In uijs Dei, hoc eſt in bello, morientibus, promittit maximam mercedem: Azoara 7. Terrarũ propter Deum expugnatores, & è domibus ſuis propter Deum atque prophetam quæſitum exeuntes, in terris abundantiam adipiſcentur: Azoara 10.

De Perfectione.

Deus homines poſt adeptionem fidei nõ errare permittit: priusq́ue eos, quid timere debeant, ipſe docet: Alcoranus in Azoara decimanona.

Bonos homines Deus mũdat, & purgat: incredulos autem, ut ferri purgamentũ eijciens, ad nihilum reducit: Azoara 6.

De Oratione.

Pro incredulis negat eſſe orandum, Azoara decimanona.

Non precandum ut Deus malos uiam rectam doceat, Azoara 26.

In formulis precationum non Chriſti, ſed prophetæ, hoc eſt, Mahometi mentionem facere docuit: ut Azoara ſeptima. Tu Domine miſericors, nobis tuum præconem exaudientibus, ut legem rectam ſequeremur, noſtra condona peccamina: nosq́; defunctoa bonis adiunge, à te nobis per prophetas atque legatum pollicitum complẽs, nec die iudicij nos contemnẽs, ab ignis feruore, quo malos ſine remedio grauiter affliges, libera: quia tu termino propoſito, ueraciter omnium cauſarum iudex exiſtes.

In Azoara 33, iubet ſuos orare, ut Deus cuſtodiat, ne credant aut dicant Deum habere filium.

Deum cœli creatorem, qui careat filio, tu-

ra

bet inuocari: Azoara 12.14.21.26.28.51.

Quinque orationes Dei eſſe, quas Deus Mahometo reuelauerit, aſſerit in colloquio cum Iudæis.

Aues Deum inuocare, aſſerit Azoara trigeſimaquarta.

Orationem maximum mereri meritum, Azoara trigeſimaquarta, ſcilicet ex opere operato affirmat.

Deum & angelos pro Mahometo dicit orare, ut ſaluetur: Azoara 43.

Rectè diuorum & imaginum adorationẽ uetat, Azoara 15.17.

Orationem ex opere operato mercedem mereri, fingit Azoara 30. Deum ante ſolis ortum & occaſum, nocte quoque, horisq́ue diurnis, uſquequò mercedem ex meritis aſſequaris, deprecare: nec oculos tuos unquã ad uxores alienas, licet hoc mundo ſpecioſas & precioſiſſimas, conuertas.

De Eccleſia.

Deum quoſdam ita uelle errare, ut non poſsint uiam uerã inuenire: Azoara 10. Et, Deum quibus uelit, uiam rectam: & quibus uelit, uiam malã præbere: Azoara 17. Si Deo placeret totũ genus humanũ, una gens fieret, atq; bona. Sed quis ad rectam uiam diriget, quem Deus aberrare facit? Azoara 23 & 24.40.

Et tamen rurſum interdum ſibi contradicit, dum aſſerit quoſdam propria uoluntate errare, Azoara decimaſexta. Et uoluntate propria ducti deos ſibi conſtituerunt: Azoara 55.

Mahumetanos Eccleſiam Dei eſſe, & gentem meliorem quàm Iudæos & Chriſtianos, qui poſt uirtutes agnitas ſchiſmata fecerint, & nunc Alcoranum ſuſcipere detrectent: Azoara 6.

In ſocietatem Eccleſiæ Mahometicæ ſolos eos eſſe recipiendos, qui pro ea doctrina pugnatum & prædatum proficiſcantur: Azoara 10. & qui prius conuerſi, oratores & benefici facti ſint: Azoara 19 & 70.

Deum ſemper in medio eorum eſſe, Azoara ſexageſimaoctaua.

De Miniſterio.

Legatis meis nil aliud iniungo, niſi quòd uobis bonum & gaudiorum effectum perſuadeant, nefandaq́ue prohibeant. Quibus omnis credens, & ſe diligens, ac benefaciens, nil timeat, cum nil mali paſſurus ſit. Azoara decimaquinta.

Succeſſores & uicarios ſuos, detrectantes ire pugnatum, damnat Azoara 19.

Prophetas pro mortuis orare iubet, Azoara eadem.

In omnibus Prophetæ, ſcilicet Mahumeto, obtemperandum monet, Azoara ſexageſimanona.

De

De Excommunicatione.

Contra Alcorannm diſputantes excommunicat, Azoara 5 & 12.

Conſortium cum incredulis & malè agẽtibus, uetat ſub pœna gehennæ, Azoara 21. 70 & 78.

De Cruce.

Contumelias & conuicia & iacturam rerum patientibus propter doctriuam Mahometi, æternum gaudium promittitur, Azoara ſeptima.

Iudæos & Chriſtianos ideo negat filios Dei eſſe, quod à Deo affligantur cruce & pœnis, Azoara 12.

De Miraculis.

Negat opus eſſe ſanctum Alcoranum miraculis confirmari, quia Deus omnipotens edat miracula, quæ plures non uideant: Azoara 15. & quia Deus ſemper miraculoſe punierit contemptores ſuorum prophetarũ: Azoara 17.36. & quia miracula nihil iuuent incredulos: Azoara 20.

Ad integrè ſcribeuda miracula Dei, non ſufficerent omnes arbores in peunas redactæ, nec marium ſeptuplum incauſtum: Azoara quadrageſimaprima.

De Principatu.

Mahometus dixit, ſuum populum non poſſe obtinere principatũ, niſi à Chriſtianorum fide prorſus recedant, & ſua dogmata ſuſcipiant. Iohannes de Oppido.

De Vindicta.

Vindicans ſe poſt iniuriam illatam, nequaquam reus exiſtit: patiens tamen, & dimittens, præ cæteris optimè facit: Azoara quinquageſimaſecunda.

De Coniugio.

Mahometus in Alcorano ſuo, uiro, quandocũq; uoluerit, qualibet de cauſa cõcedit repudiare uxorẽ, & prohibet repudiatã recipere. Vincentius lib. 23, cap. 59.

Mulieres cuilibet permittit parare proprias, & cum ijs conſuetudinem habere: Azoara tertia.

Duas, tres aut quatuor permittit ducere, & aliam pro alia mutare: Azoara 8.

De ciborum diſcrimine.

Nullatenus quidquam, ſupra quod Dei nomen eſt inuocatum, comedatis: quia peccatum eſt: Azoara 16. Et carnes porcinas, & ſanguinem, & cadauera mortua comedere uetat, Azoara 2.

Nec animalinm fœtus, quos illicitos dixero, cum omues alij liciti ſint, niſi peregrinantibus, comedere uelitis. Peregrinanti quidem caueudum, ne uenatus interficiat, Deo prohibente: niſi prius menſe prohibitiouis peracto. Tunc enim uenatus ſumere fas cenſetur. Omnis Dei domum inuocans, nequaquam oblationes in alto ponat: & ut miſericordiam à Deo cõſequatur, iu ipſum credat, nec ob homines prauos à uia recta ſe diuertat: Deique dilectioni ſuisque bonis, nequaquam malis atque peccatis ſtudeat, Deum timens: quoniam ipſe grauis atque difficilis ſuper rerum fines inuenitur. Sunt autem uobis hæc illicita: Sanguis, & morticinium, animal quodlibet uequaquã Dei nomine peremptum & ſuffocatum, ac igne combuſtum, uel ruina morti deditum, & à lupo tactum, niſi quis illud interfecerit: Azoara duodecima.

De Tempore.

Lunæ curſum, tempora peregrinationia & ieiunij diſcernere, indicat Azoara 2.

De Antichriſto.

Antichriſtum à Chriſto denuò redeunte interficiendum, ante extremum iudicium: ut patet ex Summá de Saracenorum fraudibus.

De Hieruſalem.

Seutit Hieruſalem eſſe ceu umbilicum terræ, unde diſperſæ ſint gentes, eòdem rediturae. in colloquio cum Iudæis.

Libro eodem ſomniat, Hieruſalem ex Paradiſo in mundum ueniſſe.

De Mecha.

Mecham ex Paradiſo ueniſſe, in colloquio cum Iudæis nugatur: & templum iſthic primum ab Abrahamo eſſe extructum, Azoara 2. indicat.

De Nationum differentia.

Omnium gentium ſapientiſsimæ ſunt quatuor: uidelicet, Arabes, Perſæ, Romani & Iudæi. Chronicon Saracenorum.

De Maria uirgine.

De Maria uirgine hæc nugatur in Azoara quinta. Mulier Ioachim ſe grauidam ſentiens, inquit: Tibi uentris mei conceptum Deus omnium creator uouens, ipſum tibi ſoli ſupplicem, ſeruientem deuotè, poſtulo colligere digneris. Cum natam autem peperiſſet, eique nomen Maria poſuiſſet, Deum teſtem ſexus ſui partus aduocans, inquit: Natam meam, ſuamque prolem, tuo penitùs obſequio deuotas, à tentationibus & inſidijs diaboli protege. Hoc matris uotum Deus benignè ſuſcipiens, natæ ſuæ crementum optimum, corque firmiſsimum præbuit. Hanc Zacharias in domum ſuam atque tutelam ſuſcipiens, quoties ut orationes funderet ad altare proceſſit, fructus optimos intempeſtiuos ſuper eam inuenit. Quæ ab ipſo quæſita, unde ſumeret? inquit: A' Deo, qui cui uult, dona facit innumera. Item aſſerit, Mariam annos 62 uixiſſe, & quiuque annis poſt aſcenſum Chriſti ſuperſtitem fuiſſe: in Chronico Saracenorum.

De Zacharia & Iohanne baptiſta.

Zachariæ deinceps Deum, ut filium ſibi gratum & honorificum tribueret, deprecanti, cum orationes ad altare coram Deo funderet, angeli reſpondetunt: Deus ueſtræ petitioni ſatisfaciens, optimoque nuncio lætificans, filium permittit Iobannem, confirmantem uerbum Dei. Eritque uir bonus, uirgo perſeuerans, magnusque propheta. Zacbarias inquit: Cum ſim ſenex, muliérque mea ſterilis, quomodo prolem creator faciam? Inquiunt angeli: Deo nihil eſt impoſsibile. Zachariæ pœnitenti, ſibique difficile quid imponi poſtulanti, triduanam taciturnitatem, niſi ſignis tantum cum bominibus, & diuinam inuocationem precisque ſtudium ſero maneque Deus iniunxit. Azoara quinta & 29.

De Chriſtianis.

Mahometus damnat Chriſtianos, quòd Ieſum dicant filium Dei: & quod eũdem, & ſacerdotes & pontifices, ut ſuos dominos uenerentur: cum ipſis pręceptum ſit, nõ niſi unum Deum adorate: Azoara 19.

Item d amnat Chriſtianos quoſdã, quòd Mahometum pro mimo & mago, & mendaci, & dęmoniaco babeant, eiusq; Alcorano contradicant: Azoara 20.25.42.90.

Aſſerit Chriſtum, poſt Anrichriſtum interfectum, Chriſtianos denuò legem ſuã perfectè docturnm: ut eſt in Summa breui contra ſectam Saracenorum, incerto a utore.

Aſſerit eos à gentibus uincendos: ſed poſt nouem annos denuò uicturos. ibidem.

Credentes in Chriſtum, meritum accepturos dicit Azoara 67. quos tamen per eũ non ſaluari, ſed per Mabometum, nugatur in colloquio cum Iudæis.

De Iudæis.

Chriſtum Antichriſto interfecto, omnes Iudæos ad legem ſuam conuerſurum, Mahometus aſſeruit: ut teſtatur Summa Alcorano præfixa.

Iudæos Alcoranum reijcientes, à Deo ſimias & porcos & idololatras eſſe conſtitutos, ait Azoara 12.

Iudęis docentibus Ozair eſſe filium Dei, malè precatur Mahometus Azoara 19.

Iudæos aſſerit negare reſurrectionẽ mortuorum, Azoata 54.

Iudæos confert aſino geſtanti librum, Azoara ſeptuageſimaſecunda.

De Alexandro Magno.

Nugatur Alexandrum in monte reperiſſe homines, nullum uerbum intelligentes. & rogatum à uicinis, montes illos cõnexuiſſe ferramentis, & cuprnm infudiſſe, ne uaſtatores illi poſſent trãſire ad alios. murum autem illum ferreum ſub aduentu extremi diei, Dei præſcripto interiturum, eosque homines cornu euocandos eſſe, Azoara uigeſimaoctaua.

De Gog & Magog.

Ante extremum diem Gog & Magog exiturum, & gentes undique conue nturas, indicat Azoara 31.

De Magia.

Rectè quidem dicit, Deum artem magicam odiſſe & abhorrere, Azoara 20.

Sed falſò nugatur, Salomonem à dęmonibus artem magicam didiciſſe, Azoara ſecunda: & auium garritus intellexiſſe, Azoara trigeſimaſeptima & 44.

Et nato Mahometo, omnibus magis ſortilegis, & ariolis eo die artificium ſuum defeciſſe. Liber de generatione Mahometi.

De Numeris.

Senſit numeris quædam ineſſe myſteria, quæ etiam uſque ad centenarium ſatis mõſtroſè exponit Iudæorum legatis: in libro de doctrina Mahomeri.

De Morte.

Rectè quidem dicit, omnes homines oportere mori: Azoara 7.

Sed mõſtroſam metamorphoſin mortis in ariete fingit, in colloquio cum Iudęis, inquiens: Poſt extremum iudicium mutabitur mors in arietem, & addncent eam inter paradiſum & infernum. Eritque magna inter utriuſque regionis incolas diſſenſio. Nã populus paradiſi, metu mortis necem macbinabitur. Infernales uerò, ſpe mortis, ſuperſtitem fore cupient. Vincet populus paradiſi, & mortem inter paradiſum & infernum occident.

Angelos & diabolos ab Adriele angelo mortis interficiendos, ac demùm ipſum Adrielem moriturum inter paradiſum & infernum, nugatut in colloquio cum Iudęis.

De Purgatorio.

Omnes in ignem profecturos, ſed tãtum incredulos corporaliter in eo permanſuros, aſſerit Azoara 29. & quoſdam eriam bonos uſq; ad reſurrectionem in igne futuros, indicat Azoara 33. & quoſdam ignem gebennæ ad certum dierum numerum ſenſuros, ait Azoara 5. Purgatorij ignis etiam meminit Azoara 46 & 18.

De Extremo die.

In extremo die tertæmotum fore, & nutrices alumnos ſuos remoturas, & prægnãtes abortus factnras, & omnes ebrijs ſimiles futuras, Azoara 32. Et puerilia capita canos crines emiſſura, Azoara 83.

Negat ſe ſcire, utrum propè an procul abſit dies extremus, Azoara trigeſimaprima, 43. Et tamen rurſus Azoara 82 dicit, ſe ſcire ex Dei reuelarione.

In extremo die facies quorundã ſpecloſas & hila-

& hilares & ridentes fore: Incredulorum uerò pallentes & cinericias, Azoara 90.

In extremo die montes in puluerem redigendos, equos coocurſuros, & beſtias omnes conuentoras, docet Azoara 91. 92.

In extremo die beatis chartas tradiтū iri in manū dextram, damnatis uerò in tergū, qui uociferaturi ſint, Heu heu quàm grauis quamq́; difficilis hora: Azoara 94.

De Reſurrectione.

Rectè Deom omnes homines reſuſcitaturū, paſsim docet, Azoara 2. 10. 32. 33. ad buccinæ ſonitum, Azoara 46. 47.

Et refutat negantes reſurrectionem, Azoara 27. 29. 37, & alijs: ab omoipotētia Dei, & creatione ex oihilo.

Sed monſtroſas quaſdam opiniones intermiſcet: quales ſunt, quòd omne genus animalium, terreſtre ſeu uolatile, ſicut homines, reſuſcitari, & ad Deum redire, fingit Azoara 15. & omnes creaturas reſurrecturas, in colloquio cum Iudæis aſſerit.

Quòd Deus reſuſcitatis ueſtes, quibus membra genitalia teganr, ſit daturus, Azoara decimaſeptima.

Quòd ſeptē dormientes Ephesi ſub Theodoſio teſtati ſint de mortuorum reſurrectione, Azoara 28.

Quòd animas & angelos ſimiliter ordinatim reſurrecturas dicit, Azoara 88.

Has opiniones ſummatim complectitur in colloquio cum Iudęis, in hunc modū: In die illo mandabit Deus angelo mortis, ut omnem creaturā ſpiritum habeotem interimat, tam angelos omnes, & diabolos oēs, quàm homines, aues, piſces, beloas & pecora. Sic enim ait in Alcorano: Omnia mortua, pręter Denm. Poſt bæc nocabit angelō mortis, dicens: O' Adriel, eſt'ne quid ſuperſtes ex omni creatura mea? Dicet: Nihil Domine mi, præter mę, ſerunm tuō imbecillē. Tunc dicet ei: Quoniam omnem creaturam meam occidiſti, abi hinc inter paradiſum & infernum, & occîde poſtremò teipſum, ac morere. Abibit infelix, atq; in præſcripto interuallo proiectus homi, & alis ſois inuolutus, ſeipſum ſuffocabit, cum tanto quidem mugitu, qui & cœleſtes ſpiritus & terrena animalia, ſi uiuerent, terrore exanimaret. Stabitq́ue totus mundus nacuos per quadraginta annos. Poſt hoc, cœlum & terram pugno continens, dicet: Vbi nunc reges & principes & potentes ſeculi? Cuius eſt regnum & imperium, atque rerum potentia? dicite, ſi oeridici eſtis. Et his oerbis ter repetitis, ſuſcitabit Seraphielem, & dicet: Accipe tubam hanc, & deſcende in Hieruſalem, & clange. Tunc accepta Seraphiel toba, cuius longitudo itineris quingentorum annorum, ſtans in Hieruſalem, inſufflabit tubam, exintus omnes animas iuſtas & iniuſtas inibi interim ſeruatas. Animæ euolantes in omnem terram, quæque ad corpora ſua, ubicunque ſint, diſpergentur: atque ad primum hunc ſonitum omnium oſſa congregabuntur. Tranſactis quadraginta annis, iterum ſonabit: ad quem ſonitum oſſa carnem & neruos aſſument. Atque inde poſt qoadraginta annos, ubi tertiò ſonuerit, omnes animæ corpora ſua induent. Sic facto, ignis ab occidente accenſus, omnes creaturas Hieroſolymam agitabit. Quò cum omnes peruenerint, ceſſabit.

In Alcorano Azoara 49 dicit, ad primum ſonitū buccinæ omnes morituros, exceptis illis qoos Deus protexerit: ſecundò ſonante, ſingula reuictura: & Azoara 79.

De Extremo iudicio.

Dies indicij continuabit ſpacium quinquaginta milliom annorum. Liber de doctrina Alcorani.

Omnium actus libro ſcriptos, Deus reuelabir: Azoara 46.

Formam & proceſſum iudicij extremi, in colloquio cum Iudęis fabuloſè deſcribit: ubi quadraginta annos (reſuſcitati à mortuis) in ſudore ſuo natauerint, expectātes iudiciū, tot tandē miſerijs affecti appellabūt Adā, ſic dicentss: Parer Adā, Pater Adam, ad quid nos genuiſti? Huiuſmodi ſcilicer miſerijs & tormētis? Itá ne pater filios ſub incerto ſioe, inter ſpem & metum fluitare pateris? Quinimò Deum ora, ut planè finiat de nobis quicquid inter paradiſum & infernū facturus eſt. Reſpondebit Adam, & dicer: O! filij, filij, ſcitis ut ſuadente diabolo, inobediens præcepto Dei extiterim: quæ cauſa, ut indignus hoc habitus officio, uel huinſmodi pręſumā. Sed ite ad Noe. Cōuerſi ad Noe, dicēt: Inrercede pro nobis, electe Dei pater Noe. Reſpōdebit Noe, dicēs: Feci quod potui, ſaluaui uos in diluuio. Hic nihil mihi ſupereſt officij. Sed ite ad Ahraham. Appellabunt Abraham, dicentes: Pater fidei & ueritatis, pater Abraham, reſpice oos miſeros, & miſerere. Quibus Abraham: Quid à me petitis? Non recolitis, ut diu uagabundus, idololatra, incircumciſus errauerim? Non ſufficio. Sed appellate Moſen. Appellabunt Moſeo, dicentes: Audi nos electe nnncie Dei, & propheta, famule Dei Moſes. Quibus Moſes: Quem appellatis? Nónne legē uobis dedi, miraculis cōfirmaui, nec tamē credidiſtis? Si mihi credidiſſetis, facere poſsē qđ poſtulatis. Sed ite ad Ieſum Chriſtū. Conuerſi ad Chriſtum, dicent: Ieſu Chriſte, ſpiritus, uerbum & uirtus Dei, moneat te pietas tua, & intercede pro nobis. Tunc dicet eis Ieſus: Quod à me petitis, ipſi amiſiſtis. Miſsus quidem fui uobis in

uirtute Dei, & uerbo ueritatis: uos autem aberraſtis, & me plus quàm ego prædicauerim uobis, Deum ueſtrum feciſtis. Hoc itaq; beneficium meum amiſiſtis. Sed ite ad ultimum prophetarum, hunc ſignificans, cum quo loqueris Abdia. Ad quem conuerſi, dicent: O nuncie fidelis, & amice Dei, quàm malè quidem peccauimus, Exaudi nos pie propheta Dei, ſpes una ſuperſtes. Nam poſt te, in quo ſperabimus? Exaudi nos, potentia tibi à Deo collata. Aderit itaq; Gabriel, nec impotentem ſinet amicum ſuum uoluntatis ſuæ. Procedent ſocij ante faciem Dei, dicetq; eis Deus: Scio ad quid ueniſtis. Abſit itaq; ut fidelis mei uotū in aliquo quaſſem. Hic ergo ponte facto ſuper infernum, ad caput pontis aderit ſtatera, qua libratis uniuſcuiuſque factis, ambulabunt ſuper pontem. Salui ergo tranſibunt, damnati in infernum decident.

Portam aūt, & ſtateram ſuper infernum eum fore in Hieruſalem, ibidem aſſerit.

Diabolum in extremo die confeſſurum ſe homines decepiſſe: ſed aliquam culpam in eos translaturū, quòd ſibi tam citò crediderint, docet Azoara 16 & 24.

Chriſtum iudicem in extremo iudicio negant, ſed tantum teſtem, ut alios prophetas: quos adfore, & qui ſibi crediderint, teſtimonium perhibere, aſſerit: ut patet ex Summa fraudis Saracenorum, adiecta Alcorano, & Azoara 49.

In extremo iudicio Deum in tres partes homines diſtributurum, aſſerit Azoara 66. Fiet cunctorum cohors tripertita, ſcilicet dextra, ſiniſtra & anterior, quæ Paradiſo ditiſsimæ propius exiſtunt. Gens uerò prior, poſteriorq;, pars minima, illic ſedebunt accubitati, hi quidem in illorum directis. Quibus adminiſtrabunt adoleſcentes pulcherrimi cum phialis, cæteriſq; uaſis plenis optimo liquore, nec capitis dolorē nec ebrietatem pariture: electaq; poma carneſq; uolatilium afferent. Aderunt etiā & uirgines oculis immenſis atq; pulchris. Talem itaq; ſuorum factorum remunerationem accepturi, nullum uerbum fœtidum ſeu culpabile, ſed tantum ſalutationis uerbum mutuum audient. Dextræ quoq; partis homines inter ficus arboreſq; proceras manētes, umbram immenſam cum optimis ſtramentis, amnemque fluentem, pomaq; multimoda illis nunquam prohibenda: uirgineſq; coæquas, maritos ſuos maximè diligentes habebunt. Sunt & in hac cohorte pars priorum, parsq; poſteriorum. Homines uerò ſiniſtri focum peſsimum, umbramq; fumi nigerrimi inibunt.

De Inferno.

Decem & ſeptem nomina Dei inter imū terræ & infernum, quę ſi interpoſita non eſſent, erumpens ęſtus inferni, totū mundum corrumperet. in colloquio cum Iudæis.

Inferni deſcriptio extat in colloquio Mahometi cum Iudæis. Inferni ſolum ſulphureum, fumoſum, crebra pice interſertū. Ipſe totus flammis teterrimis æſtuans. Sunt in eo lacus & putei profundiſsimi, pleni pice feruēte, ſuppoſitis flammis ſulphureis, quibus quotidie immerguntur damnati. Sunt illic & arbores, quarum fructibus ueſcentur, quo cibo nihil grauius in toto mūdo excogitari poteſt.

Ignis infernalis cuſtodes fingit angelos feroces, Azoara 64. & 76. Decem & nouē brachia Zachæ fluuij infernalis. in colloquio cum Iudæis.

Super infernum pontem eſſe, & ad caput pontis ſtateram, qua libratis uniuſcuiuſque factis, boni tranſibunt ad Paradiſum: mali uerò decident in infernum. in colloquio cum Iudæis.

In inferno iudices, affligeotes damnatos, ponit Azoara 77.

Damnatos ſeptuaginta catenis uinciri, & in ignem conijci, Azoara 79.

Fingit in inferno eſſe arborē Ezecum, ob malos plantatā, geſtantē citos ſicut diabolorum capita, & ex ſua radice gehennę focum emittentem, unde cibandi increduli uētres ſuos farciant: potaturi deinceps quiddā ex ignibus uarijs cōfectum, & demum ad ignē redituri: Azoara 47. 54. Damnatos ſambuca cibandos, qua tamen non ſaturentur: Azoara 98.

Puteum etiam in inferno fingit, in quem conijciēdi ſint ſeductores: Azoara 3. & ſeptimi putei ignei meminit Azoara 10. Et lecti ignei, in Azoara 17.

Ad infernum damnat eos, qui credunt Deū habere filium, Azoara 26. 29. & 61. Et qui malè de Alcorano loquuntur, Azoara 43. Et qui nō orarunt, nec eleemoſynas dederūt, Azoara 84.

Domi manentes, nullo morbo grauati, euntibus prædarum atque certarum in nomine Dei, cum pecunia ſua, uitaque, nullatenus meritis coæquentur. Hos namq; ſic euntes, illis perendinantibus, Deus omnibus bona mandās, per gradum excelſum ſuperponet, uelut maioris meriti, purioriſq; ueniæ uiros. Ab angelis malis interfecti, detrimentumque ſuis animabus operati, quæſiti qui nam eſſent, ſe debiles in terra fuiſſe teſtati ſunt. quibus & hoc reſponſum eſt: Nōnne terra Dei ſpacioſa ſatis, & immenſa, qua profectum iretis, extitit? Iſti quidem gehennam, uiamq; malam incurrent, niſi uiri debiliſsimi, & mulieres ac infantes ingeniorum & itineris inſcij fuerint: Azoara 10.

Beſtos

Beatos damnatis,in igne conſtitutis,poſtulantibus daturos aquam quaſi ſtillicidiũ oculos corrodens, potum nimirum peſsimum,nugatur Azoara 28.

Impijs in infernum deiectis, Deus interrogabit eum,an plenus ſit? ille uerò reſpondebit: Adhuc tribue plures: Azoara ſexageſima.

Quatuor ciuitates ex inferno in mundum ueniſſe ſomniat: nimirum Vaſtat ciuitas Ægypti, Antiochia Syriæ, Ehbera Armeniæ, Elmedæ Chaldeæ: in colloquio cum Iudæis.

De quodam ex inferno ſaluando, fabulam recitat in colloquio cum Iudæis: In medio uallis inferni,in ualle gurges, in gurgite puteus,in puteo arca, in arca uinctus catenis, aſtrictus compede, ſpe conſtans, per mille annos inceſſanter miſericordiam appellabit. Ait: Quid ergo faciet ei Deus? Reſpondit: Poſt mille annos adduci faciet eũ, & dicet ei: Quid tibi uis miſer, qui aures meas inquietare non deſinis? Quæ te fiducia ducit? Quo merito ſperas? Reſpondet gemens: Domine Deus meus, ego non habeo Deum niſi te, qui miſereatur mei. Tu ſatis habes præter me, ubi iram tuam uindices. Miſerere mei Domine, miſerere mei. Ait: Quid tunc? Reſpondit, eum reddi inferno. Adducetur, nec adhuc inuocare miſericordiam Dei ceſſabit. Miſertus tandem miſericors miſerator, eripi præcipiet eum. Cumque pice nigrior eum infernalis calor tangat, interrogabunt angeli, qualiter paradiſi incolis miſceri poſsit? Tunc lauari præcipiet eum Deus in fonte aerio, & fiet albus totus,præter maculam in fronte. Mundatus ergo incedet per paradiſum, in publico conſpectu omnibus uocabulis. Hic ergo aſsignabunt eum in inuicem omnes uidentes,ereptumque inferno quaſi improperando hinc inde murmurabunt, Ille uerecundus uſque adeò pudore ſuperabitur, quouſq; dicat: Mallem inferno reddi, quàm huiuſmodi probra lõgius ferre. Dicet itaq; miſericors miſerator angelis ſuis,ut iterum eum in eodem fonte quinquies lauent. Quod ubi fecerint,auferetur nota de fronte eius,fietq; ſimilis paradiſi incolis, & ibi ceſſabit opprobrium.

De Paradiſo.

Duas paradiſos rerum multiplicium, omnimodiq; boni fœcundas,fontiumq; fluxu iucundas,fingit Azoara 65.

Hæc uerò bona in paradiſo fabulatur futura, Azoara ſecunda: In Domini paradiſum boni inducti,dulciſsimas aquas, pomaque multimoda, fructus uarios, & decentiſsimas ac mundiſsimas mulieres, omneque bonum in æternum poſsidebunt. Azoara quinta: In paradiſo ſponſas decentiſsimas habebunt. Azoara nona: Vmbra refrigerij. Azoara 19. Amœnitas ob aquas. Azoara 20. Dominium & pulchritudo facierum, plenum gaudium,& expers timoris. Azoara uigeſimaquinta,puritas ab omni malitia,immunitas ab omni labore. Azoara uigeſimaſexta,fontes & fluxus aquarum. Azoara uigeſimaoctaua: Paradiſum fontibus amœnam, & illic annulos & torques aureos,& ornatus ſericos uirides & deauratos poſsidebunt, & in lectis auleatis accumbent. Azoara trigeſimaſecunda: Credentibus & benefacientibus paradiſum prębens, illis armillas aureas, & margaritas, moniliaque,ueſteſque ſericas adaptabit, uiamq; rectam,uerbumque gratum edocebit. Azoara 35,turres & manſio perpetua. Azoara 45, Torques aureos,margaritas,ueſteſq; ſericas habebunt. Azoara 46: Tunc uiri paradiſi,mulieresque ſuæ, ſimiliter de nullis ſolliciti, puluinaribus ſericis accubitati, de fructibus omnib. in umbra comedent, omne ſibi placitum inſuper accepturi, uerbum ſalutis & diuinæ pietatis alternatim audient. Azoara quadrageſimaſeptima, puro corde deuoti. Tales enim uictum bonum, gaudiumque plenum, & honorem integrũ omnium rerum & uoluptatem in paradiſo, ſuis lectis in aliorum directo poſitis poſsidebunt, habentes mulieres oculis clariſsimis & immenſis uelut oua, nunquam illos niſi tantum ad maritos ſuos erecturas. Et eiſdem ueſcentibus fructus quoslibet, porrigetur ſcyphus plenus humore clariſsimo,& dulci, & ſaporifero. Aliorum uerò, perſcrutantium alios, quidam inquiunt: Socium nobis dicentem habuimus, Quare creditis iſtud? Eo quòd ſcimus nos mortuos, & in puluerem redactos, nunquam ſurrecturos. Reſpondent alij: Vultis ne ſcãdere, ut hoc uidendo noteris? Aſcendentes itaque in igne medio poſitos uiderunt, & dixerunt: Nobis ferè multum obfuiſtis. Vobiſcum enim iam eſſemus,niſi diuina pietas ſubueniſſet. Nónne dixiſtis, nos primæ morti perpetuò ſuccumbere, nec unquam ulterius reſurgere? Nos quidem immenſam gloriam adepti ſumus. Hoc quidem eſt quod prometetur bene gerentes. Hoc quidem hoſpitium iucundius eſt, atque commodius, quàm arbor ezetus. Azoara 48. Huiuſmodi uiris portæ paradiſi patebunt, in qua molliter diſcumbentes,pomis multimodis & ſyropo potientur. Mulieres etiam uerecundas & coæquas, nuſquam uergentes uiſum,niſi tantum ad maritos ſuos, habebũt. Azoara quinquageſimaquarta: Timẽtes aũt,locum hortis & fontib. fœcundũ poſside-

poſsidebunt, neſtibusq; ſericis & purpura ueſtiendi, puellas ducent cum oculis claris & immenſis, quorum albugines candidiſsimæ, & pupillæ nigerrimæ. pro uelle quoq; ſuo fructus multimodos abſque timore comedent, non guſtaturi mortem niſi primã: Azoara 86. Ex uaſe uerò camphora condito, & ex aperto fonte homines potabunt. Azoara 86. Deus dabit paradiſum, ubi nec ſolis feruorem ſeu frigus ſentient, ſed arborum obumbraculum, ſibi ſuos fructus collectos inclinantium, illic habituris. Et ibidem, cũ uaſis uitreis & argenteis optimæ compoſitionis, illis potus, uelut zinziber ſaporifer ex fonte Zelzebil adminiſtrabitur. Aderunt & iuuenes, uelut margaritæ ſpecioſi, omnimodque diuitiarum & bonorum copia. Veſtes quidem ſericas & deauratas illi iuuenes induent, torques argenteos in brachijs ferentes. uinum quoque benedictũ illic Deo dante ſufficiet. Huiuſmodi quidem mercedem ob actus ueſtros gratos & commendabiles accipietis. [Azoara 88. Illic poſsidebunt hortos palmarum & uitium, puellasq; conſocias, & conſimiles, papillis breuiſsimis, uaſaq; plena, nullum uerbum inhoneſtum ſeu mendax audituri. Azoara 93. Homines Deo propinqui puluinaribus, ſtramentisq; ſericis paradiſo quieſcent, potaturi uinum ſapidum, & uelut muſcus odoriferum, ſuisq; faciebus omnis inerit decor atq; pulchritudo. Erit quidem illi uino commixtum de Thoſuiz, fonte uidelicet à Dei propinquis potando.

Paradiſum propter bona opera dari, paſſim affirmat in Azoara 26. Illis quos angeli mortis hora bonos inueniunt, dicent: Saluete, & pro factis ueſtris paradiſum, domũ optimam, ubi ſunt fontes & fluxus aquarum idonei, introite, omne uelle ueſtrũ habituri. Tale quid enim bonorum meritum exigit.

Pro lege Mahometi ſtrenuè bellantibns, promittit paradiſum: Azoara 32. 58.

Tria ex paradiſo in mundũ uenerunt: nimirùm Mecha, Ieſrab, & Hieruſalem: in colloquio cum Iudæis.

Deſcriptio paradiſi, & rerum eius, in colloquio cum Iudæis extat: Paradiſi ſolum aureum, (maragdis & hyacinthis crebrò inter poſitis diſtinctum', omni fructifera conſitũ arbore, decurrentibus per amœna fluentis, Quorum alia quidem lac, alia mel album, alia uinum puriſsimum fundunt. Dies enim mille annorum, annus quadraginta milliũ annorum. Quid ergo? Nunquid non ita beatitudini ſufficere uidetur? Ait: Quinimò & uerè uideri poterit, dum incolarum eius habirum & uſum ex equaris. Reſpondit: Incolis quidem eius quicquid deſiderari poteſt, ſtatim aderit. Omni ſiquidẽ colore ueſtientur, præter nigrum: qui color neminem illic attinget, excepto præcone modò, qui ob inſigne huius uitæ meritum proprium colorem ſingulari priuilegio retinebit. Perfecti omnes in ſtatura quidem Adæ, in forma uerò Ieſu Chriſti, nunquam incrementum aut detrimentum aliquod patientes. Ait: Hæc quidem ita uerè ſunt. Aſſume iam de uictu & uoluptate eorum, à primo introitu incipiens. Reſpondit: Primùm quidem ingreſsis ueſcendum proponitur iecur piſcis Albehbut, cib. quàm ultrà mirari poſſis delectabilis. Succedunt fructus arborum potusque defluentis paradiſi: deinde quicquid affectarint, præſtò erit. Ait: Dic ergo eum quicquid influit, & effluere neceſſe habeat, nónne ut comedent, ſic etiam egerere oportebit? Reſpondit: Non ſequitur. Nam & infans in utero dum uiuit, ueſcitur, nec tamen egerit. Et quàm citò egerere incipit, mortalitatis legem ſubit. Quæ & illos, ſi egererent, neceſsitas cõſequeretur. Si quid tamen ſuperfluit, id per ſudorem exit, odorem muſti fragrantem. Ait: Bene quidem, & diſcretè huic obiectioni reſpondiſti, dũ ſubiungas, etiam'ne panẽ & carnes comedent, ut fructus, & cætera? Reſpondit: Planè quidem, quicquid geſtierint, oblectamenta tantum, non fame: præter illicita, quæ nec ipſis placebunt. Ait: Quæ'nam? Reſpondit: Verbi gratia, caro ſuilla.

Paradiſi capacitatem æqualem eſſe cœlo & terræ, Azoara 6. Et inter impios ad paradiſum accedentes, beati turrim cum patente porta ædificabũt. Intra portam erit quies & gaudiũ: ultrà, dolor omnis, atq; miſeria: Azoara 67.

De Filiorum infidelium ſalute.

De filijs infidelium ſic nugatur in colloquio cum Iudæis.: Veniẽt in die iudicij ante faciẽ Dei, & dicet eis: Quis eſt Dominus ueſter? dicent: Tu Domine, qui creaſti nos. Cui ergo ſeruiſtis? Quem adoraſtis? Domine noſter, neque aurium neque linguæ officio uti, neque nuncium tuum ſequi potuimus. Dicet eis: Faceretis ergo aliquid, ſi præciperetur uobis? dicent: Digne Domine noſter, & iuſte, quicquid præcipere placet. Tunc effluere præcipiet unũ de fluuijs inferni, & dicet eis: Inſilite in gurgitem iſtũ. Hinc ergo qui obedierint, illęſi exibunt, & in paradiſum tranſibũt. Qui uerò renuerint, ibunt cum patribus ſuis in infernũ. Sic enim ait in Alcorano: Qui obederint, erunt in Paradiſo: qui renuerint, in inferno.

De Regimine ſacro.

Mahometus propheta ſuper omnes principatum tenuit, & iuſsi ſunt alij ei obtemperare. Azoara 69.

De

De bonis Mahometi.

Deus illi partem prædæ ueſtræ de beſtijs & exuuijs ſtatuit, præcepitque quòd opes uillarum Dei ſint atq; prophetæ,& propinqnorum atq; orphanorum,& pauperum ac peregrinantium. Azoara 69.

OFFICIA MAHOMETI ET *Collegarum & ſucceſſorum eius.*

¶ Alcoranum exponere, & ad enm ſuſcipiendum homines allicere: Azoara 72.75.

Credentes & incredulos diſcernere: Azoara trigeſimaquarta.

Inter uirum & mulierem iudicare: Azoara ſexageſimaoctaua.

Diuortium facere: Azoara 75. & coniugia diſſoluere: Azoara 76.

Negocia tractare: Azoara 83.

Leges & iura populo promulgare: ut patet ex Chronico Saracenorum.

Armis opprimere Alcoranum reijcientes: Azoara decimanona. Conuerti nolentes, ubicunque repertos, menſibus Haram peractis ſumite, & interficite, omnibus uijs inſidiantes illis. Si ueſtram legem ſequi, & orare, ac decimas dare uobiſcum uoluerint, dimittendi ſunt.

Pro ijs qui profitebuntur Alcorani ſuſceptionem, orare: Azoara ſeptuageſima. Tu ô propheta nocte ſurgẽdo, eius medietatẽ, parum ue minus, plus ue, pro uelle tuo, uigilijs trahe, & Alcoran iugiter atque deuotè lege. Hanc tibi grauitatem inijcio: quoniam cum die cæteris intentus ſis negocijs, horæ nocturnę meliores ſunt, atq; leuiores: Deiq; nomẽ inuocãdo, qui Dominus eſt orientis & occidentis: Azoara 83.

Ceremonias ordinare. Sic Aomar ſingulis templis orationes in menſe Romadam fieri præcepit: & ordinauit, ut menſe completo Alcoranus totus perlegeretur: ut eſt in Chronico Saracenorum.

Quomodo ſeſe populus erga prophetam debeat exhibere.

Nullus prophetæ domum comeſtum ingrediatur, niſi uocatus. Pranſus ſtatim exeat, nec aliquod ibi ridiculũ aut ludum agat. Quærens, extra portã maneat. Nemo prophetam lædat, aut uxorem eius cõtaminet. Nemo zelotypia torqueatur, ob mulieres ingrediẽtes ad ipſum. Omnes orent pro eo: Azoara 43. Opprimantur, qui negant opibus iuuandos Mahometi ſectatores: Azoara ſeptuageſimaſecunda.

De Ceremonijs ſacris Mahometi.

Habent Mahometani ſua templa: ut Mechæ, id eſt in Haram, Azoara 18. & Cephæ; Azoara 2.

Ad templum tendentes, optimas ſuas ueſtes induebat. Azoara 17. Veſperi autem & mane in templa ad inuocationem ueniebant, Azoara 34.

Alcoranus in templo auſcultante populo legitur: Azoara 17.26.

Sacrificabant in templo beſtias, Deũ nominantes: & pauperes & egenos paſcebant, & uota ſua complebant, & templum uetuſtum circuibant. Azoara 32.

In templo cum mulieribus coire uetat Azoara 2.

Ab aditu templi Mechę incredulos arcẽt, Azoara 19. Nec apud Mecham licebat quẽquam interficere, niſi hoſtes irruentes: Azoara ſecunda.

Ritus circa orationem.

Orantes ſeſe uerſus centrum templi Mechæ uertebant, Azoara 2. Non ebrij, ſed ſobrij oratum ibant: & poſt coitum, & egeſtionem, non prius orabant, quàm aqua aut puluere mundæ terræ abluti eſſent: Azoara 9. Viri boni, cum oratum ſurrexeritis, facies ueſtras ac manus ac brachia uſq; ad cubitũ, & pedes uſq; ad tibias abluere, & capillos reuoluendo caput abſtergere, & poſt coitum mulierũ balneari uos oportet. Infirmi quidem, uel in itinere ab egeſtu, uel mulierum coitu uenientes, & aquam minimè reperiẽtes, facies ſuas atq; manus terræ mundæ puluere tergant. Deus namque ueſtram diligit mundiciam, Azoara 12. Te humiliando, & infringendo, orationes funde: Azoara 25. A' manè uſq; ad ueſperam orationibus inſiſte: Azoara 27. Deum ante ſolis ortum & occaſum, nocte quoq;, horiſq; diurnis deprecare: Azoara 30. Et caput bis ad terram Inclina: Azoara 60. Surgentes circa auror㠀, Deo gratias agite: Azoara 62.

Lapidem quendam Chabar, hoc eſt caput Veneris dictum, adorare & oſculari ſolebant Saraceni, eo quòd Abraham ſuper illo cum Agar coijſſet, aut camelum alligaſſet, ſacrificaturus Iſaac. Damaſcenus, in libro de Centum hæreſibus.

De Peregrinationibus.

Sua pauperibus diſtribuunt, aut prophetæ donant, & in Dei nomine peregrinatur: Azoara 69. Raſi caput, & circũciſi, peregrinabantur uſque Mecham: ut patet ex colloquio Mahometi cũ Iudæis. In itinere locum cui Cephę nomen, adibant peregrinari proponentes, facta praua cogitationeſq; malas prorſus abijciebant, nec aliquam cõtrouerſiam agebant. Impotens in itinere tres, & poſt reditum ſeptẽ dies ieiunabat: Azoara 2. Dies peregrinationis licebat per biduum prius poſteriuſue incipere: Azoara 3. Omnis uenatus maris, Mechã euntibus ac diſcedẽtibus ad comedendum licitus eſt, terrę uero uenatus minimè; Azoara 13.

Peregrinantes ad templum Haran, potabant ibi aquam: nec licebat incredulos ad templum illud accedere, niſi lotos. Azoara 19.

De Iureiurando.

Mahometus per uentos, nubes, naues, angelos, & cœlum iurat, Alcoranum eſſe uerum: Azoara 60. Et per librum lineariter in chartis ſubtiliſsimis ſcriptū, Azoara 62. Per locum occaſus ſtellarū, Azoara 66. Per res uiſibiles & inuiſibiles, Azoara 74. Per ſtellas combuſtas & retrogradas, atq; directas, atque noctem obſcuratam, & auroram iurat, ſuam doctrinam eſſe boni prophetæ, & non diaboli, nec dæmoniaci, nec mimi, nec incantatoris, nec mathematici, Azoara 79 & 91. Per auroram, noctesq́ue decem, & per Paſcha, biduumq́; præcedens: noctisq́; tranſitū: hoc apud ſapientes iuſiurandū eſſe conſtat, Azoara 99.

Iuriſiurandi uiolati ueniam adipiſci ſtudens, decem pauperes paſcat, ſicut ſuam gentem paſcere mediocriter conſueuerit: aut eos induat, uel hominem redimat. Horum omnium impotens, tres dies ieiunet, Azoara 13.

De Ieiunijs.

Menſe Romadam, in quo Alcoranum cœlitùs datum nugatur Mahometus, imperat ieiunium omnibus, præter infirmos & uiatores: quos tamen alio tempore id facere iubet. Die tota ieiunantes, nocte comedebant & bibebāt, quantum libebat, ferè uſq; ad principium horæ quæ ſolis ortum antecedit. Caput dolens, & ægrotus, ſuum ieiunium eleemoſynis perſoluebat. Azoara 2. Cædem uiri boni duorum menſium ieiunio & pœnitētia expiari opinantur, Azoara 10. Et iuriſiurandi uiolationem ieiunio trium dierum compenſarij, aſſeri, Azoara 13.

De Feſtis.

Saraceni diem Veneris reuerenter colunt, ſicut Iudæi Sabbatum: Antoninus titulo 13. cap. 5. § 9.

Quando die Veneris oratum uocatur, omnis bonus forū atq; negocium dimittat, & Deum inuocatum eat. Hoc enim eſt optimum, ſi ſapitis. Oratione quidem terminata, diſgregemini, ueſtra captatum commoda: Deumq́; in ſingulis rebus inuocatum atque precatum, ut ſic ueſtra negocia procedant. Azoara 72.

De Circumciſione.

Mahometus docuit pueros circumcidere. Summa breuis contra Saracenos, addita Alcorano.

De ciborum diſcrimine.

Iuſsit carnē porcinam, ſanguinem, morticinium, & omnem carnem non in nomine Creatoris mactatā, uitare: Azoara 2 & 26.

Vel ſimul omnes edere, uel diſgregatim ſolebant: Azoara 51. Vino abſtinent, ut patet ex colloquio cum Iudæis, ob fabulam de angelis lapſis.

De oblationibus.

In templo Mechæ oportebat oblationes fieri: Azoara 13. Et holocauſtorum meminit Azoara 16.

Ritus circa funera.

Super parentum & cognatorū cadauera orationes celebrarunt, ac poſtea ea terrę mādarūt: ut patet ex Chronico Saracenorum.

Lapidatio diaboli.

Diabolum lapidare ſeſe dicebant, iactitantes lapides circūquaq; ſuper terrā: Gigas.

DE MORIBVS MAHOMETISTARUM.

Ritus circa contractus emptionis & uenditionis.

Emptionibus ad terminum factis, adſit ſcriba fidelis, & Deū timens, qui nihil addat ſeu minuat, nec quid falſitatis immiſceat. Et ſi bene promere neſcius & infacundus fuerit, alius uice dicens pro eo dicat. Sintque duo uiri teſtes, uel unus uir, duæq́; mulieres idoneæ, ut alteram immemorem altera reducat ad memoriam. Diligenter quidem hoc intuendum, ut omnibus mercationibus ad terminum factis (aliter non ſemper eſt neceſſe) teſtes atque ſcriptor adhibeantur, ut nulla lis ſit, aut controuerſia de reipſa uel termino breui ſeu longo oriatur. Sed ſi ſcriptorem uelut in itinere reperiri ſit impoſsibile, pignus ſumatur. Quòd ſi alter alterius fidei mercaturam commiſerit, debitori ſummè cauendum eſt, ſi Deum timeat, ne dolū aliquē ſeu moleſtiam inde faciat creditori. Teſtimonium nullatenus negetur, cū hoc magnum peccatum ſit: & Deus, cuius ſunt uniuerſa cœleſtia atque terreſtria, omnia occulta perſpicit, & omnia librat æquanimiter, tam corde tecta, quàm uoce patefacta, ijs ueniam & bonum, ijs malū pro uelle ſuo diſcreto conferens, ſuper omnia potens. Teſtes atq; ſcriptorē nemo lædat, nec eis moleſtiam inferat. Sin aūt, ſummè Deum offendet: Azoara quarta.

De Matrimonio.

Multos ritus matrimoniales refert Azoara 3, quos adſcribimus. Alterius legis fœminas in uxores nec ducatis, nec filias ueſtras uiris alterius legis nubere permittatis, niſi prius eorum ad ueſtram legem conuerſione facta. Homo namque legalis præcellit exlegem, quamuis placidiſsimum, cum illius ad ignē omnis greſsus intendat. Deus autem hominibus perſuadens, ut ſibi caueant, ad paradiſum euocat. Menſtruatas item nemo tangat, niſi prius mūdatas. Res nāq;

munda

munda Deo placet. Mulieres uobis ſubiectas penitùs pto modo ueſtro, ubicuuq; uolueritis, parate, Deum timeutes, ad quem omnium ſit reditus: qui bouis præmia, malis cruciatus ttibuit. Veſtris animabus utiles eſtote, uec per ipſum, nomina'ue ſua ſiugulis negocijs iurate, cum ipſe ſit omnium adiutor & cognitor. In illis quidem ſolis ſacramentis, quibus falſitas ex corde ſirmarur. Deus appoſitus læſionem contrabit, Mulieres à maritis relictæ, nemini niſi prius peractis quaruor menſibus nubant, quas maritis uolentibus renubere bonum eſt. Sin autem, Deus audit & uidet. Non nubant etiam aliquæ relictæ, niſi prius emuudatæ tribus menſtruis. Vuluæ conceptus nullarenus (Deum timete) uegetur maritis, etiam ſi placuetit. Ipſi namque præſuut mulietibus. Secuudò derelictæ nubant potius quàm cæteris. Tertiò uerò ſpretæ nequaquam, uſquequò maritis alijs nupſerinr, & ab illis relictæ fuetint. tunc aũt ipſæ uolentes, prioribus maritis autè bene recoucilientur, aut uullis coactæ uiribus honeſtè dimictantur. Aliquid primò datú illis auferre, nefas eſt, & iuhoneſtum. Mulieres fugam præparautes, marito nolente, redimantut ab ipſo: non tamen propter iram uel odium, ne diuinam iram incurrant. Diuina præcepta miuimè cum ridiculo ſuſcipientes, bonorú uobis à Deo datorum, librorumq; cœlitùs miſſorum, caſtigati, Deumq; timentes, & eum omnia ſcire credenres record emini: ueſtrisq; mulieribus relictis, cum terminus nubendi uenerit, nullá uim inferatis: quin pro uelle ſuo cuilibet uubant. Et poſtea iterum: Mulieres ſuis maritis mortuis, nemiui niſi poſt quatuor menſes, decéq; dies, nubant: hocque deiuceps pro uelle ſuo faciant. Igirur abſque moleſtia & impedimento permittatis eas ſua corppra adaptare atque polire, ſimul & nubere: quas uelle uobis coniugio uincire, nec uox ueſtra promat, nec cogitatio perpeudat, uſquequò termino peracto manifeſtè uotificetis. Deo namque placet res manifeſta & determinata, qui cogitationes omnes dignoſcit. Eiſdem item annum à maritis ſumptum, ut domos poſt mortem eorum non egrediantur accipieutibus minimè, licet exeant, moleſti ſitis: cum Deus huius culpæ uindex exiſtat. Eædem etiam coram bonis uiris pecuniam detetminatam accipiant. Repudium ſponſarum aute tactum ſuum nemine aggrauet. Quiſque namque maritus ſuæ ſic relictę, pro facultate ſua rem determinatá, uidelicet dotis ſuæ medium, uiſi patre uel præſidéte mulieri condonsre uoléte (quod Deo teſte melius eſt) perſoluet, nec firmati fœdetis immemot eſſe debet.

Plures uxores ducere iubet Azoata 8. Aliàs quotcunque placuerit, duas ſcilicet aut tres, uel quatuor uxores ducite.

Perſouæ prohibitæ, in Azoara octaua recitantur. Omnes hæ mulieres uobis interdictæ ſuut, & illicitæ: ueſtræ ſcilicet matres & filiæ, ſorores & amitæ, ueptes atque materteræ, nutrices atque germanæ collacteæ: matres etiam & filiæ mulierum ueſtrarum, ſi à uobis tactæ fuerint: ſin autem, licitæ ſunt. Nurus etiam, duæque germanæ: quæ tamen alijs temporibus, quaſi licitæ, ſumptæ ſunt.

Vxores inobedieutes uerberant, & caſtigant: Azoara 10.

Mahometus à Deo poteſtaté habet, poſt morá mariti, ſponſam, ſi ei placeat, ducere: Azoara 43.

Vxotes quatuot ſimul babent: quarum quamlibet, ſi uolunt, tertiò mutant. Gigas.

Pœna adulterij.

Omnis adulteraus, centú ictus ſuſcipiat, iu multorú præſentia: ut ſic tum correptus, tum uerecuudatus, ulterius ab illo peccaro omuib. bonis illicito ceſſet. Nec quis Deú, legemq; diuinam timens, aliqua ſuper hoc pietate moueatur. Impouentes adulterium bouis fœminis, nec hoc quatuor teſtibus probantes, ictus octuaginta patiantur: uec ulterius, quoniam iam uicti ſunt, credantur, niſi ſe conuerterint, & bene fecerint. Illis etenim Deus dat ueniam. Impouentes quicquam ſuis uxoribus abſq; teſtimonio, quater iurenr ſe uerum dicere. quintaque uice dicant: Maledicamur, ſi mentimur. Mulieres quoque, ne puniantur, econuerſò quater iurent, illos fuiſſe mentitos: & quintò precentur ſe ipſas deſtrui, ſi illi ueridici fuerint, niſi Dei ueniæ datoris & ſapientis pietate ſubueniente: Azoara 33. Er Azoara 8: Mulier adulterij quatuor fœmlnis teſtibus conuicta, in domo, uſque dum illi uiã Deus aperiat, uel ipſa moriatur, ſit detenra: & accedentibus ad illam malum iugératur, uiſi malo relicto beuefeceriut.

De Repudio.

Mulieres deſpouſatas, intactas cú muneribus dimitteudas, Azoara 43.

Pœna inebriati.

Octuaginta ictus debẽtur inebriato: Mahometus iu colloquio cum Iudæis.

De Vſura.

Vſutam & fœnus damuat Azoara 4. De hæreditatú diſtributione leges fert, iu Azoara 8 & 11.

De Furibus.

Furem, prima & ſecunda uice uerberant: tertia, manum ei unam præcidũt: & quarta, pedem amputant. Gygas.

De ueſtitu.

Semper ueſtem monachis ſimilem, abſq; caputio, geſtant. ibidem.

Mores mulierum.

Bonæ fœminæ ſuos uiſus quàm licet, tegant: mēbraq; genitalia ſimiliter. Hoc enim eſt optimū apud Deum, omnes ſuos actus dinoſcentem. Mulieres itaq; bonę ſe curēt, ne lunaticū aſpiciant: ſuoq; peplo tegentes collū & pectus, omnēq; ſuā pulchritudinē, niſi quantū apparere neceſsitas cogit, celēt omnibus, ſpeciēq; pedū etiā eundo, niſi maritis ſuis, eorūq; ſuis parentibus & filijs, atq; priuignis & fratribus, atq; nepotibus & ancillis, omnibusq; nō ſuſpectis, ſuę ſubiectis manui, uel prius nō pollutis: Azoara 34.

Mulieres annoſæ, nuptijsq; deſperatę, minimè ſe poliant uel ornent: ſed bene cooperiant, & regant: Azoara 34.

Pœna mariti, proferentis mendacium de uxore ſua.

Omnis quidem huiuſmodi uerbum proferens, uel aliquem redimat, uel captiuum ſuum libetum faciat, antequam tāgat eam. Sic enim præcipir Deus, omnes noſtros actus dinoſcens. Impotens aūt huius rei, duos integrè continueq; menſes anre concubitū eius ieiunet. Vel huius item impotēs rei, quadraginta pauperes paſcat. Hos quidē fines Deus ſtatuit, ut in ſe ſuoq; propheta credentes agnoſcat: Azoara 68.

LEGES BELLI.

¶ Increduli à uobis in litibus uicti, uſquequò multa fiet cædes, capita perdant. Captiuati firmiter ſtringantur, ut ſe benè redimāt: lis nec ceſſet ante telorum depoſitionem. Azoara 58. Acies bene diſponere, & more firmiter ſtructi ædificij procedere, iubet Azoara 71. In menſibus libertatis & quietis pugnam ingredi, maximè contra non innocantes Deum, iuſtum eſt, & utile: Azosra 3. Fugientes increpat, & eis minatur gehennam, Azoara 18. & omnes hortatur ut uiriliter pugnent, Azoara 6. 9 & 10.

Socium belli neminem niſi confœderatū aſſumendum, monet Azoara 10.

De Oratione in bello.

Quando prædatū pugnatūq; profecti eſtis, orationē aliquā, uel omnes prætermittere nō timeatis. Si timueritis, malū uobis ab hoſtibus futurū, cum illi nobis ſummè inimicentur. Cum tu in exercitu ad orationem ſurrexeris, & tecū plures, quidam tecū orent, quidam arma teneant, qui deinceps uice mutata, fundāt orationes, uobis arma tenentibus. Secundū eorū namq; uelle, uobis illi ſuperuenientes, & uos interficerent, & ſubſtantiam ueſtram tollerent. Vos item uel infirmos, uel loco pluuioſo, uel lutoſo manentes, arma ueſtra ponere, uosq; bene cuſtodire, non ſit uobis tædioſum ſeu difficile. Eis namq; Deus malū contemptibile dedit. Oratione terminata ſurgentes ſeu iacētes, Deum nominate. In loco uerò timoris experte, orationes uobis bonis impoſitas per ſuas horas dicite, nec ꝓpter eos timidi, puſillanimesq; ſitis: Azoara decima.

De Prædæ diſtributione.

Quintam partē prædæ Deo atq; prophetæ, & propinquis, & orphanis, & mendicis ac pauperibus deberi, aſſerit Azoara 18.

De Captiuis.

Captiuos aut occidendos, aut ſeruandos, & clementer tractandos: Azoara decimanona.

Contra quos bellum gerendum.

Contra finitimos & incredulos, & iuſiurandum uiolantes, & legem Mahometi improbantes: Azoara 19.

Qui immunes à bello.

Debiles & infirmi, & non habentes neceſſaria, immunes cenſet Azoara 19.

De Salutatione.

Ingrediētes domos, ſalutate repertos illic: Deo enim placet ſalutatio. Azoara 34.

De Mendacio.

Cauebant ſibi à mendacio, & dextra non tangebant uirilia membra: ut patet ex Chronico Saracenorum.

À QVIBVS, ET QVOMODO *propagatus & propugnatus Mahometiſmus.*

¶ Vt Mahometus autor iſtius ſectæ fuit, ita etiā eam propugnauit mendacijs & armis: ut patet ex eius hiſtoria, & ex Chronico Saracenorū. in quo annotatur, eum nuncios ad regem Perſarum, & Romanorum imperatorem, & ad regem Aethiopiæ, & ad regem Heſchen, & ad regem Alexandriæ miſiſſe, eosque monuiſſe ut ſuſciperent ſuam religionem.

Idem fecerunt eius familiares. Eubocara enim ui coegit homines amplecti Mahometi uanitates. Chronicon Saracenorū. Et ſucceſſores, quod etiam illis pręcepit Azoara 7. inquiēs: Mahometo nō niſi legato Dei, quē & cæteri præceſſerunt prophetæ, natura cædeūe perempto, ueſtram legem defendētes, ſuum terminare negociū ſtudeatis. Sic enim uobis Deo grates referentibus, ſuffragium atq; munimē tribuet diuina manus. Nullus igitur mortem ſubire poterit, niſi Deo uolēte, tempore ſcilicet ſtatuto. Deus omniū uota dinoſcens, omniūq; diues, mundana quętentibus temporale, petentibusq; cœleſtia ſummū bonū tribuit. Conſtat item multorum prophetarū uiros ſummates, pluresq; bonos interfectos eſſe: nec inde detrimentū ſeu timor oppreſsit Deo pugnātes, q fortes

& in-

& induratos diligit atq; ſuſtentat, & hanc ſuam orationem benignè ſuſcipit, hic ſeculoq; e futuro illis miſericors atque propitius ueniæ dator, cum cunctis bene gerentibus benefaciat. Et in Azoara 19: ſucceſſoribus ſuis minatur gehennam, ſi non ſtreouè bella geſſerint.

Odmen, aliorum auxilio Alcoranum in integritatem primò collegit. Chronicon Saracenorum.

Et reliquum uulgus. nam Saracenos ubiq; Romanas literas deleuiſſe, & libros exuſsiſſe, & ſuos ſubſtituiſſe, Iacob. Cutio libro ſecundo Chronicorum annotat. Et Iohannes de Oppido inquit: Lege data per Mahometum, populi qui arma ſumpſerant contra imperium, ſi quas regiones occupabat, eos legem Mahometi ſuſcipere compellebant: nolentes autem obedire, crudeliter trucidabāt. Vnde de Arabia intrauerunt Aegyptum, & ibi populum ſubuerterunt. Demum tranſierunt in Aphricam, & ſimile fecerunt. Poſtmodum debellauerunt Hiſpaniam, & eam in parte fidē priſtinam dimittere coegerunt. Et ſic multiplicati ſunt ſuper numerum plus uiolentia belli, quàm prędicatione ſermonis. Et Azoara 36 ipſe indicat, uulgus rude ſe primò ſecutū eſſe.

Et quidā Chriſtianorū ſacerdotes & præſules: ſi Mahometo eſt fides adhibenda, qui de ijs in Alcorano, Azoara 13 ſic inquit: Grauioris hoſtilitatis & infeſtationis Iudæi ſemper erga nos, amicitiæ uerò maioris Chriſtiani repeti untur. Chriſtianorū enim ſacerdotes & præſules nō indignantes, præſumptuoſiue, cum uerbū ſuper prophetā poſitū audiunt, ueritatéq; cognoſcunt, lachrymantur, & dicunt: O' Deus, nos cū illis bonis hominib. credentes, te nos illis aſſociaturū ſummè ſperamos. Cur enim in Deū, & ei quod nobis de ueritate datū eſt, non crederemus? Hoc aūt uerbo, ſicut & omnes benefaciētes, paradiſum aquarū fluxu dulciſsimū promerētur. Increduli uerò, meiſq; præceptis contradicentes, igni deputantur.

Fuerunt etiam medij quidam, qui de Alcorano quædam ſuſceperunt, quędam uerò reiecerunt, ſed tamen ſub ſpe ueniæ diuinę: Azoara 17.

A QVIBVS, ET QVOMODO *contra Mahometi uanitates repugnatum.*

¶ Oppoſuerunt autem ſeſe Mahometi & Saracenorū uanitatibus, abſq; dubio doctores Eccleſiæ in illis regionibus, ſed qui fuerint, & quibus cōtra eum argumētis uſi ſint, & quos libros contra eius monſtroſas opiniones ediderint, in literas relatū nō eſt: aut ſi fuit, incuria hominum & Saracenorum ſæuitia perijt.

Quomodo uerò, & quàm infeliciter Magiſtratus, & ipſi Romanorum imperatores cōtra Mahometanos bella geſſerint, ira Dei obſtante, infrà in capite de Mutationibus politicis indicatur.

In Azoara 3 Mahometus fingit, Deum ſibi reuelare, quòd ab ipſius lege diſsidentes abſq; intermiſsione genti eius bellū ſint facturi: donec eam ad ſuam religionem, ſi fieri poſsit, adducant.

Iudæi etiam non nihil reluctati ſunt, poſtquam agnouerunt eum non eſſe Meſsiam: Paulus Diaconus lib. 18 rerū Romanarū. Et ſanè ipſe eos in Azoara 2. grauiter obiurgat, quòd Alcorano ſuo contradicant: & pœnas eis minatur. Ibidem etiam Deū introducit prædicentem, quòd non omnes Iudæi Alcoranum ſint amplexaturi.

Chriſtianos quoſdā grauiter ſibi reſtitiſſe, ipſe Mahometus indicat in Azoara 2: ubi fingit, Deum ſibi reuelare, quòd Chriſtiani daturi ſint operam, ut à Mahometi doctrina alios abducant: & quòd contradicturi ſint Alcorano, libro à Creatore dato.

In Alcorano, Azoara 19 fatetur, Arabes quoſdā litem & ſeditionē ſibi mouere, neq; ſe ut legatum cœleſtem ſuſcipere.

Argumenta autem, quibus pij contra Alcoranum uſi ſint, ipſe quædam refert. ut in Azoara 14 dicit, incredulos dixiſſe, Alcoranum eſſe librū magicū, manifeſtas incantationes & figmentū, & plenū contradictorijs: Azoara 20. Et quoſdā ad ſeſe dixiſſe: Tu quidem nō es niſi mēdax, cū adeò uerba tua uaries, ipſe teſtatur: quibus etiam frigidè reſpondet Azoara 25. Alios etiam hoc reprehendiſſe, quòd Latinæ linguæ uiros ſtudeat docere: cum tamen Alcoranus ſit Arabicus, & à Latino non intelligatur. quibus tantùm reſpondet, Deum contradicentes puniturū: ibidē. Et quoſdā non credituros, Alcoranū à Deo eſſe datū, ſed confictū à Mahometo, indicat Azoara 42. & 44.

Et quoſdam iudicaſſe de Mahometi doctrina, quòd ſit dæmoniaci, aut diaboli, aut mimi & Mathematici, colligi poteſt ex Azoara 91. Et aliqui auſcultant & irrident, indignando dicentes: Iſte nil aliud quàm homo, ſicut & nos, cum arte ſua magica nobis accedit: cuius uolumen allatum, uel ſomnium eſt ſummè ficticium: Azoara 91. Et in Azoara 23 inquit: Plurimi manebūt increduli: quòd etiam contingeret, quanquam hic Alcoranus montes applanaret, aut terras ſcinderet, aut mortuos loqui faceret. idem Azoara 27 repetit.

DE VITA MAHOMETI.

Adoleſcentia.

MAhometus ex patre Abdalla, genere Perſa ſeu Arabe, & matre Emina Iu-

dæa natus eſt, in Ieſrab, die lunæ, duodecima die menſis Rabe, circa annum Domini 597, ſeu 621. Patre eius paulò ante natiuitatem mortuo.

Genealogia eius uſque ad Seth & Adam, monſtroſis & blaſphemis fabulis texitur, in lib. de Generatione Mahometi, & in Chronico Saracenorum. Prodijt autem ex utero ſiue matris dolore, circumciſus & hilaris, ſi credere fas eſt. Et eadem hora idola paſſim corruerunt, & denigrata ſunt: & lucifer arreptus ab angelis, immerſus eſt profundo maris Alcazum: unde poſt dies quadraginta elapſus, conuocato concilio cacodæmonum, queritur de ſui regni interitu. Plura fabuloſa prodigia, quæ circa natiuitatem eius euenerint, commemorantur in libro eodem.

De nutricatione eius, fabulæ & nugæ blaſphemæ ibidem recenſentur: quomodo nimirum uenti & aues, & nubes certauerint de eius educatione, & quòd Deus Halimæ eum tradiderit educandum. & quòd aſina ſeſe inclinans dixerit de Mahometo: Hic eſt ſigillum Prophetarum. & quod tres uiri puerum euiſcerarint, & portionem diaboli ex corde eius repurgarint. & quòd aruſpex eum uoluerit interficere, ut hoſtem & ruinam idolorum: & quod euanuerit ex manibus nutricis, & iuxta fluuium Tuhene ſub arbore repertus ſit.

Puer, octo annos ab Abdaalmutalib auo ſuo nutritur.

In adoleſcentia eum camelos diuitis mercatoris Arabis pauiſſe, ac ſemper etiam ſereno cœlo atram nubem ſupra caput ipſius conſpectam eſſe, ſcribunt.

Mahometus neq; legere neq; ſcribere nouit: ut ipſe teſtatur in Alcotano, Azoara 17. Artium imperitus fuit. nam Ammonitidi Mecham attribuit, ex Geographiæ inſcitia: Azoara 22.

Caput immenſum habuit, faciem albedine & rubore mixtam, barbam prolixam, pedes agilimos. Chronicon Saracenorum.

Ingenio acri, uerſuto & fallaci fuit: & cæteras ſectas didicit. Simoneta lib. 4, cap. 36. Et Sergius Neſtorianus Mecham ueniẽs, eũ idola colentem errore ſuo imbuit, & quędã de ueteri & nouo Teſtamento ei tradidit. Vincentius libro 23, cap. 51.

Vxorem duxit Eadigam uiduã opulentã, quam artibus magicis in ſui pellexit amorẽ. Paulus Diaconus libro 18. Et Vincentius lib. 23. Zonaras tomo tertio.

Epilepſia laborans uxori perſuaſit, ut crederet ſe cum archãgelo Gabriele colloquia habere, & ad eius aſpectum uirtutem carnis ſuæ deficere. Paulus Diaconus libro decimooctauo rerum Romanatum.

Mahometus ſe dicit eſſe granum illud, de quo in Euangelio dicatur, quod multiplicẽ fructum ferat: Azoara 58.

Functiones.

Mahometus camelorum primùm paſtor fuit: mox diuite ducta uidua, mercator: inde prophetes: & Sergij monachi opera adiutus, dogmatiſtes. finxit autem ſe à Gabriele accepiſſe legem, anno ætatis 40. Tandem caput & dux militiæ factus, poſt menſes 18. in Hieruſalẽ ſe ab Gabriele archangelo trãſlatum, & in cœlũ eleuatum, ſua myſteria finxit ſe didiciſſe: ut eſt in Azoara 27 & 63. A cœlo uerò delapſus, ſocios ſibi adiunxit Eubogarã, & Ali, & Zaid: & profectus Athaiff, publicè docuit ſe propheram eſſe, idq; fecit per annos decem hinc inde diſcurrens. Tandẽ contractis aliquot copijs, eos quos fanaticis ſuis oraculis & argutijs ad præſcriptã à ſe religionis & legũ formulã perducere nõ potuit, minis & armis ad conſenſum cõpulit. Iacobus Curio libro 2. Chronicorum: Iohannes Toletanus: Vincentius libro 23, capite 41, & ſequentibus: & Chronicon Saracenorum fabuloſum.

Duos cœleſtes conſiliarios, Michaelem & Gabrielem: & duos terrenos, nimirũ Eubocaram & Aomarũ, habuiſſe indicatur in Chronico Saracenorum.

In legum promulgatione colũba arte aſſuefacta aduolauit, & humeris eius inſidẽs, grana ex aure eius legit. qua re dementati homines, Spiritum ſanctum ei leges dictare nugati ſunt.

Res ambiguas ad ſeſe referri, iubet Azoara nona.

Gentibus etiam ſeſe caſtigatorem eſſe miſſum, ut unum Deum adorent, aſſerit Azoara 38. 56.

Opetum Mahometi ſummã recitat Azoara 17. Gerenda præcipit, aliaq; prohibet: Bona, ſaporiferaq;, ueſtro comeſtui licita: alia quidẽ illicita ponit, cogitationes prauas & errores reijcit. Et Azoara 19 Alcoranũ manifeſtat, & ſuper oẽs leges extollit. Et Azoara 26, hominibus ſuas cõtrarietates exponit, & uiã rectam patefacit. Et Azoara 37 inquit: Mihi quidẽ nõ eſt iniunctum, niſi Dominũ ciuitatis Haram adorare, & in eũ credere, cuius ſunt uniuerſa: & Alcoran hominib. euidẽter legere, & per ipſum caſtigare. Et Azoara 52 aſſerit, ſe arbitrũ eſſe diſſenſionũ religionis. Et Azoara 95 & 76 ſibi arrogat ius diſpenſandi, & coniugia diſſoluendi.

Abrahæ legẽ ſe iuſſu Dei ſequi indicat Azoara 26. Et dicebat ſe eſſe prophetã diuinitùs miſſum ad ſalutem, ut legem Iudæis & Chriſtianis, quę rigida & ſeuera nimis eſſet, mitiorum præceptorum promulgatione tẽperaret. Vincentius libro 23.

In

In regno Saratenorum quatuor prętores conſtituit, qui Ammirei uocabantur: ipſe uerò Ammitas, uel protoſymbolus. Sigebertus, & Paulus Diaconus lib. 18.

Bella eius in Chronico Saracenorum deſcribuntur. Expugnauit Mecham, & Hunaim, & ciues Tharf obſedit, regem Aliendel tributarium fecit, reges circumquaq; ad legem ſuam iuuitauit, nuncijs miſsis ad regem Perſarum, & ad imperatorem Romanum. Ac Zonatas tomo tertio teſtatur, Mahometum ex Aethribo progreſſum, Heraclium ex Perſia cum triumpho reuertentē acceſsiſſe, & regionem ad habitandum petitam accepiſſe, & populares ſuos deceptos ſubegiſſe, & Syriam direptionibus uexaſſe, & multas Romanorum prouincias uaſtaſſe.

Scripta.

Mahometus uir callidus, ut à fide Chriſtiana infirmos abdicaret, hæreticos quoſdā in componendis legibus imitatus, à ſacris codicibus & Euangelijs multa excerpens, Alcoranum compoſuit. Simoneta libro 4, capite 34 & 38. Ac eum duorum hærericorum rpofugorum, ſcilicet Sergij & Iohannis Antiocheni, & duorum Iudæorum apoſtatarū opera in Alcorani conſcriptione uſum eſſe, Bibliander in Apologia indicat. Vt autē plus autoritatis Alcorano ſuo cōpararet, finxit cœlitùs eum eſſe ſibi datū. Iurat enim ſeſe in cœlum raptū, didiciſſe ſua myſteria, in Azoara 63. Per ſtellā ueſpertinam cliens noſter, nullatenus errans, nil ex proprio uelle, niſi tantū diuinitùs ſibi mandatū, loquitur: qui ſubleuatus ad orizontis celſitudinē, ad Deum ipſum inſtruentem illum atq; docentem efficaciter, acceſsit: tanti tamē ſpacij interuallo, quantū ſagitta arcu miſſa bis tranſcurreret. Qui tunc præcepta Deum ſibi dicentē audiens, animum minimè dubitantē inde tulit, ubi nec uos eum de diuina uiſione calumuiemini. Et Azoata 27, fingit Deū teſtari, quòd Mahometū à templo Haram, ad templū longinquū noctu tranſtulerit, & de uirtutibus & mirabilibus edocuerit.

Apparet etiam Mahometum uerſus recitare ſolitum. Sic enim in Azoara 47 ipſe aſſerit, quoſdam dicere: Nos nequaquam noſtrarum cultum imaginum dimittemus propter illius mimi, uerſificeq; ludentis uerbū. quod tamē negat Azoara 46, inquiens: Nos quidem nequaquam cantus ſeu uerſus, ſed Alcoran euidentē, per quem caſtigentur uiuentes, firmeturque uerbum ſuper incredulos, docemus.

Doctrina.

Dogmata eius ſunt confuſum chaos, ex Ethnicorū, Iudæorum & hæreticorū uanis opinionibus. Iacob. Curio lib. Chronicorū. Cum Sabellio trinitatem abnegat, cum ſuo Neſtorio Chriſti diuinitatem abijcit, cū Manichæis mortem Domini diffitetur: licet regreſſum eius ad cœlos non neget. Petrus Cluniacenſis.

Dicebat ſe eſſe Meſsiam, quem Iudæi adhuc expectant uenturum. Iohannes Toletanus, & Vincentius libro 23.

Suarum monſtroſitatum doctorem & reuelatorem Gabrielem, in forma uiri apparentem, erectum, nunquā dormientē, neq; comedentem, neq; bibentem, niſi laudem & gloriam Dei, facit in colloquio cum Iudæis. Et Azoara 2, cuilibet ſectę ſuam doctrinam relinqui iubetur. Azoara 119. Homines incredulos ſic alloquere: Ego quidem legem ueſtram minimè ſequar, nec uos meam: igitur mihi mea maneāt uobiſq; ueſtra. Azoara 119.

Dixit populum ſuum principatum non poſſe obtinere, niſi à fide Chriſtiana omnino recederent, ſuaq; documenta ſeruarent. Iohannes de Oppido.

Suæ doctrinæ credi poſtulat ſine miraculis: Azora 17. Et tamen Azoara 64 fingit miraculum de luna diuiſa.

Deus ei prohibet, ne ſe aliud quid eſſe perhibeat quàm hominem: & ut teſtificetur unum tantùm eſſe Deum, Azoara 28.

Se ſequētibus remiſsionem peccatorum & bona promittit, Azoara 5. Et anathemate ferit à ſeſe diſſentientes: ibidem. Et pœnas gehennæ minatur, Azoara 14.

Hiſtoriam Numerorum 13 & 14. perperam replicat, ut ſolet. Hiſtoriā occiſi Abel, Gen. 4, in fabulam uertit, Azoata 12. Hiſtoriam Noah, fabulis cōtaminat. Huth, Hath, Schale, prophetas fingit, Azoara 17. Et Ioſephi hiſtoriam deprauat Azoara 22. De Moſe & famulo eius fabulatur Azoara 28.

Afflictiones dicit ſeſe ſuſtinere ob ueritatem, et inuocationem unius Dei, Azoara 15.

Aenigmata Mahometi.

Quis filius patre fortior? Reſpondit, ferrū. Quid ferro? ignis. Quid igne? aqua. Quid aqua? uentus. Et,

Quæ'nam eſt terra, quam, ſemel uidit ſol nunquam deinde uiſurus uſq; ad finem ſeculorum? Reſpondit: Quando mare diuiſit Moſes, denudatus eſt fundus pelagi, quem tunc uidit ſol, poſt reditum undarum amplius non uiſurus. Item:

Dic deinde, quæ'nam eſt domus habens duodecim portas, per quas duodecim portiones exeunt, duodecim cum generationibus? Reſpōdit: Rupes illa, quam percuſſit Moſes, aperuit duodecim portas, et emiſit duodecim fontes, per duodecim tribus Iſrael. Ait, Verum dicis. Sed dic, cui terrę locutus eſt Deus? Reſpōdit: Monti Synai præ

 cepit,

cepit, ut eleuaret Moſen nſq; ad cœlum. Ait: Bene dicis. Dic deinde, qui uiuit, nec habẽs ſpiritum? Reſpondit: Nox, nec enim ſpiritus uenit uſq; ad manè. Ait, Hoc quoq; uerum. Age ergo, quid in primis lignũ, poſtea cum ſpiritu? Reſpondit: Virga Moyſi nunc lignum, nunc ſerpens. Ait, Ita eſt. Nunc itaque refer, ſi placet, quę fœmina ex maſculo tantum, & quis maſculus de fœmina tantum? Reſpondit: Eua ex Adam ſolo, Chriſtus ex Maria uirgine. Ait: Ita quidem refers ut uerum eſt, dum ſubiũgas, quæ ſunt terrena illa, quæ ſine uiri commixtione edita fuerunt? Reſpondit: Adam, aries Abrahæ, & Ieſus Chriſtus. Ait: Verum eſt. Dic deinde, quòd ſepulchrum motum eſt cum ſepulto? Reſpondit: Cetns cum Iona. Ait, uerum eſt. Dic ergo conſequenter, qui ſunt ſoli illi duo, quorum ſepulchra ignorantur? Reſpondit: Abitabil & Moſes. Ait: Id quomodo? ut breuiter de utroq; exponas. Reſpõdit: Abitabil quidem cum mortem pręſentiret, iniũxit ut poſt obitum camelus ſuperpoſito funere ſuo, impelleretur ad eundum quocunque ſors duceret, euntemq́ue ſequerentur, quouſque ſponte procumberet. Sic facto, ubi funus ab Abitabil deferẽs camelus procubuit, fodiendo repertum eſt monumentum, qnod Noe præparauit Abitabil. Sepulto itaque amiſſus eſt locus, nec unquam poſtea repertus. Moſes uerò cũ ſolus per deſertum uagaretur, ſorte ſepulchrũ uacuum & apertum inuenit, rectè ad quantitatem ſuam effoſſum. Quod admirans, incœpit ad propriam ſtaturam metiri. Interea angelus mortis aduenit, ad interficiendum Moſen. Quẽ cũ cognouiſſet Moſes, quęſiuit dicens: Ad quid ueniſti? Reſpondens, Miſſus ſum pro anima tua. Cui Moſes: Quà ergo putas eam eripere? Per os enim nõ poteris, quo locutus ſum Domino: neqne per aures, quibus audiui uocem Domini: neq; per oculos, quibus faciem Domini uidi: neq; per manus, quibns donum Dei recepi: neq; per pedes, quibus montem Synai cõſcendi. His auditis abijt angelus, formaq́; mutata, attulit pomum de paradiſo, quod cum olfaciendum porrigeret, recepit Moſes. Cumq́ue naribus apponeret, arripuit eũ angelus per nares, per quas tanquã emungens animam eius extorſit. Quo facto, remanſit corpus eius in ſepulchro, nemini unquam reperto. Ait: Ita quidem factum eſt, ut dicis. Sed dic, quis ignis comedit & bibit: & ex quo extinguitur, non accenditur nſque in diem iudicij? Reſpondit: Ignis in corpore humano, uictu ſuſtentatur, & anima abeunte extinguitur: nec, antequam illa redeat, accendetur. Ait, Et ita nerum eſt. Dic deinde, quid paruum ſemper, quid magnum ſemper? Reſpõdit, Lapilli & montes. Ait, Bene eſt. Sed dic, ubi eſt medium terræ? Reſpondit: In Hieruſalem. Inde namq; diſperſæ ſunt gentes, & illic congregabuntur. Ibi erit pons & ſtatera ſuper infernum, quod apportabunt illuc ſeptuaginta millia angelorum per totidem tenaces. Ait, Et ita eſt. Sed quare Hieruſalem dicta domus benedicta? Reſpõdit: Quia in directo cœleſtis Hieruſalem, qnodq́ue locutus eſt ibi Deus & angeli cum patriarchis & prophetis, deditq́ue ibi Deus Moyſi pręcepta tria millia quingenta quindecim. Ait: Et ita conſtãns eſt. Dic deinde, qnis humor fit neque de cœlo, neque de terra? Reſpondit: Sudor animalium laborantium. Ait, Bene dicis. Sed memora, ſi placet, quomodo facta eſt nauis? Reſpondit: Nauem incępit primus Noe, claues dedit Gabriel, intrauitque Noe cum filijs, & procedens ex Arabia ſuper Mecham, circuiuit ſepties. Inde nauigans ſuper Hieruſalem, & eam ſepties circuiuit. Peruenit in montem Iudęæ, ibiq́ue decreſcentibus nndis, hærens reſedit. Ait, Quidem ita eſt. Dic ergo, ubi fuit interim Mecha? Reſpondit: Aſſumpſit eam Deus in cœlum: Hieruſalem uerò commiſit monti Abikobez, & ſeruabit eam in uentre ſuo. Itẽ: Quæ ſunt tria quæ de paradiſo in hunc mundum uenerunt? Reſpondit: Mecha, & Ieſrab, & Hieruſalem. Ait: Verum dicis, dum ſubiungas, quæ quatuor in hoc mundo ex inferno? Reſpondit: Vaſtat ciuitas Ægypti, ſecunda Antiochia Syriæ, tertia Ehberam Armenię, quarta Elmeden Chaldęæ. Ait, Et hoc quoque nerum. Conſequenter ergo metire mihi orbem. Reſpondit: Orbis quantitas iter nnius diei. Ait, Quomodo? Reſpondit: Totum enim ſol ab ortu ſuo uſque ad occaſum permeat. Ait, Argutè quidem hoc animaduertiſti. in colloquio Mahometi cum Iudæis.

Vaticinia Mahometi.

Vaticinatus eſt, poſt ſe duodecim ex natione Choraſc dominaturos, & poſt eos fore diſaidia.

Meæ qnoque legis dignitas, inquit, & obſeruatio perſeuerabit, quamdiu de Choraſc uiginti ſuperſtites erunt: mei qnoque ſucceſſores habitu uiliſsimo potientur uſque ad triginta annos, ultra uerò ornatibus gandebunt, atque ſuperbia. Chronicon Saracenorum fabuloſum.

Prædixit Alcoranũ decurſis mille annis interiturũ. Iacob. Curio lib. 2. Chronologię.

Certamina.

Mahometus Chriſtianorũ religionẽ oppugnauit primùm falſa ſua doctrina: prorſus enim Ieſum Chriſtũ filiũ Dei eſſe negat, & in eum credentes damnat, ut dictum eſt.

Deinde calumnijs, nã fingit incredulos, quos

quos Chriſtianos putat,aſſerere angelos circa Deum exiſtentes, eſſe fœminas:in Azoara 53 & 63. Et Mariam pro dea colere, Azoara 13.

Et gratulatur ſibi,quòd à Chriſtianorum opinionibus diſsidentibus ſit liberatus: Azoara 10.

Deinde contra ſuam ipſius profeſsionē, quod doctor, & non coactor à Deo conſtitutus aſſat.ut patet ex Azoara 52. & 98. Etiā aperta ui uſus eſt, fingens ſe id Dei iuſſu facere,in Azoara 76. Tu Propheta incredulos expugnatum & prædatum proficiſcere,& ut te timeant aggredere. Ipſi namq; gehennam, uiamq́ue malam ſemper inſequentur.

Etiam contra ſuos Arabes certamina ſuſtinuit. Nam quidam dixerunt ad eum: Alium Alcoranum apporta, aut iſtum uaria: quibus reſpondet, ſe id minimè facturum, Azoara 20. Alij dæmoniacum & magū eum uocant,quos refutat minis pœnarū gehennæ,Azoara 33.44 & 59. Edictum promulgauit,quo ſub pœna capitis uetuit, ne quis de ſuis legibus diſputaret, ambigeret aut contenderet:ac iuſsit omnes in autoritate dictatoris acquieſcere. Vincentius libro uigeſimotertio.

Contra gentes, earumq́; idola,pugnat Azoara 56.62. & cōtra negantes reſurrectionē mortuorum, Azoara 21.

Vitia & ſcelera.

Sicut fuit organum diaboli,ita etiam nōtas eius geſsit: mendacij nimirum, & homicidij, & immundiciæ.

De mendacijs & blaſphemijs eius, dictū eſt in loco de doctrina ipſius.

Magiæ & incantationum eum fuiſſe peritum,Simoneta teſtatur libro quarto,cap. 34. Et in Azoara 64, accuſatur de arte magica.

Non in Dei ueri nomine iurat:ſed per uētos,nubes,uates, & angelos, Azoara 61. Et per montem Synai, Azoara 62. Per ſtellam ueſpertinam, Azoara 63. Per occaſum, Azoara 66.

Furta & latrocinia & crudelitatem eius Vincentius libro 23 deſcribit.

Libidinibus adeò indulſit,ut diceret ſibi à Deo datum,ut plus quàm quadraginta uiri (quod turpe auditu eſt) in coitu pręſtaret. Vxores quadraginta habuit. Gygas. Et in Azoara 43 fingit Deum ſibi facere poteſtatē ſingularem exercendi libidines: Tibi quidē ô Propheta, mulieres omnes,quibus donando dederis, & omnes tuæ manui per emptionē ſuppoſitas,& amitę tuę materteræq́; filias: omnes item bonas mulieres, tibi uolēti gratis ſuccumbere cupientes (hocq́; tibi ſoli permittitur) licitās cōſtituimus. Iā notū eſſe cēſeo quid tibi & cæteris bonis,de mulieribus ueſtris,atq; de ſuppoſitis manibus ueſtris,agendum ſit. Has à te ſemoue,illas adiunge,pro uelle tuo:nec prius abiectis, ſi dilexeris eas,moleſteris. Illæ uāq; tuo uoto parēre debent. Deus autem ſublimis & ſapiens,ueſtrorum ſecreta cordium agnoſcit. poſt illas tamen non eſt tibi licitum alias, licet placidiores & habiliores, pro tuis mutuò ſumere: nec aliquam etiam illarum uice ſumere, niſi tantùm tuæ manui ſubditas. Et poſtea: Nemo tamen zelotypia torqueatur, ob patres uel fratres, ſeu filios ſeu nepotes, aut mulieres ingredientes, ſeu ſubditas.

Remiſsionem peccatorum futurorum etiam ſibi promiſſam eſſe à Deo, fingit Azoara 58.

Amicos & ſocios habuit, Enbocarā, Alizaid, Thalha & Bibelcomen, Azubait & Aomar: in Chronico Saracenorum.

Iudæi caternatim in initio ad eum confluebant, exiſtimantes eum fore Meſsiam: ſed cū uidiſſent eum de camelo comedere, cognouerunt eum non eſſe Meſsiā. Paulus Diaconus libro 16 rerum Romanarum.

Mortis genus.

Tandem uerò Dei manu uindice eum inſectante, incidit in morbum pleuriticum: ut refert Vincentius libro 23. cap. 47. ex uita eius: ſeu epilepticum, quo aliàs laborare ſolebat frequentius, ut Iohannes de Oppido indicat: & in morbo ſenſum amiſit, & uenter eius intumuit, & minimus ipſius digitus incurnatus eſt retrò: & die à morbo decima quarta expirauit, anno ætatis ſuæ 63, aut 40. ut Valentinus Munſterus in Chronographia annotat: Heraclij uerò 21, & Domini 632 iuxta Sigebertum in Chronico: cum regnaſſet apud Saracenos annos decem. Chronicon Saracenorum.

Præceperat autem, ne quis ſe ſepeliret, eo quòd tertia die aſſumendus eſſet in cœlū. quod cùm ad aliquot dies expectantes fieri non cernerent, amici eius nudū eum proiecerunt: ut Humbram retulit. Verùm Gumbra dixit, eum ab Hali lotum, & ueſtibus indutum, & ſepultum eſſe. Vincentius in loco citato.

In Mecha cadauer eius arcæ ferreæ eſt impoſitum, & colitur à toto Oriente. Sabellicus Enneadis 8 libro ſexto.

TESTIMONIA ALIORVM
de Mahumeto.

Multos de Mahometo ſic indicaſſe, ipſe refert Azoara 25. Ne ſequamini uirum illum dæmoniacum & amentem, per incantationes. Comedit ut cæteri, atque per fora uadit. Quare non habet angelum cuſtodem, elicientem ſibi theſauros, aut facientem hor

tos, unde comederet? Et Azoara 44. Increduli inquiunt: Hic homo non eſt niſi magus & mendax, rorum ficticium ab ipſo cõpoſitum afferens, & nos ſic à patrum noſtrorum ſecta diuertere proponens. Azoara 56. Increduli audientes noſtra præcepta, dicũt, illa magicam artem eſſe, meque finxiſſe. Sed ille, ut falleret incautos, fingebat Chriſtum de Mahometo uenturo, & legem omnium excellentiſsimam allaturo, uaticinatum eſſe: Azoara 71.

Rabalachbar, in Scripturis Mahometum naſciturum didicit, omnemq́; hiſtoriam eius aſtrologico teſtimonio approbauit: in libro de generatiòne Mahometi.

Idolorum & cacadæmonum, & augurum teſtimonia, de Mahometo deſtructuro deos, libro eodem fabuloſè commemorantur.

CAPUT XVI.

DE MOTIBUS ET MUTATIONIBUS *Politicis.*

HOC ſeculum, ſi quod aliud, turbis & mutationib. eſt feraciſsimum. Nam Perſæ & Arabes in Oriente Aſiam & Africam crudeliter affixerunt, & de imperio Romano multa regna amputauerunt, religionemq́; Mahometi longè lateque diffuderunt, uaſtatis Eccleſijs Chriſti, & uera doctrina & cultu Dei: iuxta Danielis uaticinium, de cornu paruulo.

In Europa etiam Hunni, Auares, Bulgari, Gothi, Longobardi, atq; etiã Romani pontifices, bonam partem de imperio præciderũt: & omnia ubiq; ita geſta ſunt, ac ſi in Romani imperij direptioné & diſtractioné omnes gentes cõiuraſſent: & uterq; Antichriſtus, Romanus & Saracenus, re ipſa comprobarunt, ſe uirtutum patris ſui, qui mendax & homicida eſt, eſſe ſtudioſiſsimos. Deus aũt iuſto ſuo iudicio iſta fieri permiſit, ut ueræ religionis Chriſti corruptelæ, & ueritatis contemptus & odium, & perſequutiones piorum doctorum, & omnis generis ſcelera, quæ uulgò graſſabantur, & pœnitentiæ recuſatio, ſuam conſequerentur mercedé.

SUB PHOCA.

IN Aſia Praſini & Venerici, accolę ſinus Arabici & Venetici, inter Aegyptum & Aſiam, multis cõmiſsis prælijs ſeſe inuicem conficiunt. Blondus Decadis primæ libro 9: Adon Viennenſis ætate 6.

Cum Phocas pro more recepto, quinto menſe ab inito imperio, literas ad Choſroen regem Perſarum miſiſſet, indicans ſe Imperij dignitatem aſſecutum eſſe: rex ille indignè ferens Mauricij amici ſui tam crudelem interemtionem, Phocæ bellũ indicit. & anno ſecundo imperij Phocæ, in Romanũ imperium exercitum ducit: Syriam, Palæſtinã, Phœnicem ſubigit: Hieroſolymam capit, & templa Chriſtianorum paſsim ſpoliat, & uexillum Dominicę crucis Hieroſolyma abducitur annotat Beda in libro de Ratione temporum, & Adon ætate 6. Armeniam, Cappadociam, Galatiam, Paphlagoniam uſque ad Chalcedonem depopulatur. Paulus Diaconus lib. 17 rerũ Romanarũ: Zonaras tomo tertio: Nicephorus libro 14, cap. 43.

Etiam in Africa motus fuiſſe, teſtatur Blõdus: ad quos compeſcendos Phocas exercitum miſerit: libro 9. Decadis primæ.

In Europa Huni, ſeu Auares, Thraciam uaſtãt. Sigebertus in Chronico, & Paulus Diaconus libro decimoſeptimo rerum Romanarum. Et Sclaui omnem prouinciam Dalmatiæ & Illyrici, adiacentem Adriatico mari, ſubigunt. Blondus libro nono Decadis primæ: Auentinus libro tertio annaliũ Boiorum: Paulus Diaconus libro 4, de geſtis Longobardorum, cap. 11.

